Digitized by Google

-D
28

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
4 H
1

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6 3 D 28

74
C
37

FRANCISCI POLLETI CATVACI V. C. HISTORIA FORI ROMANI RESTITVTA ET aucta per. Philippum Broidæum Arienſem I.C. vrbis duacenæ Conſiliarum.

ACCESSERVNT EIVSDEM Broidæi argumenta ſingulorum librorum, & Capitum, cum indice *locupletiſſimo.*



BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

DVACI,
Ex officina Ioannis Bogardi, Typographi iurati,
Sub Biblijs Aureis, Anno 1576.
Cum Gratia & Priuilegio.

❧ *PHILIPPI BROIDAEI I. C.* AD LIBRVM FORVM epigramma.

Ito libelle foras, nec te ampliùs arca flagellet
Noſtra, nec inuitum ſcrinia clauſa premant.
Nec fas eſſe diu puto te interdicere luci,
Atque foro, cum ſis tu liber ipſe forum.
Eſto foris te quando fori non ampliùs vrgent,
Haudque foro debet claudier vlla foris.

Cum Grat. & Priuileg. Regiæ M. ad ſexennium ſignatum De la Torre.

¶ ILLVSTRI, GENEROSOQVE *DOMINO MAXAEMILIANO* vilain Baroni, ac Domino de Raſsinghien, Iſenghien, Calkene, S. Ioannis ad lapidē & cæt. Conſiliario regio Domanij ſeu finantiarum dioeceti, vrbiū prouinciæq́; Inſularum Duaci, & Orchiarum Rectori atq́; iuridico, Proprætori comitatus Aloſtenſis, creandis & præficiendis Magiſtratibus Flandriæ Commiſſario ordinario Domino ſuo obſeruandiſſ. Philippus Broidæus.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

S. P.

MIRABITVR fortaſsis quiſpiā, nec immeritò, illuſtris & generoſe Domine, quòd hanc Hiſtoriam Fori romani *à Franciſco Polleto Socero noſtro (quem honoris cauſa nomino) delineatam apud nos in triennium ferè compreſsimus, & velut auari opes ſuas in arca, ſic in forulis noſtris hanc flagellauimus & ſtrangulauimus, vt Martialis & Papinius loquuntur. Quid enim malignius, dicet ille, quàm ipſi foro forum inuidere? Cui vt reſpondeam, non tam excuſo occupationes, & calamitoſa tempora, in qua incidimus, proh dolor, quanquam*

vtrumque iure poſſem. Nam vt noſtrorum temporum malignitatem refricādo non exhulcerem, nemo meliùs nouit Præſes vigilantiſſ. quibus, quantiſq; ab eo tempore, quo me alterum ex Vicarijs tuis præfeciſti, negotijs fuerimus impliciti, quam tu, qui expediendis non ſolùm affuiſti, ſed præfuiſti: adeo vt ex foro contentioſo in hoc diuertere, atque commigrare rariùs conceſſum ſit, niſi rebus prolatis, & velut indicto iuſtitio. Teſtis etiam idoneus & locuples mihi in hac parte eſſe poterit Dominus Oudenhouius primarius Collega meus, qui tanta dexteritate & prudentia hæc publica & priuata tractat, vt merito ad Rempub. natus dici poſſit. Verùm enīuerò cunctationis, ampliationiſq; cauſa fuit præcipua quod diu, multumq; dubitarim, cui potiſſimùm Patrono hoc opus dicarem, quod etiam ex Genio ſuo viuere cupiebam: Nam religionem ferè addebat ſuprema auctoris voluntas, quam explendam pro virili putabam. Quid autem intereſt, an hæc ſcripta & nuncupata nec ne fuerit dummodo ea nota ſit? Quandoquidem etiam ab inteſtato, quædam eſt tacita voluntas. Porrò vel ex coniectura pietatis quis non præſumat parentis animum erga poſthumam prolem. Quin etiam mihi ſcripta illa dicta ſunt in animo morientis de hoc affecto opere.

Poſtquam

Poſtquam pręproperą mors, neque fatą ſinunt,vt huic operi faſtigium atque colophonem addam, quiſquis mihi hęres ſucceſſorue eris,tibi committo & tuæ mando fidei vt hunc ingenioli noſtri partum poſthumũ perire non permittas, ſed quantum in te eſt augeas, atque perficias, denique cum ſpartam nactus ſis, hanc orna. Hęc autem cautio tibi ſit, bono nobilique genio, qui eum abs calumniæ & obliuionis iniurijs vindicet, adſeratue, dicato. Plura addere quando temporis anguſtia non patitur, tibi decurſu lampada trado. *Cùm autem perpendi diligenter omnibus excuſſis momentis more Iureconſultorum, non inuenio (licet multi ſe offerant) quem patronũ potiùs aſſertoremq́ deligã quàm te, cuiq́ elogij verba quadrent meliùs. Nam quis bonus & nobilis, niſi qui optimus nobiliſſimuſq́ eſt? Accedit, quod multo vſu & experientia rerum, nec non omni ſcientiarum & diſciplinarum genere ita inſtructus & ornatus ſis (quæ rarà virtus eſt in tuo ordine) vt merito doctiſſ. & ſapientiſſ. dici poſſis. Adderem alias cùm animi, tũ corporis, & fortunæ dotes, niſi vererer coràm, & in os laudando adulationis nomen a qua ſemper abhorruiſti, ego etiam alieniſſimus fui. Hoc tamen fateri ingenuè poſſum, quod huius operis*

materia

materia & ſubiectum præcipuo & peculiari quodã iure tibi deſtinata videntur. Quid enim magis conuenit Dicæodoti, qui forum agit, & indicit, quàm hæc foreníis hiſtoria? *ex qua tanquã ex officina, aut penu depromi poſſunt, quæ ad rem politicam, iudiciariamq́; pertinent. An non accidit etiam obligatio naturalis, et ciuilis: qua veluti Quæſtor Prætori, Legatus Procõſuli, Supræfectus Præfecto, Cliẽs denique Patrono ac Domino, ſic erga te affectus eſſe debeam. Nec hoc præterire poſſum, quod hic auctor & Socer huius vrbis alumnus, & decurio, atq́; fori tui patronus non ignobilis erat: Quæ omnia ſimul ita conſpirare videntur, vt tuo iure hanc operam ciuilem vltro atque ſponte vindices & exigas. Cum autem & alteram tabularum ſupremarum partem haud negligendam putarem, pié potiùs, quàm temerè auſus ſum ſuperſtruere, & huic foro veluti faſtigium imponere. Sed calumnietur qui volet factum noſtrum, malo equidem audaciam accuſari, quàm officium requiri. Verum me hercle vſuuenit, fateor, quod affectis ædificijs, quæ alius mortuo redemtore conficit, vt quicquid ſuperadditur iactis & inchoatis non ſatis reſpondeat, vt dici poſſint*

——— ——— compoſtę teſſerulæ omnes
Arte, pauimento, atq; emblemate vermiculato,

vt Lu-

vt Lucillius habet. Quicquid ſit, vt liberè dicam, hoc vnum ſtudui, vt hæc ſuperficies deformis & luxata non eſſet, ſed quoad fieri poſſet, inter ſe cohæreret. Quæ itaque ad operis ſtructuram, & quæ prætermitti poſſe non videbantur, pro meo iure adijcienda & conferruminanda putaui, ſic tamen, vt libellam auctoris ſequeremur, nec latum vnguem ab ea recedendum putaremus. Nonnulla immutaui, pauca verò detraxi, nec enim hoc ei licere putabam, qui operis auctionem & incrementum meditabatur. Hoc autem opus ex tribus ferè diuerſis exemplaribus interpolatum eſt, velut nouum quoddam. Duo enim nactus ſum à Dominico Turpino ciue non ignobili Duacenſi affine noſtro, vtrumq; mancum, & lacerũ ſine capite & calce. Alterũ quidem αὐτόγραφον *videbatur prima manu Soceri, ſed ita tumultuariè ſcriptum, vt aduerſaria dici poſſent. Tertium oportunè ſuppeditauit Præfectus Arienſis Nicolaus Andreas mihi affinitate, & neceſſitudine etiam coniunctiſſimus, vir doctrina & pietate ſingulari eximius, ipſius propria manu ſcriptum interea dum Louanij ab hinc annis plus minus viginti quinq; Soceri noſtri familiariſſima vtebatur neceſſitudine, ſed in quo, præter additamẽta eiuſdẽ Soceri, tota etiam deſiderabatur epexegeſis priuatorum iudiciorum, quam ferè reſtituimus additione*

prætermiſſorum libri quinti, præter ſummaria *librorum & capitum, quibus quædam ſubciſiua & ſubitaria ſubnectimus ſcholia, quæ ſuperpondij vice haberi cupio,* corollaria *enim inſcripſimus. Nam cum inter legendum, quæ à Socero noſtro de* Hiſtoria fori, *cumulata erant, auctorum laudatorum locos, & alia pleráq; aſſcripſiſſem ad memoriam & laborem noſtrum ſubleuandum, accidit quorundam amicorum ſuaſu, vt horum acceſſio facta eſt ad forum, atque vnà cum eo in lucem exierunt. Hæc tamen non ingrata fore ſpero Lectoribus, præſertim cùm in ijs laconica breuitate vſi ſimus, contenti vel riuũ demonſtraſſe quo mare petenti iter faceremus: Enimuero ſagax & diligens venator ſat habet admoneri ſaltus aut plagæ, in qua fera regnat, quam poſtea ſub antro, cubili, aut fruticeto latentẽ inueſtigat, perſequitur, capit: Sic curioſo ſatisfactum putauimus ſi vel auctoris ſuppreſſi nomen adnotaremus vel locum perſtringeremus dum alijs diſtringimur. Et fortaſsis poſt hanc racemationem aut ſpicilegium alij ſuccedent pinguiori fruentes ocio, qui hæc retractantes, ex derelictis, aut etiam renatis in tam amplo & vbere campo manipulos colligẽt. Quibus quidem, quando per occupationes non licet, vltrò frigidam ſuffundimus. Potuiſſemus etiam de quibuſdam, vel animi, vel veritatis gratia in vtrã-*

que partem

vtramque partem diſputare, more Academicorũ ſed nequaquã nos decere exiſtimauimus propter Soceri praiudicium, Pythagoreos ſequutus. Porrò cùm te nactus ſim Patronum, cùm ex animi mei ſententia & auctoris voto, tum operis ingenio, hoc forum *noſtrum (ſiquidem etiam noſtrum dicimus, quod pro parte noſtrum eſt) hoc inquam, quale quale eſt, tibi offero, dicoq́. Quod ſi in bonam partem (vti ſpero) atque in tuam tutelam patrociniumq́ ſuſceperis, non dubito quin à vitilitigatorum calumnijs tutum ſit futurum.*

Vale. Duaci Catuacorum Non. Ianuar.

Anno 1573.

IDEM BROIDAEVS LECTORI.

NON lubet hic, *Lector* humaniſsime, accuſare Naturam veluti nouercam, vt Theophraſtus moriens dicitur, quòd ceruis & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil intereſt, hominibus, quorum maximè interfuiſſet, tam exiguam dediſſet, quorũ ſi ætas potuiſſet eſſe longinquior, futurum fuiſſet, vt omnibus perfectis artibus omni doctrina hominum vita erudiretur. Hoc tamen verè cum Plinio aſſerere audeo acerbã ſemper mortem, & immaturã eorum videri, qui immortale aliquid

parant:nam qui voluptatibus dediti quaſi in diem viuunt, viuendi cauſas quotidie finiunt. Qui verò poſteros cogitant, & memoriā ſui operibus extendunt, his nulla mors non repentina eſt, vt quæ inchoatum ſemper aliquid abrumpat. Sed quorſum hæc? Equidem ſęmper dolendam Soceri mortem exiſtimaui,quòd illa præuentus hoc opus perficere non potuerit: hæc enim vnà cum vita ſeriem Hiſtoriç,quam contexebat,prǣmaturè abrupit.Nec,me hercle, dubitandum eſt, ſi fata vitam ampliaſſent, quin nō modò huic operi extremā manū addidiſſet,ſed & alia doctiora & limatiora ętate ingraueſcente cumulaſſet.Quid enim vetat ex florido vere, & ſpicoſa æſtate cōijcere autumni futuri copioſam meſſem? Cùm enim hic ferè adoleſcentiam in varijs academijs ſtudiorum ergo peregiſſet,in quibus non mediocre eruditionis ſuæ ſpecimen ediderat, præſertim verò in ampliſsimo illo Pariſiorum Palladio,vbi cùm publicè, tū priuatim docendo ſe per aliquot annos exercuerat frequenti corona,& magno auditorū applauſu, poſtquā fori varia tribunalia frequentaſſet vt cum theoria iuris praxin coniungeret,tandem ad ſuos huc reuerſus,veluti laborum exantlatorum ſolatium aliquod conſequuturus, atque quaſi lautioris & ciuilioris vitæ genus inchoaturus pientiſsimā matronā (vt taceam prudens alias cùm animi tum corporis dotes, quia nunc ſocrus eſt mea) tum valde iuuenem duxit vxorē, atque fori noſtri cauſarum Patronus, & huius vrbis Decurio factus eſt. Cumque ad maiora vocaretur,hunc quaſi de via pergentē mors inuida

rapit,

rapit,cùm iam annum ſuę ętatis trigeſimũ vix exceſsiſſet, magno bonorum & doctorum luctu. Antiquitatis ſtudioſiſsimus fuit. Meditabatur etiam quæ ad politiam & Reip. reformationẽ ſpectabant. Quin etiam quorundam abuſuum, quos in curiam Decurionũ & praxim irrepſiſſe animaduerterat, corrigendorum auctor fuit. Plura adderẽ niſi domeſticũ teſtimonium eleuaretur. Sunt tamẽ in viuis qui nouerunt,quanta comitate,& integritate vixerit.Cùm autem alteram,quã moriens reliquerat natu maiorẽ filiam abhinc quinquẽnio vxorem duxiſſem,mearum partiũ eſſe,& pietati conuenire putaui, vt qui hæres eſſem bonorũ & ſacrorum,hunc veluti poſthumũ ſuſcipere,tollere,euulgare. Primùm itaque magno ſtudio conquiſitis,ac tandẽ inuentis exemplaribus aliquot, ſitu & carie obſitis, quæ pluſquam viginti annos delituerant à morte ipſius parentis collatione ad inuicem (nam diuerſa erant)ea ſic retractauimus,& ſub incudem reuocauimus,vt diſpunctione & reſtitutione quorundam,hunc veluti nouũ inſtauraremus,quem ſi ipſe Socer aſpiceret, vix ſcio an pro ſuo fœtu vellet agnoſcere.Cùm autem decurſu lampada traditam ab eo mihi putarem, hiſtorię telam exorſus, vnde abruptũ licium videbatur, ſic eam continuaui, vt ordinem iudiciariũ vſque ad ſententiæ dictionem & executionem perſequerer.Quin etiam ita luxuriauit calamus vt præter paralipomena, breuiaria operis,librorum,capitumque,atque,copioſum indicem,ſcholia & corollaria ſubciſiua ſubnectenda curauerim: vt taceam interim laborem, quem in

conferendis

conferendis auctoribus in textu laudatis cum ſuis fontibus inſumſimus atq; etiam diſsimulem, quæ paſsim annectendo interſeruimus, data vero vel ſæpius prçrepta occaſione, fori mores corruptos ſic perſtrinximus vt cacoethẽ digito indicaſſe nobis non fuerit ſatis niſi eadem veluti chyronia manu medicinam faceremus. Quę omnia vti candidus es Lector, ita æqui boniq; conſules. *Quando eum quæſtum in animum induxi maximum, quam maxime ſeruire tuis commodis.* Conueniebat etiam, vt huic operi libellum *de menſis veterum* ſubiungeremus, quem alibi pollicetur Socer, quo recreari Lector ex foro diuertens poſſet veluti ſaliaribus epulis appoſitis quę in maxima Martis ęde parabãtur foro romano ita propinqua vt harũ nidore cognoſcentes ſępius caperentur verũ quãdo quorundã inuidia hæſunt nobis prçreptę deliciæ cohibita gula ſportulis contenti, quando cœna recta nõ licet, foro vtemur. Sed lubet tabulas producere, ne quis à me excogitatũ argumentũ exiſtimet, epiſtolam dico, quam Leodio miſit Louanium Polletus noſter ad Nicolaũ Andræam Ariæ Propræfectum, quam tantò libentiùs aſſcribam, quòd, Fori huius etiam mentionem facit.

PARS LITERARVM FRANCISCI POLLETI AD NICOLAVM ANDRAEAM.

ACCEPI libellos, quos tibi reliqueram per nũcium mittendos, ſimul tuum Georgium Agricolam de menſuris, pro quo habeo gratiam, Vbi abſoluero epitomen ad explican-

ad explicandam partem menſæ veterum circa pocula & cyathos, tibi mittă exemplum, vt munus antidoro aliquo compenſem. De foro meo ſi alijs facis copiam, vide vt non ſine aliqua præfatione, fuiſſe nimirum ædificatum raptim, ut ipſe teſtis es, ne quis Colophonem faſtigio additum putet, eſſe multa addenda, corrigenda, immutanda: quod faciam ante Remigij, ſi Dijs placet.

PHILIPPI BROIDÆI SENATVS VRBIS DVACENÆ A conſilijs ad librum Forum epigramma.

NOn ingratus eris forum libelle,
Verùm te iuuenes, ſeneſq; amabunt,
Nec non Palladij viri togati
Omnes atq; ſinu ferent libenter,
Et te non alio volent foro vti,
Vti cum ſcieris foro libelle.

CHRISTOPHORI BROIDÆI S. THEOLOGIÆ LICENTIATI, Eccleſię D. Petri apud Arienſ. Decani Antiſtrophę.

VErum dic igitur te amabo frater
An hoc more putat foro peruti
Si quando genuinum in hos, & illos
Latrantes rabulas, canes forenſes

Frangit,

Frangit, dum iugulum petit malorum
Mores atque fori terit potenter,
Monſtrorum domitor perinde vt alter
Alcides, tuus ille multa pollens
Polletus, Socer & ſacer Mineruæ,
Et tu haud degenerans Gener Philippe,
Plus dicturus eram meus niſi eſſes
Frater. Dic igitur te amabo verum
An hoc more putas forum placere,
Et te poſſe malis? tibi hoc fatendum,
Si quando genuinum in hos & illos
Latrantes rabulas canes forenſes
Frangis, dum iugulum petis malorum,
Mores atque fori dolas potenter,
Monſtrorum domitor perinde vt alter,
Nunquam gratus erit malis libellus,
Illum nec iuuenes, ſeneſq; amabunt,
Omnes haudq; ſinu ferent libenter,
Non hoc, verùm alio volent foro vti,
Vti cùm nequeas foro Philippe.
Sed cùm diſplicuiſſe ſuſq; deq́;
Veſtrum vterq; ferat loquendo verum,
Nec cures nimiùm gerant ſinu illum
Vtanturq; alio foro proterui,
Vti nunc bene ſcit foro Philippe,
Non ingratus erit forum libellus.

LIVINI PONTANI V. I. DOCTORIS
&Profeſſoris in forũ D. Franciſci Poleti Iambici.

SVum terat mercator impiger forum,
Amore captus lubricæ pecuniæ:
Forum hoc frequentet ingeni pubes boni,
Antiquitatis quod ſacra crepundijs
Primum inſtruit Poletus antiquarius:
Iuſtis dein paris moneta mercibus
Broidæus accumulat, gener ſimilis ſocero.

EIVSDEM AD D. BROIDEVM.

OVum ſocer parit, partum gener fouet
Enaſcitur dignus parente pullulus
Ouum tibi ſocer gener pullum tibi
Natum bene, attribuit mineruæ iudicium:
Nam quod ſocer cœpit, gener perfeceras.

GENEROS. ADOLESCENT. GREG
hopperi ad Lectorem Carmen.

SI tibi cura fori veteris ſuccendat amorem
Ignotum nouiſſe modum, quem litibus æquum
Roma dabat: Meritæ fuerint quæ præmia palmæ
Eloquio: Quis iudicijs datus ordo ferendis:
Huc cupidos, huc verte animos, hic cuncta docetur
Hic Romæ antiquæ lucens apparet imago,
Hoc prudens veterũ voluens monumenta Quiritũ
Incepit Polletus opus, quod rumpere Parcæ
Tentauit properata manus: verum alter ab illo
Appoſuit præſtante manum pietate ſupremam

Broidæus

Broidaus cœlo notus ſoluſq́; per artem
Quod liquit moriens Cytherea cous Apelles
Diuinum perfecit opus. Dic, numne feretur.
Laude decus meritum Broidæo? Author fuit alter.
An Pollete tibi? fato heu tenebriſq́; iaceres
Ni Broidæus opem famam lucemq́; tuliſſet.

AD DOCTISIMVM VIRVM FRANC.
Poletum Ludouici Altinolæ Arienſ.
I. C. ode.

Sint qui depromant antiqua numiſmata, quódam
Recondita in terræ ſinu,
Artficumq́; ſagax quos eſt mirata vetuſtas
Opera in apricum proferant,
Vt quæ Parrhaſii viuas imitantia formas
Apellis & pinxit manus,
Aut quæ Liſippus poſuit ſpirantia ſigna,
Sculpſere vel quæ Phidias,
Praxiteles, Polycletus, & omnes deniq́; priſcis
Qui claruère ſeculis.
Vtilius multò ſtudium ac præclarius olim
Tibi Polete erat, forum
Vt qui Romanum pulchrè reparaueris, atris
Ipſum tenebris eruens,
In quibus (ô mores) fuerat per ſecula multa
Turpi ſepultum incuria

Sic magna

Sic magnæ collapſa priùs faſtigia Romæ
Si non reponuntur tuis
Scriptis, at ſaltem Latiæ reparatur apertè
Pars gloriæ potiſſima,
Non aliter quàm ſi qua foret latiſſima quercus
Quocunq; ſtantes arbores
Exſuperans longè, caput intra nubila condens,
Vaſtoſq; per campum ſuos
Extendens ramos (ſub quorum tegmine opaco
Solatium quiſq; inuenit)
Gloria certa loci, quem reddit vbiqué decorum,
Celebrem, & admirabilem,
Tandem ſtridenti ventorum turbine adacta
Grandi fragore corruat,
Tum decus omne ſoli, tunc gloria, tunc honor vnà
Ruit, ſimulque deperit.
At ſi forte aliquis ſortem miſeratus iniquam
Vt arboris, ſic & loci,
Viribus imcumbit totis, ac omnis in hoc eſt,
Vt hic & illa priſtinam
In formam redeat: Sin fortè elanguit illa,
Saltem aſſequatur, vt loci
Reſtituatur honos, & gloria multa ſuperſit.
Quis tale factum non probet?
Quis non hunc hominem condignis tollat ad aſtra
Ad aſtra tollat laudibus?

Sic quoque tu in ſimili præſtans maiora Polete,
Polete vir doctiſſime,
Diuinis laudandus eras mihi crede camœnis,
Fortuna quum tibi inuidens,
Atque tuis factis, liuore peruſta maligno
Te ætate florentem abſtulit,
Idq́; priùs quàm ſcripta tua inuulgata fuiſſent,
Luciq́; communi data,
Sic propè mors ſobolem patremq́; peremit eodem
Vnoq́; diro ſpiculo.
Sed Gener ecce tuus nulli pietate ſecundus
Partum fouendum ſuſcipit,
Erigit, extollit, firmat, multumq́; perauctum
Permittit ire in publicum,
Comparat vnde ſibi famam, laudemq́; perennem,
Alter velut libri parens.

EIVSDEM ALIA ODE.
Liber ad Lectorem.

Scire num quæris, ſtudioſe Lector,
Quod forum quondam fuerit Quiritum,
Vniuerſi dum caput orbis eſſet
Inclyta Roma?
Non opus multos ſubeas labores,
Tot libris, & tam varijs legendis,

Solus

Solus id præſto breuiter, diſertè,
Nec minùs aptè.
Quæris & Lector, mihi quis parens ſit?
Me quidem primùm genuit Poletus,
Viuerem vt fecit Gener eius: ergo
Ambo parentes.

IO. VANDERHAGHII BRVXELLENS. ALLVSIO ad etymon Fori.

Huc propera quicunque voles diteſcere opimis,
Inuenies nuſquam ditius emporium.
Hic paſſim rutilant gemmæ, ſplendentq́ue lapilli,
Qualis nec Pyrrhi gemma ſuperba Deis.
Hic pretioſa patent vnguenti vaſcula puri,
Hic thymus aſpirat, nectar, & ambroſia.
Conſpicis hîc quo cauſa loco, quo iudice, quando,
Queis certanda fuit, quo peragenda modo.
Hic etiam leges, & quæ reſponſa ferebat
Roma potens populis, dum caput orbis erat.
Conſpicis hîc quæ pœna malo, quæ præmia laudi,
Hic promus iuris vel tibi condus erit.
Denique quid non hic? cunctarum eſt copia rerum.
Nec mirum ſi effert, fert quoque tanta, forum eſt.

ARGVMENTA ET SVMMARIA LIBRO-
rum, capitum, & ferè eorum, quæ hoc ope-
re continentur, tum ratio ordinis
concinnata breuitate à *Philippo
Broïdæo. Franciſci Pol-
leti Genero.*

¶ BREVIARIVM QVINQVE LIBRO-
rum Hiſtoriæ fori Romani.

LIBRO PRIMO Forum conſtituitur. Secũdo aduocatorum corona cingitur. Tertio Iudicum conſeſſu ornatur. quibus quarto rei ſiſtuntur, ac de publicorum praxi agitur. Quinto de praxi priuatorum iudiciorum, Apparitoribus Iudicum, ſententijs, appellatione, & re iudicata tractatur.

RATIO ORDINIS.

Priùs de publicis iudicijs tractat, quia hæc, quibus de capite & fortunis anquiritur, dignitate præſtantiora ſunt priuatis, quibus tantùm de re pecuniaria agitur. Adde quod delicta & crimina, quę in illis puniuntur, etiam tempore ſunt priora obligationibus & vltimis voluntatibus, de quibus ferè in his diſceptatur. Licet autem dignitate perſonæ rebus ſint præſtantiores, tamen locus, & tempus, quæ primo libro conſtituuntur ordine quodam naturæ præcedere debuerunt.

¶ SVMMARIVM LIBRI PRIMI.

Libro primo de loco, tẽpore, & iuſtrumento fori, modo, ratione, & habitu dicturorum & acturorum agitur.

Argumen-

Argumentum capitis primi pag. 1.
Forum deſcribit ac diuidit,& vtrique foro Magiſtratus præficit.
Secundi pag. 10
Vbi cauſæ publicæ,& priuatæ diſceptabantur, ac de foro,theatro, baſilica,& comitio.
Tertij pag. 18.
De foro veteri, Iulij, Auguſti,Neruæ, & Traiani, ac de baſilicis, & eorum ſitu & ornatu.
Quarti pag. 30.
De varijs nominibus & locis, quibus ius dicebatur, de Præfecto Prætorio,& officio Quæſtoris.
Quinti pag. 45.
Vbi & vndè Oratores,& Patroni cauſam dicebant,ac de corporis habitu,& motu, quid cognoſcere ex plano,& de tribunali.
Sexti pag. 54.
De inſtrumento fori & forma tribunalis.
Septimi pag. 66.
De ſubſelliis & ſeſſionibus Iudicum, Litigantium,& Teſtium, & inſtrumenti forenſis conductione, & diſpoſitione, auditorij redemtione,fauentium & faſtidientium geſtu.
Octaui pag. 78.
De vario dierum diſcrimine,ac primùm de nefaſtis.
Noni pag. 99.
De faſtis, & diuerſa dierum & horarum ratione, atque de horologiis quædam.
Decimi pag. 113.
De deductione, & reductione metu ac exordiis acturorum, & tempore agendi.
Vndecimi pag. 121.
De clepſydris,& earum vſu probato,vel improbato,Monitoribus,Phonaſcis, & horarum lege, partitione temporum, & quod nox actionem dirimebat.
Duodecimi pag. 132.
De ratione agendi, viciſſitudine, alternatione, Patronorum numero, eloquutione,hipocryſi,& diſcrimine orationis,actionis,declamationis.

¶ SVMMARIVM LIBRI SECVNDI.

Libro ſecũdo de ijs agitur,qui in foro Reis, id eſt, litigantibus operam aut locant, aut commodant,mu-

tam quidem & ſegnem, gratuitam aut venalem ſiſtunt, qui generali vocabulo Aduocati dicuntur.

Argumentum capitis primi pag. 145.
De Aduocatis,& aduocatione in genere.

Secundi pag. 154.
De Cognitoribus, Formularijs, Leguleis,& Monitoribus.

Tertij pag. 163.
Diſcrimen ponit inter Leguleos & Iurisconſultos, atque in fori Rabulas, Sycophantas,& id genus peſtes genuinum figit.

Quarti pag. 170.
De Cuſtodibus, Capſariis Subſcriptoribus, et ſubſcriptione, Laudatorib⁹ & Deprecatoribus.

Quinti pag. 179.
De Oratoribus & Rhetoribus, eorum ortu, progreſſu & differentia.

Sexti. pag. 187,
De mnnere & analogia Oratorum, fori veteris maieſtate, & Adoleſcentum accuſationibus.

Septimi pag. 195
De tyrocinio depoſitione Prætextæ, & ſumtione virilis Togæ, & pompa, quæ fiebat, de contubernio Adoleſcentum, cum viris principibus, & de Prætoris edicto de poſtulando.

Octaui pag. 207.
Rurſus de toga, habitu, & amictu Oratorum, & veterum multa: Ciceronis verſiculus explicatur, & reſtituitur.

Noni pag. 216.
De Cauſidicis, atque iterum contra fori Latratores & Rixatores inuehitur, quos ita depingit, vt facile ab Oratore internoſci poſſint.

Decimi pag. 224
De patronis & Clientibus, clientelarum & feudorum origine & ſimilitudine.

Vndecimi pag. 238.
De honorariis Cauſidicorum, & beneficii hoſtimento, de S. C. & l. Cintia contra Aduocatorum ſordes.

Duodecimi pag. 250.
De Oratorum ſubſellijs, Actuariis, orationum retractatione, atque de recitatione.

Decimitertij pag. 262.
De partibus orationis, motu, & vi Eloquentiæ, ſtatu, & habitu Reorum, Parecbaſis de ſpectris.

¶ SVMMARIVM LIBRI TERTII.

Libro tertio de Magiſtratibus cùm publicas, tũ priuatas cauſas diſceptantibus tractatur.

Argumentum capitis primi pag. 281.

De iuriſdictione & imperio, atque vtriuſq; accõmoda exẽpla proponit.

Secundi pag. 291.

De verbis honorariis, atque primò quæ ad articulum (do) pertinent quæ meri imperii ait. *Tertij pag.* 308.

Duo alia Prætoris verba perſequitur quæ ad iuriſdictionem nudam accommodat, tum in poſtremo vulgatam lectionem corrigit.

Quarti pag. 315.

De iuris ſpeciebus, Ciceronis Nomotheſia, Prætorum iuriſdictione, origine, nomine & auctione.

Quinti pag. 323.

De Regibus Duumuiris, Tribunis, Ædilibus, & Cenſoribus, & de ipſorum iuriſdictione.

Sexti pag. 331.

De Prætoris inſignibus, & ornamentis triumphantium, ac de variis tunicis, Curuli, & Ædilibus.

Septimi pag. 339.

Diuiſione facta iudiciorum progreditur ad eos qui iuriſdictionem habent in quæſtioni bus, & quomodo Prætor in publicis præerat.

Octaui pag. 347.

De iudicũ decuriis, & legibus iudiciariis, & quomodo variatũ ſit in illis.

Noni pag. 358.

Iterum de legibus iudiciariis, & diuerſa Iudicum nomenclatione incremento, decremento variatione, de vicibus decuriarum.

Decimi pag. 366.

De iudicandi neceſſitate, & quomodo Iudices hanc prouinciam detrectantes cogebantur, factaque comparatione togatæ militiæ cum caſtrenſi illius tres miſſiones deſcribit.

Vndecimi pag. 377.

A quibus decuriæ Iudicum deſcribebantur, & vbi aſſeruabantur, deque variis cognitionibus, quæ fiebant à Populo Senatu, & Principe.

Duodecimi pag. 388.

De Diſceptatoribus & Arbitris, arbitrio & iudicio.

Decimitertij pag. 395.

De Centumuiris & cauſis, quæ apud eos diſceptabantur, de conſilio iudicio, & concilio.

*Decimiquarti pag.*405.

Ampliùs de Centumuiris,nominis ratione, ordine, creatione, collegio & horum quadruplici iudicio, ac de Decemuiris

*Decimiquinti pag.*418.

De Recuperatoribus, quomodo & quando dabantur, de formulis recuperatorii iudicii, & aſſertionibus.

¶ SVMMARIVM LIBRI QVARTI.

Libro quarto cauſis diuiſis,& diſtinctis,tandem de Accuſatoribus,& Reis,atque de praxi publicorum iudiciorum agitur.

Argumentum capitis primi pag. 427.

De diuiſione cauſarum, & earum diſcrimine.

Secundi pag. 434.

De accuſatoribus, Quadruplatoribus, Sectoribus, & horum hominum grege, præmio,& eliminatione ab optimis Principibus.

Tertij pag. 449.

De Præuaricatoribus, & eorum pœna.

Quarti pag. 456.

De Tergiuerſatoribus, Mandatoribus, Emiſſariis,& aliis id genus.

Quinti pag, 463.

De Calumniatoribus, & eorum pœna.

Sexti pag. 473.

De Reis, qui cauſam dicere,reſpondere, ſubire iudicium, & defendi dicuntur, ac de incolumibus, & integris, atque de Budæi Forenſibus.

Septimi pag. 482.

Accuſatorium ordinem aggreditur, ac primum de delationibus, libellis, inſcriptione, ſubſcriptione, relatione, exemtione, & abolitione Accuſatorum, & Reorum, nec non de Cuſtodum appoſitione.

Octaui pag. 494.

De diei dictione, interrogatoriis, & litiſconteſtatione.

Noni pag. 502.

De inquiſitione, & legatione, ac de cauſa Repetundarum.

*Decimi.pag.*511

De variis æſtimationibus litium.

*Vndecimi pag.*519.

De ordine dicendi, & quod defenſio interdum accuſationem præcedebat, de partibus orationis, In fori veteris, & huius ſeculi mores digreſſio, quid ſit indicaſſe Reum.

Duodecimi

Duodecimi pag. 527.

De altercatione.

Decimitertij pag. 532.

Altercationem diuidit, ac primùm de ea, quæ in denunciandis, & interrogandis teſtimoniis conſiſtit, acatalepſia, & ſubſelliis Teſtium, ac de iureiurando.

Decimiquarti pag. 544.

De teſtium reiectione & eleuatione, iuriſiurandi variis formulis, tormentis, ac tabulis.

Decimiquinti pag. 554.

De ampliationibus, comperendinationibus, & dilationibus cauſarum, & earum diſcrimine.

¶ SVMMARIVM LIB. QVINTI.

Libro quinto de praxi & formula priuatorũ iudiciorum, & quæ amborum ferè communia ſunt, ratione ferendarum ſententiarum, ſportulis, apparitoribus, cuſtodiis, appellationibus, & re iudicata.

Argumentum capitis primi pag. 565.

De more denunciandi litem ſeu inius vocandi, hoc eſt, de vadimoniis, atteſtationibus, Atteſtatis, Vadibus, Prædibus, & Supprædibus.

Secundi pag. 578.

De dilationibus & deſertionibus vadimoniorum, ac de contumaciæ pœnis.

Tertij pag. 586.

Rurſus de vadimonii deſertione, atque de prærogatiua domus.

Quarti pag. 599.

De actionum formulis, & interrogatoriis actionibus.

Quinti pag. 611.

De ſponſionibus, & ſacramentis, conſtitutione iudicii, Iudicum datione à prætore, & iis ferè, quæ fiebant in conteſtatione priuatorum.

Sexti pag. 624.

De notionibus Iudicum & eorum conſilio, Aſſeſſoribus, Conſiliariis, Iureconſultis, & quadruplici horum genere.

Septimi pag. 643.

De citatione, ſortitione, reiectione, ſubſortitione, & numero Iudicum item qui, & quando iurati, aut iniurati ſederent.

Octaui pag. 655.

De variis modis ferendarum ſententiarum, & ſuffragiorum à Iudicibus, Populo, & Senatu.

ARGVMENTA

Noni pag. 670.
De corruptione & Corruptoribus Iudicum.
Decimi pag.682.
De corruptione iudiciorum, & comitiorum, numerum captatoribus & legibus repetundarum.
Vndecimi pag.692.
De ſportulis Iudicum, & Apparitorum.
Duodecimi pag.702.
De Apparitoribus Scribis, Notariis, Amanuenſibus, & qui ſcriptum facerent.
Decimitertij pag.715.
De Accenſo, Præcone, Interpretibus, Viatoribus, Lictoribus, & ſtatoribus.
Decimiquarti pag.729.
De Carnifice, Triumuiris Capitalibus, & Cuſtodiis.
Decimiquinti pag. 744.
De ſententiis, earum conceptione, & pronuntiatione.
Decimiſexti pag.757.
Quod ſententia mutari nequeat, & de prouocatione.
Decimiſeptimi pag.767.
De appellatione rurſus, ſupplicatione, reſtitutione in integrum, & deprecatione.
Decimioctaui pag.783.
De executione rei iudicatæ.
Deciminoni pag.796.
De variis ſuppliciis & pœnarum generibus, & quę ferè in animaduerſione Reorum obſeruabant Romani.

DECVRIA AVCTORVM IN HOC OPERE CITATORVM, QVOrum *plurimi cùm explicantur, tum reſtituuntur, & illuſtrantur.*

A

Accurſius.
Acron.
Adrianus Turnebus.
Ælianus.
Ælius Lampridius.
Ælius Spartianus.
Æmilius Probus
Æſchines.
Alexander ab Alexandro.
Ammianꝰ Marcellinꝰ.
Amonius Monachus.
Andreas Alciatus.
Andreas Tiraquellus.
Angelus Decẽbrius.
Angelus Politianus.
Antonius Goueanus.
Antonius Muretus.
Antonius Sabellicus.
Antiphon.
Appianus.
Apuleius.
Ariſtophanes.
Ariſtoteles.
Aſconius Pædianus.
Athenæus.
Auctor ad Herẽnium.
B. Auguſtinus.
A. Gellius.
Auſonius.
Authenticæ.

B

Baldus.
Baptiſta Ægnatius.
Bartholomæus Chaſſanæus.
Bartolus.
Baſilius Magnus.

C

Cælius Rodoginus.
C. Iulius Cæſar.
Callimachus Poëta.
Carolus Mollinæus.

Caro-

Carolus Sigonius.
Caſſiodorus.
Caſſius Seuerus.
Cicero.
Chryſippus.
Claudius Cantiũcula.
Clementinæ
Codex { Iuſtinianeus. Hermogenianus. Theodoſianus. }
Columella.
Conſtantinus Harmenopolus.
Contius.
Cornelius nepos.
Cornelius Tacitus.

D

Decretales.
Demoſthenes.
Deuteronomus.
Diogenes Laërtius.
Dion Caſſius.
Dionyſius Halicarnaſſeus.
Dominicus Floccus.

E

Eguinarius Baro.
Ennius Poëta.
Epictetus Philoſoph⁹.
Eraſm⁹ Roterodamus.
Euripedes.
Euſebius.
Exodus.
Extrauagantes.

F

Fabius Quintilianus.
Felinus.
Feſtus Pompeius.
Flauius Vegetius.
Flauius Vopiſcus.
Franciſcus Balduinus.
Franciſcus Conanus.
Franciſcus Duarenus.

G

Galenus.
Gaſpar Contarenus.
Geneſis liber.
Gratianus compilator decreti.
Gregorius Haloander.

Guilel-

Guilelmus Benedicti.
Guilelmus Budæus.
Guido Pape.

H

Herennius.
Herodianus.
Heſiodus.
Hirtius de bello Africo.
B-Hieronymus.
Hippocrates.
Homerus.
Horatius.

I

Iacobus Cuiacius.
Iacobus Ræuardus.
Iaſon de Maino.
Ieremias.
Inſtitutiões Iuſtiniani.
Ioannes Andre.
Ioannes antiquus gloſſator.
Io. Baptiſta à porta.
Io.Bartholomeus Marlianus.
Io. Berberius.
Io. Bodinus.
Io. Brodęus.
Io. Faber.
Io.Franciſcus Pozinnibius.
Io. Geneſius Sepulueda.
Io. Gillotus.
Io.Imbertus.
Io. Longouallius.
Io. Oldendorpius.
Io.Papon.
Io.Picus.
Iſidorus.
Iulius Capitolinus.
Iulius Obſequens.
Iuuenalis.

L

Laberius Mimus.
Lactantius Firmianus.
Laurentius Valla.
Lazarus Baiffius.
Lazius.
Lęlius Fęlix.
Leges Decemuirales.
Leonardus Portius.

Lucanus

Lucanus.
Lucas de penna.
Lucas Euangeliſta.
Lucianus.
Lucillius.
Lucius Florus.

M

Macrobius.
Malleus Maleficarũ.
M. Cato.
Marius Maximus.
Martialis.
Martinus ãtiquus gloſſator.
Matthæus Euangeliſta.

N

Nicephorus.
Nicolaus Grucchius.
Nonius Marcellus.
Nouellæ conſtitutiones Iuſtiniani.

O

Ouidius Naſo.
Ordinationes regiæ ſuper publicis iudicijs.

P.

Pacuuius.
Palladius
Pandectæ iuris.
Papinius poëta.
Paralippomenon liber
Pardulfus Pratteus
Paulus Apoſtolus.
Paulus de Caſtro.
Paulus Ghyrlandus.
Peaulus Manutius.
Perſius.
Petrus Apoſtolus.
Petrus Pithæus.
Philippus Cõminæus.
Plato.
Plautus.
Plinius vterque.
Plutarchus.
Polybius.
Polydorus Vergilius.
Pomponius Lætus.
Poncius Diaconus.
Porphirio.
Priſcianus.
Propertius.

Prouerbiorum liber.
Prudentius poëta.
Pſalmorum liber.
Pub. Lauinius
Pub. Victor.
Pythagoras.

Q.

Q. Curtius.

R.

Regum liber.

S.

Salluſtius
Seneca vterque.
Seruius Donatus.
Socrates.
Sozomenes.
Statius Poëta.
Stylus regius criminalis.
Suetonius Trãquillus.
Sylueſtrina ſumma.
Symmachus.

T.

Terentius Apher.
Terentius Varro.
Tertullianus.
Theophilus
Theophraſtus.
Thucydides.
S. Thomas.
Tibullus.
Titus Liuius.
Tyro Tullius.

V.

Valgius Rufus.
Valerius Maximus.
Valerius Probus.
Velleius Paterculus.
Vergilius Maro.
Verrius Flaccus.
D. Viglius.
Vincentius Lupanus.
Vitruuius.

X.

Xenophon.

Z.

Zazius.
Zeno.

Abſtinuimus à nomenclatione Conditorum legum, & canonum, ne in infinitum hoc album excreſceret.

SVMMARIVM
Libri primi.

LIBRO PRIMO DE LOCO, TEMPORE, ET INSTRVMENTO FORI, MODO, RATIONE ET HABITV DICTVRORVM, ET ACTVRORVM AGITVR.

HISTO-

HISTORIA
Fori Romani.

ARGVMENTVM CAP. PRIMI.

¶ Forum deſcribit, ac diuidit, & vtrique Foro Magiſtratus præficit, inuidiamque deprecatur auctor.

Caput primum.

FORVM [1] eſt, quo res vęnum ab annonarijs, cauſæque diſtrahẽdæ à litigatoribus cõferuntur. Nam forus, qui inductus ab Iſidoro [2] in ius latinorum obrepſerat, nomine iuſtiſſimo, vt Reus peregrinitatis, dudum faceſſere iuſſus eſt: Et quod idem auctor commentus eſt etymon, cùm Forũ à fando, [3] vel Phoroneo Argiuo rege deducit. Etenim quãquàm notationũ, in vocabulis ratio periculoſa ſit, adeò vt qui in ea verſantur, ſæpè aut deridiculi ſint, aut cùm intendunt indicem ad fontem, dictionem deriuaturi, in lubrico titubent, aliud pro alio commonſtrantes, tamen in argumẽto præſenti, tu- *Forum.* *Forus.*

tiſſimum mihi videtur Terentij Varronis iudicium: Iſidori verò, calumnijs expoſitiſſimum. Vim adfert ſyllabæ quantitati, qui Forum à fari inuito ſyllabæ genio repetit: ita vanus eſt, qui Latino verbo, & indigenæ auctorem exoticum affingit. Non eſt veriſimile Romanos exteri regis, atque ignoti memoriam, foriq́ue conſtituti beneficium coluiſſe, Peloponeſum autem, Achaiã, reliquamq́ue Græciam, contempta regia nomenclatione, nõ Phoron, ſed δικαςήριον vel ἄγοραν pro foro vſurpare maluiſſe. Ad hæc præter auctoritatem Varronis rei Latinæ peritiſſimi, quæ oppoſita Iſidoro, viro nõ tam erudito, quàm bono, & diligenti in aduerſa lance vt leuiſſimum auferret, eiuſdẽ eſt plenior etymologia, & quæ duplex fori genus cõplexa ſit, iudiciale nimirũ, & venale, vtrumq; ſuos mores, ſua officia deſtinata, ſuoſq́ue præfectos ſortitum: Illi præponit Ariſtoteles 4°. Polyticorum ἄρχας, nos Magiſtratus, qui ſcilicet Iuris diſceptandi, dicundi, iubendiq́ue poteſtatem habent: Huic autem idem ἐπιμέλητας, Latini curatores præficiunt, vt ſunt Ædiles Plebei, Curules, Cereales, præfecti

Fori duplex genus.

Fori Iudicialis præfecti.

Fori venalis præfecti.

fecti annonæ, qui commiſſa in ſumptuarias leges, doloſque Dardanariorũ [4] puniũt, reliquorumque, qui in fraudem annonæ vexandæ, flagellandæque ſocietatẽ, & monopolium coëunt: Et ij quos diſtinctis ex genere numeris, quo fungũtur nominib⁹, Iureſconſulti vocant [5] Sitonas, Sitologους, Sitometras, Sitophilacas, qui frumentationem, Eleonas, Elęempόρους, qui oleariã curãt, Epiſcopους, annonę inſpectores, quos vulgò Eſguardos ab inſpiciendo, obſeruando, & approbãdo annonã vęnalem, dicũt, Tamias, Apodectas, Ephorους, reliquoſque annonarios præfectos, quos Aurelius Arcadius Chariſius perſequitur lib. ſingulari de munerib. ciuilibus. Itaque pro rerum varietate, [6] quę vęnum comportarentur, varijs affectũ eſt nominibus, modò enim Boarium, Suarium, [7] Piſcarium, aliàs Holitorium, Cupedinarium, Coquinum, & Furinum in Pſeudolo Plauti vocabatur. Cęterum vęnale forum non tantùm eſculentis, poculentis, reliquoque victui diſtrahendo, ſed aliarum etiam rerũ comercijs contrahendis deſtinatum eſt. Hincque eſt quòd Galli ſolẽnes mercatorũ conuẽtus

Fori venalis varia nomina.

Forę Gallorum. in municipijs,ſtataſq; & indictas ſuas nundinas foras vocant. Porrò Forum iudiciale ampliorem, magiſque variã hiſtoriam habet, ad cuius explicationẽ, vniuerſa hęc à nobis inſtituta cõmentatio conferetur. *Inuidiæ deprecatio.* Enimuerò antequam in ipſam exegeſim ingrediamur,inuidiam, quę nobis ſubeunda erit,ex moleſti, ingratique ſtili fragmẽtis,deprecati, argumenti ſuſcepti maleficio imputemus. Nã eiuſmodi eſt,vt,quia obſoletum longo ſenio,ſituque, neque à quoquam omnino verſatum, vix fidem eſſet habiturum,niſi in rem præſentẽ, quaſi adductis auctorib. planè repreſentaretur: neque enim ingenio cogitatis rationibus, aut argumentis arte è locis erutis, ſed atechnis auctorum locupletum laudationibus more Iuriſconſultorum res arguenda fuit,habẽdaque ob oculos propoſita prolepſis, anticipata de mutis illis magiſtris, per quos didicimus, opinio, quod ipſi dixiſſent, vt quondã Pythagorei de ſuo Pythagora ἀυτὸς ἔφα.Quod idem accidit ijs magnis antiquarijs, qui rem nummariam, veſtiariam,vaſculariam, nauticam,ædificatoriam, tẽporum tenebris demerſas, & ſepultas

pultas,ſuo ſtudio,& induſtria eruerũt, ſpectandaſque omnibus exhibuerunt: quib.ſi quando datur ſtylo indulgere, id tum demum faciunt, cùm in parerga excurrunt. Nam huiuſmodi hypomnemata continẽt tantam in ſe varietatem rerum, vt perpetuam deductamq; dictionis ſeriem(quod rerum præclarè ab Heroib. geſtarum narrationes admittunt) non paterentur,quin modò in Capita, artuſque iuſtos,ſed penè in articulos frangenda fuerint, vt non ad epidicticã aut etiã exegeticã, ſed didaſcalicã ſcribendi rationẽ ſummis notandiſq; dũtaxat rerũ capitib. fuerint comparanda. Eam tamen dedimus operam, vt pro rei ingenio,aptè inter ſe omnia connexa hæreãt,nihilque luxatũ, & non ſuo loco poſitum reperiatur. Religioſè autem coacti ſumus abſtinere à Græcis,ne miſcellaneorum chaos farciremus(cùm etiã Græcum Forum ſingularem requirat hiſtoriã)conſcij inſtitutæ operæ, vt qui non Gallis, aut Græcis,aut alijs exterarum gentium ciuitatibus, ſed ſolis Latinis Forum conſtruamus. Sed ex diuerticulo res reponatur, & quod fœlix,fauſtũq; ſit,rem attingamus.

✲ Philippi Broidæi IC. corollarium ad Caput primum hiſtoriæ Fori Rom.

M. Varro.

1. Forum eſt quo) *Etymologia eſt Fori, quam adfert M. Varro lib. 4. de lingua Latina. Quò conferrēt, inquit, ſuas controuerſias, & quæ vendere vellent, et quò quæq́; ferrēt, forū generatim appellauerunt, à ferendo nēpe. Quod aūt additur à Socero* (cauſæq́ue) *ad interpretationem magis pertinet quàm ad neceſſitatem requiratur: Siquidem verbum* Rei *etiā cauſas & lites complectitur, teſtis Vlpian. in L. 183. de verb. & rerum ſignif. Inde Reorum nomen pro litigātibus: Hinc etiā actus rerū toties apud Sueto. pro actis cauſarū ponitur: Ipſe etiā nimius fort aſſe, & ſuperfluus ero, ſi Horatij auctoritatē addidero:*

Rei.

Dubius ſum, quid faciam, inquit,
Tene relinquam, an rem.

Fori notatio.

Id eſt litem. Breuius itaque definiri poſſe videtur, aut circūſcribi forum ex verbi alluſione, ſi quis dicat locum eſſe, quo res feruntur, aut vnde res feruntur, vt in poſteriore, quæq́; litera dictionem importet, quibus quaſi per coitum, & copulā nomen Fori connexum eſt, vt non ineleganter Gellius libro. 1. cap. 25. noct. Attic. Induciarum vocabulum ex his factum putat, inde vti iam. *Sic ferias à ferendis epulis, niſi malimus per antiphraſin dici, quod tunc nullæ res inde ferantur, reſpiciētes ad fori, quā modò attulimus etymologiā, veluti bellum quaſi minimè bellum: Lucus quod minimè lucet, & ſic diuerſa analogia nūdinæ feriæ, & nō feriæ dici poterūt.*

Induciæ. Feriæ.

Nonius Marcellus.

2. Ab Iſidoro) *Lib. Etymologiarum, qui laudatur auctor in c. forus de verb. ſignific. Nonius Marcellus ta-*

bus tamen notat maſculino genere dici apud Lucilium, & Saluſtium.

3 Forum à fando) *In hoc etymo Fori Iſidorum reprehendit Alciat. lib. 2. diſpunctionum cap. 24. ac ferè iiſdem argumentis rationibuſq́; confutat.*

4. Dardanariorũ) *Quia verbũ hoc inſolens eſt multis, ſicut & nonnullæ phraſes, quibus auctor noſter vtitur, ideò paucis perſtringenda videtur. Sunt ergo Dardanarij propolæ, qui omnia præemunt, vt poſtea carius reuendant, quorum fit mentio in l. 27. de pœnis, l. 6. de extra ordin. crimin. Vexari autem per eos ſectores, & mancipes annona dicitur, quando fertur, raptatur, huc atque illuc diſtrahitur, cuius verbi emphaſim interpretatur Seruius apud Gellium, lib. 2. cap. 6. noct. Att. & Macro. Saturnal. lib. 6. cap. 7. ſuper hoc verſu Vergilij.* *Dardanarij.* *Vexari annonam.*

Dulichias vexaſſe rates.

Flagellatur autem, quando in horreis & granarijs veluti mãcipatur, & verubus quaſi verberib. coërcetur, ne exire aut egredi poſſit, qua phraſi vtitur Plin. lib. 33. cap. 13. metaphora forte deſumpta ab obæratis & nexis, qui addicti creditorib. ab iiſdem in ergaſtulis flagellabantur: in eadem ſignificatione Martial. arcam flagellare opes in ea reconditas dixit. Papinius autem ſtrangulare, pro ita condenſare & comprimere, vt quæ reſpirare nequeant, ſuffocari videantur. *Flagellare annonam.* *Strangulare.*

Non tibi ſuppoſitas infœlix ſtrangulat arca
Diuitias.

Ad quam ſignificationem viſus eſt reſpexiſſe Hermogenianus in l. 53. ff. de Iud. dum arctiorem annonam dicit. & Perſius Satyra quinta:

 Iam

Vaſtare, Grauare, Leuare annonã.

Iam nunc aſtringas, iam nunc granaria laxes.
Lampridius in Commodo & Seuero Impp. vaſtare & grauare annonam dixit, quibus leuare contrarium eſt Ciceroni.

Sitonia. Sitocomia.

5. Vocant Sitonas) *De his fit mentio in l. vltima de mun. & honor.* Σιτώνης *autẽ eſt curator annonæ præpoſitus l. vlt. de adminiſt. rer. ad ciuit. pertinent. Vnde Sitonia vel Sitocomia vt legit D. Alciat. l. vnic. vt nem. liceat in emp. ſpec. libro. 10, C.* Σῖτου *verò appellatione, cibaria, quibus veſcimur, continentur. Inde eſt quod Arcad. in d. l. munerũ, frumenti, olei, & harum ſpecierum curatores, Sitonas vocat. Quædã de procuratione rei frumẽtariæ, vide apud Vincentium Lupan. in Spartia. Didium. Sed noſtri inſtituti non eſt ſingula proſequi.*

Forum aleatorium.

6. Itaque pro rerum varietate) *Sic Auguſtus Forum Aleatorium vocat, in quo ſolitus erat aleã ludere: Ita enim apud Sueto. Luſimus per omnes dies forumq́ aleatorium calefecimus. Porrò ſeptẽdecim*

Septendecim Fora Romæ.

Fora Romæ fuerunt, de quibus, & eorum ſitu, vide Ioannis Bartholom. antiquæ Romanæ Topographiam, & Pub. Victor. de vrb. Rom. regionib. & locis. Tredecim recẽſet Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 2. cap. 12. qui multa de Foris Romanorum &

Fora.

exterorum habet notatu digna. Fuerunt & alia loca in prouincijs, in quibus ſolẽnes cõuentus fiebant, vel iuriſdicundi, vel nũdinationis cauſa, quæ etiã fora dicebantur, quæ ſæpè nomen retinebant ab iis, qui agebant, aut indicebant, vt ſunt Forum Appij, Caſſij, Liuij, &c. inde huiuſmodi phraſes frequentes apud Ciceronem, Pliniũ, Cæſarem, & alios probatos auctores, Forum agere, Forum indicere. Con-

uentus

uentus autem quomodo fierent explicat Theophilus Conuentus.
inſt. lib. 1. tit. 6. Extremo verò conuentus die con- Conciliabulum.
cilium habebatur. In alia etiã ſignificatione, Forum
vſurpatur pro nundinationis & negotiationis loco,
quod conciliabulum propriè dicitur. Vtriuſque au-
tem Fori, quod vel iuris vel nũdinationis ergò age-
batur, veſtigia ad nos vſque peruenerunt, vel ex eo
colligimus, quod nundinationes ſiue conciliabu-
la, quæ quotannis ſtatis temporibus, & certis locis
recurrunt, Fora vel foras vernaculè vocamus: Ve-
rum huiuſmodi mercatorum conuentus olim non e-
rant certi, aut ſtati reſpectu loci, aut temporis, ſed
concepti: Nam ſenatus, Prætor, & Proconſul indi-
cebant pro arbitrio, quinimo priuati nundinationis
ius interdum obtinebant, vt probat Plinius nepos
lib. 5. Epiſt. ad Valerian. & Suet. in Claudio. Iu-
ridicorum cõuentuum exempla nunc etiam extant:
Nã quid aliud ſunt in municipijs ſeſſiones illæ iu-
dicũ quas aſizias aut francas veritates ius cõſuetu-
dinarium appellat? Certè cùm huiuſmodi conuentus Aſizia.
celebrantur, Forum agitur & indicitur: nam vtro-
bique ius dicitur: nec fortè abſimiles ſunt conuen-
tus illi celebres in Gallia, qui magni dies vocan- Magni dies.
tur, quibus de appellationibus quæ a Bailliuorum
& Seneſchallorum curijs immittuntur, cognoſci-
tur. Quomodo autem differant Colonia, munici-
pium, præfectura, Forum, conciliabulum, vide a-
pud Turnebum aduerſariorum libro 1. capite 11.
Præcipuè apud Carolum Sigonium libr. 2. de antiq.
Iur. Ital.

7. Boarium, ſuarium) *Hæc omnia poſtquam cõtra-*
cta in vnum locum, quæ ad victum pertinebant &

Macellum. *ædificatus loc⁹, macellũ appellatũ. Var. li. 4. de lin. Lat. Porrò inter vænalis fori præpoſitos referri poteſt Præfectus vrbis qui teſte Vlpi. curã carnis omnis vt iuſto pretio præberetur, habebat. Et ideò forum ſuarium, boariumq́ ad ipſius curam pertinet. l. 1. §. curam. ff. de offi. præfect. vrb.*

ARGVMENTVM.

¶ Vbi cauſæ publicæ, & priuatæ diſceptabantur, ac de Foro, Theatro, Baſilica, & Comitio.

Caput 2.

Diribitoriũ. Priuatæ lites. Publica Iudicia. Atticorum mos.

FORVM igitur vbi cauſarum officina, & veluti quoddam Iuris quod cuiuſque eſſet diribitorium[1], nõ ad vnum tribunal omnes lites recipiebat, ſed Priuatæ, quæ ad Centũuiros pertinerent, ſub tecto in Baſilica concertabantur: Publica autẽ iudicia, ſi populus referẽte Tribuno cogniturus eſſet, in Comitio ad Roſtra, ſi iudices decuriati in quæſtione legitima, in reliqua fori area nuda, cœloque aduerſa, qua in re morem Atticum Romani repræſentarunt; Athenis enim in aperto, & ſub dio cauſæ perorabãtur, Area ipſa ἡλιαία, & iudices qui in ea conſidebant ἡλιασταὶ tanquam ſub ſole cognoſcerẽt, vocati: vt etiam Athletę, qui aliâs in xiſtis & tectis

& tectis ſtadijs luctabantur, aliâs in hypætras & ſubdiales paleſtras commigrabant: Forum etenim area, & Baſilica conſtitit. Baſilicæ plures fuerunt, [a] cinctæ porticibus ad ambulationes: inter quas fuit, & Porcia Baſilica, quam extruxit Cenſorius Cato in cēſura ex ære publico, vicinā Foro ſub Curia: illic Tribuni plebis cauſas appellationum ex ſubſellijs cognoſcebāt. Auctor Plutarchus in vtroq; Catone Cēſorio & Vticenſi. Fuit & Fuluiæ Baſilica, quā Paulus Cōſul magnificentiſſimè mille & quingentis extruxit talentis: Auctor idem Plutarchus in Iulio. Fuerunt & aliæ Baſilicæ, vt Opimia, & Iulia. Sed Forum propriè eſt hypętra illa, & ſubdialis area, vbi Iudices cognoſcebant. Auſonius ad Gratianum Cęſarem in gratiarum actione pro cōſulatu: Non Forum, inquit, non Baſilicæ olim negotijs plena, nūc votis votiſque pro ſalute tua ſuſceptis &c. Tranquillus in Iulio: Ædilis, præter Comitiū & Forum, Baſilicaſque, etiā Capitolium ornauit, porticibus ad tempus extructis. Viden loca à nobis cauſis deſtinata, Baſilicā priuatis, Comitium popularib. Fori reliquam

Baſilicæ.

Quid propriè forum.

reliquam areã publicis, & legitimis quæſtionibus? Nam & hoc facilè à Grammaticis impetrabitur, vt quis dicatur eſſe foris, qui domi non eſt: ſed in Foro ſub ęthere aperto, ſic exigere foras, pellere tecto, extrudere ſub Iouem frigidũ: Quod quia videtur vtcumque paradoxon, Iudicũ cõſeſſum, auditorumq; coronam, ſolis cœliſque iniurijs expoſitam, lubet auctores

L. Piſo. citare. Valerius lib. 7. de Lucio Piſone: Cùm triſtes, inquit, ſentẽtiæ de eo ferrentur, repentina vis nimbi incidit, cùmque proſtratus humi pedes Iudicum oſcularetur, os ſuum cœno repleuit, quod conſpectum, totam quæſtionem à ſeueritate, ad clementiam, & manſuetudinẽ tranſtulit.

Appius Claudius beneficio imbris liberatus. Idem eodẽ libro: Appius Claudius cùm cauſam diceret ſatis periculoſè coorti imbris beneficio, tutus fuit à damnatione: Diſcuſſa enim quęſtione, aliam, dijs interpellantibus, de integro inſtaurare nõ placuit. Cicero pro Marco Scauro, quæ oratio nõ extat: Curia illa vos de grauiſſimo principatu patris fortiſſimoque teſtatur, Lucius ipſe Metellus auus huius, ſanctiſſimos Deos illo cõſtituiſſe in tẽplo videtur,

in ve-

in veſtro cōſpectu, vt ſalutē à vobis nepotis ſui deprecaretur. Significatur autem Curia hoſtilia, & Caſtoris Polluciſq; tēplum,quæ cùm in foro eſſent,à Cicerone digito demonſtrabantur.Fabius lib.6. ca. de riſu: Rarum eſt vt oculis ſubijcere contingat, vt fecit C. Iulius,qui cum Heluio Manciæ ſæpius obſtrepenti ſibi,diceret: Iam oſtendam qualis ſis,iſque planè inſtaret interrogatione, qualem ſe tandem oſtenſurus eſſet, digito monſtrauit imaginē Galli in ſcuto Mariano Cimbrico pictam, cui Mancia tū ſimillimus viſus eſt. Tabernæ autem erāt circa Forum, & ſcutum illud ſigni gratia poſitum. Itaque vt priuatæ lites rectè Baſilicanæ,ita publicæ ſubdiales & hypætriæ vocarentur: Hinc illæ auctoribus vſurpatæ phraſes, exire ex vmbris, prodire in ſolém, & puluerē, deſerere vmbras parietū,& ſciamachias declamationū, & apud Gel. prodire in lucē Fori ex angulis ſecretiſq; librorū.Fab.lib. 12.c.2.Sed quia deſerta ab ijs, qui ſe ad eloquētiā cōtulerūt,ſtudia ſapiētiæ nō iam in actu ſuo, atque in hac fori luce verſantur, ſed in porticus,& gymnaſia primum, mox in

Curia hoſtilia.

Tabernæ circa Forum.

Lites Baſilicanæ, Subdiales.

mox in conuētus ſcholarum receſſerunt: hactenus ille. Cœli autem iniuria, cur incōmodior illic ſit, quàm in Theatro quod tectū nō erat,[3] aut in Cōcione, aut cùm dabatur opera ſuffragijs ferendis in campo, nō video. Oborto enim nimbo, in porticus ſeſe recipiebant, vt in Theatro. Vitruuius lib. quinto cap. 9. Poſt ſcænam porticus ſunt cōſtituēdæ, vti cùm imbres repentini ludos interpellauerint, habeat populus, quo ſe recipiat ex theatro: imo

Templa ſubdialia.

& ibidem Romę quædam templa ſubdialia erant, & nudo cœlo expoſita, ſolis parietū lateribus fortaſſis contenta, adeò vt qui in eis orationibus, votis, aut alijs diuinis operam darent, ab huiuſmodi iniurijs cœli, & ætheris, tuti non eſſent, vt legitur apud eundē Vitruuiū capite ſecundo, lib. 6. Ioui (inquit) Fulgori, Cœlo, Soli, Lunæ ædificia ſub diuo Hypętra conſtituuntur: Addatur & hoc, quod rei cōſcijs tædium, incredulis fidem fortaſſis afferet: Fabius

Portius latro.

lib. 10. Quod accidiſſe Portio latroni dicitur, vt cùm ei, ſummam in ſcholis opinionem tenēti, cauſa in foro ęſſet orāda, impenſè petierit vti ſubſellia in Baſilicam transfer-

ısferrētur: Ita illi cœlum nouum fuit,
omnis eius eloquentia contineri parie-
ıs videretur. Ideò fortè in morē[4] rece-
, quia auditorij frequētiam in iudicijs,
agebāt, grauiſſimi & diſertiſſimi ora-
es nō caperet Baſilica, vel ne priuatarū
um actio, quæ intus ab obſtrepentibus
ıbulis latrabatur, cauſas magis ſerias im-
ediret, quanquam & aliquando eloquen- *Eloquētes patroni apud Cētumuiros.*
s patroni dicerent apud Centūuiros, &
equentiſſimā audientium coronam. Pli-
ius Secundus li. 6. ad Romanū: Sedebant
ıdices centū & octoginta (tot enim qua-
ıor concilijs conſcribuntur) ingēs vtrin-
ue aduocatorum numerus, & numeroſa
ıbſellia, aſtantium corona, latiſſimum iu-
liciū multiplici circulo ambibat, ad hoc
tipatum tribunal atque etiam ex ſuperio-
e Baſilicæ parte, qua fœminę, qua viri, &
udiēdi, quod erat difficile, & viſendi ſtu-
dio imminebant: quod nos ita interpreta-
mur, vt ex Pluteo per intercolumnia de-
ſpicerent in mediam Baſilicam. Cinctæ *Baſilicæ cinctæ porticibus*
enim erant Baſilicæ porticibus concamc-
ratis ex coaxatis contignationibus im-
miſſis in paraſtatas columnis aut pilis ad-
iunctis,

iunctis, ſupra quam contignationẽ altera eſt, & ſuperior porticus, cuius tectum te- *Paraſtatæ.* ſtudinatum, alijs poſtibus, paraſtatis & arrectarijs ſuſtinebatur. Medium ſpatium & *Pluteus.* quaſi ſuperior portic⁹ pluteus vocabatur, qui in vtrumque latus per intercolumnia periſtyliorum liberum habebat proſpectum. Paraſtatæ verò dupli erant ad latitudinem porticus, ſicut & columnæ perpetuo ſcaporum ductu ad Baſilicæ latitudinem. Nam ſic ferè deſcribit lib. 5. eam Fori Baſilicam, cuius architectus fuerat *Comitium.* Vitruuius. Comitiũ verò definitore Aſconio locus propter ſenatum, quo coire equitibus Romanis, & populo Romano licet, vbi Roſtra erant, propè Curiam, in quibus cõciones magiſtratuum ad populum perorabantur: aut vt Varro ſcripſit, *[illegible]* quod coibant eo comitijs curiatis, & litiũ cauſâ. Plutarchus tamẽ in Romulo, à coito fœdere inter Romanos, & Sabinos deducit. Nõ modo in Comitijs populus cognoſcebat, ſed & in Circo flamineo: Ibi enim dixiſſe Marcum Marcellum cauſam Auctor eſt Plutarchus in eius vita.

✠ Philippi Broidæi IC. corollarium ad Caput ſecundum, hiſtoriæ Fori Rom.

1. Diribitorium) *Eſt autem Diribitorium, publica domus, veluti arx, aut caſtellum quoddam, vbi exercitus recenſentur, & ſtipendia militibus diribentur, diuiduntur & diſtribuuntur. Quo verbo vtitur Suet. in Claudio: Quum Æmiliana pertinacius arderent, in diribitorio duabus noctibus manſit. Vbi perperam in delibatorio à viro docto legitur. Inde diribitores apud Ciceron. pro diuiſoribus pecuniarum.* Diribitoriū. Diribitores.

2. Baſilicæ plures) *Vndecim refert P. Victor in libello de vrbis Rom. region. & locis. Porrò Baſilica, vt hoc addatur, ita ædificari ſolebat, vt in vna parte Iudicia, in altera negotia exerceri poſſent, teſte Vitruuio lib. 5. quod etiam elici poteſt, ex l. pediculis, §. 3. de aur. & argento legat. Vbi Paulus innuit aurum in Baſilica proponi ſolere. Vide etiam Alciat. li. 1. prætermiſ. Baſilicæ, imitatione Græcorū dictæ ſunt ἀπὸ τοῦ βασιλέως nos regiā ſiue palatium dicimus: tandem etiam pro templis, & Eccleſijs dici cæperunt.* Baſilica.

3. In theatro quod tectum non erat) T*andem vtrumque forum, & theatrum velis & ſupparis copertum fuit. Plin. lib. 19. cap. 1. naturalis hiſtoriæ, ait, Q. Catulum in Theatris vmbram feciſſe, cùm Capitolium dedicaret, velis purpureis: Lentulus verò Spinther, Apollinaribus ludis, Carbaſina vela primus in Theatra duxiſſe traditur. Sueton. in Caligula: Gladiatorio munere, reductis inter-* Forū & theatrum tectum.

 dum fla-

dum flagranti ſole velis, emitti quenquam vetabat. Martial. de Hermogene fure.

Quamuis non modico caleant ſpectacula ſole
Vela reducuntur, cùm venit Hermogenes.

De Foro idem Plinius ait, Cæſarem Dictatorem totum forum intexiſſe, viamq́ ſacram, ad cliuum vſque Capitolium intexiſſe, quod munere ipſo gladiatorio mirabilius viſum tradunt. Deinde Marcellus Octauia Auguſti ſorore genitus, velis forum etiam inumbrauit, vt ſalubrius litigantes conſiſterent: quantum mutatis morib. Catonis Cenſorij qui ſternendum forum muricibus cenſuerat.

4. Ideo fortè in morē receptū) *Aliam rationē, cur cauſæ ſub dio agerētur, Antyphon adfert his verbis:* Επειτα δὲ οὐ πάντας οἶμαι ὑμᾶς ἐπίςασθαι ἅπαντα τὰ Δικαςήρια ἐν ὑπαίθρῳ Δικάζει τὰς δίκας τοῦ φόνου, καὶ ὀυδενὸς ἄλλου ἕνεκα, ἢ ἵνα τοῦτο μὲν οἱ Δικαςαὶ μὴ ἴωσιν εἰς τὸ αὐτὸ τοῖς μὴ καθαροῖς τὰς χεῖρας. *Hinc eſt, quod Iudæi Prætoriū antè Paſcha intrare nolebāt, ne contaminarentur.*

Argvmentvm.

¶ De Foro veteri, Iulij, Auguſti, Neruæ, & Traiani, ac de Baſilicis, & horum ſitu, & ornatu.

Caput 3.

Forum Latinum multis nominibus donatum.

Popvlvs Romanus diu admodum vnico foro contentus fuit, quod Latinum, & Latium, aliquando etiam, vt à Martiale, Palladium vocabatur, quòd

Palladis

adis templum in eo eſſet: ſicut & Ca-
is, Polluciſque, Saturni, vbi ærarium,
cordiæ, Pacis, Curia Hoſtilia, Roſtra,
mitium, Grecoſtaſis, Senaculũ, Gra-
Aurelij, ſub veteribus, ſub nouis, Ta-
ng nummulariorum, Coloſſus Domi-
ni, & alia, quæ explicantur à Chorago,
Curculione [1] Plauti. Ibi Baſilica Opi-
ſa, vbi lites non grauiores Centumui-
rum, aut Recuperatorum cognitione
ecidebantur. Sępè tamen Synechdochi-
ws, Comitium pro Foro Romano acci-
itur. Tranquillus in Auguſto: Solebat
tiam citra ſpectaculorum dies, ſi quãdo
uid inuſitatum, dignumque cognitione
diectum eſſet, id extra ordinem quolibet
oco publicare, vt Rhinocerotẽ apud ſe-
pta, Tigrim in ſcæna, anguẽ quinquagin-
ta cubitorũ pro Comitio. Cõſtat autem
ex Vitruuio in Foro munus gladiatoriũ *Munus gladiatorum.*
populo repręſentari ſolitũ, aliaque ſpecta-
cula, cuius longitudinem vult eſſe ſeſqui-
alteram, latitudini cõparatam, cuiuſmodi
ſunt archeia in noſtratib⁹ municipijs, quæ
ex area ampliorem viſendamque magis
ſpeciem præbent. Hinc incomitiare, &

inforare à Plauto non minus fœlici & feſtiua, quàm audaci analogia, pro eo quod eſt experiũdi gratia, in Ius vocare, aut trahere. Ita enim in Curculione leno ad Trapezitam: —— *Quæſo ne me incomities.*
Trap. Licétne inforare, ſi incomitiare non licet? Cur. non inforabis
Me quidem: non mihi placet profectò tuum, nec Forum, nec Comitium.

Alterum Forum a Cæſare conſtitutum.

Iulius Cæſar, tãdem alium Romæ conſtituit, cuius ſolum quãti conſtiterit, Tranquillus his verbis ſignificat: Nullum largitionis, aut officiorũ genus publicè, priuatimque omiſit, forum de manubijs inchoauit, cuius area ſupra ſeſtertium millies conſtitit [a]: quod, ſi ad calculum abaci Budaici exigatur, noſtratis nummi ſummam duorum millionum & quingentorum millium coronatorũ efficiet. Quanquam Plinij codex in ſumma diſſentiat, cuius verba hæc ſunt: Pyramides regum miramur opera, cùm ſolum tantum foro extruendo ſeſtertijs mille ducẽtis emerit Cæſar dictator. Quæ ſumma impar omnino eſt priori, cùm ex ea, tantum triginta millia Coronatorum redigantur. Neque

ferenda eſſet hyperbole Pliniana, qua
leuis ſumma Pyramidũ regiarũ ma-
ficentię, pręfertur. In eo autem Caius
ſtator ſtatuam loricatã ſibi poni paſſus *Baſilica Iuliæ.*
. Baſilicæ verò Iuliæ deſcriptionẽ ele-
nter pingit Pellio Vitruuius lib. 5. vbi
bunal ſpecie ampliſſimum in æde Au-
ſti in hæc verba deſignat: Tribunal eſt
ea æde hemicyclio ſchematis minoris
ruatura formatum: Eius autem Hemi-
clij in fronte eſt interuallũ, pedes qua-
aginta ſex, introrſum curuatura pedes
uindecim, vti qui apud magiſtratus ſta-
nt negotiantes in Baſilica non impedi-
t: quod ipſa aſſignatione auguſtiſſimum
detur, & in arcus formam, quæ ſemicir-
ulo minor eſt, cùm ad diametrum non
ertingat redactum. In Baſilica autẽ, qua-
uor tribunalia erant Centũuirorum, cu-
us Plinius Orator in epiſtolis ſępè memi
it, & Fabius li. 12. de Trachalo illo me-
galophonotato cauſidico loquens: Certè
cùm in Iulia Baſilica diceret primo tribu
nali, quatuor autem iudicia (vt moris eſt)
cogerentur, atque omnia clamoribus fre-
merent, & auditum eum, & intellectum,
 & quod
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

& ꝙ agẽtibus cæteris cõtumelioſum fuit, laudatum quoq; ex quatuor tribunalibus memini. De qua etiã intellexit Martial. li. 6. de filio Reguli patris eloquẽtiã mirãte:

Iam clamor, Centumq́; viri, dẽſumq́; corona
Vulgus, & infanti Iulia tecta placent.

Forum Auguſti. Octauius verò Auguſtus Forũ tertiũ adiecit propter hominũ iudiciorumq; multitudinem, quę videbatur, non ſufficientibus duobus, etiã tertio indigere. Itaq; feſtinantius, nec dum perfecta Martis æde (quam vouerat bello Philippenſi pro vltione paterna ſuſcepto) publicatũ eſt, vt ſeparatim in eo publica iudicia, & ſortitiones iudicũ fierent: Hęc Suet. Idẽ alibi de eodẽ: Forum Auguſtus fecit, nõ auſus extorquere poſſeſſorib. domos. Ad ꝙ videtur mihi alludere Ver. 7. ſuæ Æne. ſi to potheſiã animi gratia nõ ludit, ſed obiter more Poetarũ Auguſto adulat̃ his verbis.

Vergilij locus. *Tectũ auguſtũ, ingens, cẽtũ ſublime colũnis*
Vrbe fuit, ſumma Laurentis regia Pici.

Quanquam ſint, qui ad domũ, quã extruxit in palatio referant, quæ tamen non ita magnifica fuit, vt apud Tranquill. legitur: Habitauit (ait) poſtea in Palatio, ſed nihilomi-

hilominus ædibus modicis Hortenſianis, & neq; laxitate,neq; cultu cõſpicuis,vt in quibus porticus breues eſſent albanarũ colũnarum,& ſine marmore vllo, aut inſigni pauimento conclauia: & quę ſequũtur omnino ad Baſilicam pertinent:

Hic ſceptra accipere,et primos attollere faſces
Regibus omẽ erat,hic illis Curia, Templum,
Hæ ſacris ſedes, epulis hic ariete cæſo,
Perpetuis ſoliti patres, conſidere menſis.

Pertinent iſta ad ædẽ Martis, quæ ab eodẽ adiuncta Baſilicæ fuerat, vt dictum eſt, vbi Senatus habebatur. Trãqui.in Caligula:Magnificas Romã literas miſit,monitis ſæpè latoribus, vt vehiculo ad Forũ vſq;, & Curiam pertenderent,nec niſi in Æde Martis,& frequẽte Senatu Cõſulib.traderẽt. Ibidẽ & conuiuia agitabãtur à Martis ſacerdotibus. Idem auctor in Claudio: Cognoſcens quondam in Auguſti Foro, ictuſque nidore prandij quod in maxima Martis æde Salijs apparabatur, deſerto tribunali aſcendit ad Sacerdotes, vnaque diſcubuit.

Quin etiã veterũ effigies ex ordine auorũ,
Antiqua ex Cedro, Italuſq́; paterq́; Sabinus,

Idem Sueto. in Auguſto: Itaque & opera cuiuſque, monentibus titulis reſtituit, & ſtatuas omnium triumphali effigie in vtraque fori ſui porticu dedicauit.

Ornamenta Fori.

Multaq́; prætercà ſacris in poſtibus arma,
Captiui pendent currus,curuæq́; ſecures,
Et criſtæ capitũ,et portarũ ingẽtia clauſtra,
Spiculaq́;, clipeiq́;,ereptaq́; roſtra carinis.

Quibus ſubſcribit Ouidius Faſtorum lib. 5. in encomiaſtica eiuſdem tẽpli deſcriptione.

Perſpicit armipotens operis faſtigia ſummi,
Et probat inuictos illa tenere Deos.
Perſpicit in foribus diuerſa tela figuræ,
Armaq́; terrarum milite victa ſuo.

Quæ ſanè trophęa, & anathemata, Templum, Forum, Baſilicam, aut aliud in vrbe archeon magis decent, quàm priuatam domum. Sed & ijſdem ornamentis ſuum forum decorauit Traianus Cæſar: Gellius: In faſtigijs fori Traiani ſimulachra ſunt ſita circumundique inaurata, equorum, ſignorumq; militariũ, ſubſcriptumque eſt, *Ex Manubijs.*

Tali intus templo diuûm, patriaq́; Latinus.
Sede ſedens.

Fori

i Baſilicæ ita auguſtæ, amplæque fue- r,vt templa deorum viderentur: Nam Baſilica vetus inter cætera ornamēta, ſtoris, & Pollucis ſimulachra, in loco nſpicuo collocata habuit. Cicero in errem Septima actiōe: Vos omniū Fo- nſium, conſiliorumq́ue maximorū, le- m, iudiciorumq́ue arbitri, & teſtes ce- berrimo in loco Prætorij locati, Pollux Caſtor, cæteros item deos, deaſq́; om- es imploro, atque obteſtor. Niſi malu- mus Prætorium fori aream interpretari, nde in templum Caſtoris aſcenderetur. Ad hæc in Iulia Baſilica tēplum fuit Au- guſti: in Auguſti Baſilica, ædes Martis Vl- oris. Neque mirum: Habet enim fori ra- io ſaluberrima, Deos quaſi genios, & tu- elares Caſtorem Pollucemq́ue, Themi- dem, Aſtrę am, Dicem, Iſidē periurij vin- dicem, & Mineruā eloquentię præſidem, cuius etiam eloquentiæ auctorem ferunt Herculem Gallicum, qui vi facundię ſuæ, homines agreſtes catena aurea quocun- que vellet circūduceret. Et reuera tem- pla veterum, non abſimilia erāt noſtrati- bus: conſtabant enim cella ſanctiore, nos

Amplitudo Fori Baſilicæ.

Dij fori tutelares.

Hercules Gallicus.

chorum vocamus, quę cella ſanctior à Baſilica & porticib⁹ diſtinguebatur P luteo, & quaſi altero pronaω, nos non malè pulpitum vocamus, quod in morem pulpiti, aut tabulati erectum ſit, quidam ex vulgo threnum vocant, fortaſſis, quod illic threni Ieremiæ Prophetę recitentur, & aliæ Homeliæ ſacræ. Baſilica vero, quam nos nauem, aut Carinã vocamus, deambulationes, quę vtrinq; ſunt, omnino porticus ſunt veterũ, quę ſunt veluti fori in Carina.

Templum & reliquum pręter cellam vſibus prophanis exponebatur.

Cella ſanctior ſolis rebus ſacris deſtinabatur, Baſilica verò, & porticus, & pronaωn ferè vſibus prophanis exponebãtur. Illic enim, & nũdinę mercium, & proxenetica cõtractuum, prologi nuptiarũ, colloquia tranſactionũ, vt hodiè apud nos, nimis impiè, exercebantur. Plinius epiſt. lib. 4. de tranſactione hæreditatis: Rogauit me vt cũ Curiano loquar, conuenimus in ędem Cõcordiæ. Cic. pro Quintio: Hoc eò per te agebatur, quod propter ærariam rationẽ, nõ ſatis erat in tabulis inſpexiſſe, quãtum deberetur, niſi ad Caſtoris quęſiſſet, quantũ ſolueretur. Quo in loco malè vulgò legitur, à quæſtoribus: Fuerunt enim

Ciceronis locus emendatus.

menſæ

mēſę fœneratorū circum forū, etiā in tēplorum porticibus, hinc æs circūforaneū Ciceroni pro nominibus, quibus obnoxij ſum⁹ Trapezitis ex pecunia mutua fœnori accepta, quē morem, & Iudęi ſeruabant, qui in illo Salomonis delubro religioſiſſimo nundinabantur, fœnuſq; exercebant, conuerſa orationis domo, in ſpeluncam latronū, vt in Euangelio Matth. ſcribitur, cap. 21. Itaque populus Romanus ſub aliquot Cęſaribus, ab Auguſto ad Domitianum vſque, triplici foro vſus eſt. Martial. *Æs circumforaneum.*

Cauſas, inquis, agam Cicerone diſertius ipſo,
Atq; erit in triplici, par mihi nemo foro.

Idem lib. 7.

Lis te bis decimæ numerātē frigora brumæ
Conterit vna tribus Gargiliane foris.

Idem lib. 8.

Foro triplici ſparſus ante equos omnes,
AEdemq; Martis, & Coloſſon Auguſti,
Curris per omnes tertiaſq;, quintaſq;.

Qui quidē Poeta ſub Principe Domitiano vixit, ideoq; triplicis fori tantū meminit, Veteris, Iulij, & Auguſti. Quartū aūt, quod Neruę Cocceio Cęſari attribuitur, *Forum Neruæ.*

nondum

nondum ædificatũ erat, cuius tamen fundamenta iecerat Domitianus, in cuius vita ſic Trãquillus: Nouam excitauit ędem in Capitolio Cuſtodi Ioui, & forũ quod nunc Neruæ vocatur. Verum quia exędificatum exornatumq́ue à Nerua Cæſare fuit, ideo illi vendicatur. Lampridius dicit

Trãſitorium. vocatum Trãſitorium in Seuero his verbis: Statuas Coloſſas, vel pedeſtres nudas, vel equeſtres diuis Imperatoribus in foro diui Neruæ, quod Trãſitorium [4] dicitur, locauit, omnibus cum titulis & columnis ęreis, quę geſtorum ordinem continerent. Idem Lampridius, ibidem, de Thurino loquens, qui fumum vendiderat: In foro (inquit) Trãſitorio, ad ſtipitem illum ligari præcepit. Sed tandem quintum, &

Forum Traiani. celeberrimum Imperator Traianus adiecit, ex manubijs diſtractorum ſpoliorum refectis, in quo columna [5] cẽtum quadraginta cubitorũ altitudine fuit, in qua exactiſſimè res ab ipſo principe geſtæ, inciſę erant. Gellius ca. 23. lib. 13. meminit, locuſq́ue ſupra allatus eſt. Hoc forum Tra-

Forum Vlpium. iani dictũ eſt & forum Vlpium. Capitolinus in Marco Philoſopho: Multi, inquit, nobiles

nobiles bello Germanico, ſiue Marcomanico, imò plurimarum gentium interierunt, quibus omnibus ſtatuas in foro Vlpio collocauit.

✠ Philippi Broidæi I C. corollarium ad Caput tertium hiſtoriæ Fori Rom.

1. In Curculione) *Actu tertio.*
2. Seſtertium millies) *Contrà Leonardus Portius, mille legendum putat apud Tranquillum in Iulio cap. 26. non millies, idq́; confirmat Baptiſt. Egnat. in ſuis annotationib, ex lectione Plinij. lib. 38. cap. 15. naturalis hiſtoriæ. Dum autem conſulo Codicem quem domi habeo, impreſſum Baſileæ apud Froben. anno 1554. inueni millies vt reponendum indicat auctor noſter.*
3. Gellius) *Lib. 13. cap. 23. Noct. Att.*
4. Quod Tranſitorium dicitur) *Tranſitorium dictũ, quod inde in Romanũ & Auguſti forũ iretur.*
5. In quo columna) *De Foro Traiani & eius ornatu, vide multa apud Ioannem Barthol. Marlia. in ſua Topographia antiq. Rom. libro tertio, cap. 13. & de columna in medio ſita, in cuius faſtigio oſſa Traiani condita ſeruabãtur. Huius autem fori architectus fuit Apollodorus, vt auctor eſt Dion Caſſius in vita Adriani Cæſaris.* Apollodorus.

ARGV-

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

ARGVMENTVM.

De varijs nominibus,& locis, quibus Ius dicebatur, de Præfecto Prætorio,& officio Quæſtoris.

Caput 4.

Comitium.

COMITIVM [1] inferiorem areæ Forenſis partem, ad Roſtra Curiamq; eſſe diximus, vbi tamen & ſub dio, ante ædificatas Baſilicas, Prætor ius dixit, vt conſtat ex 12.tabulis, ex quibus aphoriſmus traductus eſt, de debitore addicto ipſi creditori: *In vinculis ſexaginta dies habeto. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad Prætorem in Comitiũ producito:* Vbi tractandarũ litiũ mos in Baſilica nondum receptus erat. Plautus in Pœnulo:

Cras manè quæſo, in Comitio eſtote obuiã.

Forum pro Area.

Citãtur impoſterum teſtes & Aduocati, vt adſint liti poſtridie tractãdę, &, vt etiã diximus, forũ aliquãdo, & propriè pro ipſa area capitur. Fabi.li. 3.cùm loquitur de publicis iudicijs, quę ſub Ioue frigido diſceptabantur: Rarũ eſt, vt in foro, Iudicia propter id conſtituantur. Aliquando pro Baſilica. Gellius [2]: Quęrebat Fauorinus, cùm in area fori ambularet, vt amicũ ſuũ Conſulẽ operiretur, cauſas pro tribunali

cognoſcen-

cognoſcentem. Cicero. 1. de Oratore: Ne ſemper Forũ, Subſellia, Roſtra, Curiamq; meditêre. Per Subſellia, aream ſubdialem publicorum Iudiciorum ſignificans. Plautus in Menæhmis: ——— *aut ad Populum (ait) aut in Iure, aut ad iudicem res eſt.* id eſt, lites diſcutiuntur, aut in Comitio pro roſtris ad populum, aut in Baſilica apud Prętorem in iure, aut in fori area apud Iudices. Cicero idem intelligit primo de Oratore: Nam ſi quis (ait) ſtatuet hũc eſſe Oratorem, qui tantũmodo in iure, aut in Iudicijs poſſit, aut ad populũ, aut in Senatu copioſè loqui &c. Nõ enim vna eſt appellatio loci, in quo Ius redditur. nã & aliquando Ius vocatur per Metonymiã, vt Iulius Paulus primo [3] ff. collata, inquit, appellatione ab eo, quod fit in eo, vbi fit: Quẽ locũ determinare poſſumus, vbicunq; Prętor, ſalua maieſtate Imperij ſui, ſaluo more maiorum, Ius dicere conſtituit: Tullius pro Quintio. Deijcitur de ſaltu Cai Aquili, pridie Calendas intercalares, biduo poſt, vt ſtatim aliquis de Iure concurrerit, non toto triduo ſexaginta millia paſſuum conficiuntur. *Ius pro loco.*

De Iure

De Iure.i.de foro vbi decreta erat ob vadimoniũ deſertum bonorũ poſſeſſio: vnde fluxerunt illæ formulæ actionum: *Quando te in iure conſpicio: & manum in iure conſerere*: & poſt 12. tabulas. *ex iure manu conſertum.* Quia olim ex iure, id eſt, à Prætore in fundũ controuerſum litigantes contendebant, manũ illic conſerturi, vt apud Gellium lib. vltimo [4] legimus. Quod ſolemne quoddam mihi videtur litis conteſtationis, vt iunctis dextris, more militari, ſponſioneque facta in depoſitum futuræ litis, quaſi duellum quoddam inirent. Addi poſſunt vetera illa & trãſlatitia Prętorum edicta, *de in ius vocando: Si quis vocatus in ius, nõ venerit.* Et Domitius Vlpianus [5] verba iſta edicti honorarij: *Qui in iure interrogatus, reſpondit:* interpretatur in hunc modum: Sic accipiendum eſt apud magiſtratus populi Romani, vel Pręſides prouinciarum, vel alios iudices: Ius enim eum ſolum locum eſſe, vbi iuris dicendi, vel iudicandi gratia conſiſtat, vel ſi domi, vel in itinere hoc agat. Cicero quinta oratione Verriana, de Palemarcho Aratore: Domum ad iſtum in ius deductus eſt, & cum

Formulæ actionum.

& cùm ipſe etiam cubaret, in cubiculum introductus eſt, quod niſi mulieri, & Decumano patebat, alij nemini. Sic etiam Sudationes in thermis, pro laconicis aut hypocauſtis cõcameratis Latini vſurpãt, & Ambulationes pro pergulis, Cęnationes pro cubiculis. Et Auguſtus quum domi cognoſceret, vt ait Tranquillus, videtur mihi in iure fuiſſe, & Iulius domi cauſam Ligarij, & Deiotari cognoſcẽs. Itẽ & Manlius Torquatus Deciũ Syllanũ filiũ ſuũ repetundarum delatũ, cauſa domi cognita, domi dãnauit: Et Spurius Caſſius, qui filium Tribunatu functum, regniq́ue ambiti ob legem Agrariam, nimis popularem, conuictũ, aduocato cognatorum & amicorum conſilio, condemnauit domi, verberibuſq́ue ad necem cædi iuſſit. Tantum olim fuit ius poteſtatis patriæ, neque minor dominica in ſeruos: Nã non tantum vendere, aut exhęredare ſine cauſa poterat, ſed etiam necare. Quin & propinqui in fœminas ſuæ gentis, ius habebant, & domi cognoſcebant. Tranquillus in Tyberio: Matronas proſtratæ pudicitię, quibus accuſator publicus deeſſet, vt

Domi cauſa cognita.

Patria poteſtas.

D propin-

propinqui more maiorum de communi ſententia coërcerent, auctor fuit. Par ius habuerunt aliquãdo Galli in ſuas vxores. C. Cæſar lib. 6. Commentariorum: Viri (ſcribit) in vxores, ſicuti in liberos, vitæ neciſque poteſtatem habent, & cùm paterfamilias honeſto loco natus deceſſit, eius propinqui conueniunt, & de morte, ſi res in ſuſpicionẽ venit, de vxoribus ſeruilem in modum quæſtionem habẽt. Ex quo loco intelligitur, etiã habuiſſe domi quoddam [6] Forum, & iuris dicundi poteſtatem. Animaduerti etiã apud auctores,

Auditorium pro l'era.

Auditoriũ dici, iuri dicundo locũ comparatũ. Iulius Paulus titu. ff. de re Iudicata, l. contra pupillũ: qui ad maius Auditoriũ vocatus eſt, ſi litem inchoatã deſerit, contumax non videtur. Martianus l. 1. ff. ne de ſtatu defunct. poſt quinquennium quæratur: Ego quoq; in Auditorio publico idẽ

Valla.

ſequutus ſum. Quãquam Valla alioqui oculatiſſimus, & quaſi cuſtos appoſitus bonis auctoribus, ne preuaricentur, aut imponãt Latinitati, hoc non viderit, qui Auditorium Ludimagiſtris relinquit: Quod quia diffiteri non poſſum (recitant enim

Decla-

Declamatores, & Poetæ in Auditorio apud Trãquillum, & Pliniũ) tamen & pro Foro accipi, locus allegatus ſatis arguit. Plinius lib. 6. de Regulo Cauſidico: Iam illa periucunda vna dicentibus, quod Regulus libera tempora petebat, quod auditoros corrogabat, quid denique iucundius, quàm ſub alterius inuidia, quàm diu velis, & alieno Auditorio quaſi deprehẽſum, commodè dicere? vbi Auditoriũ pro auditoribus, continens (vt aiunt) pro contẽto, accepit. Et fortaſſis apud Pellionem Vitruuium Acroaſis, id eſt, Auditorium, *Acroaſis.* pro Fori Baſilica accepta eſt. Eius hæc verba ſunt, in peroratione operis de Architectura, libro 10. Eo tempore quidam architectus ab Arado, nomine Callias, Rhodum cùm veniſſet, Acroaſin fecit. Hĩc acroaſis phyſica Ariſtotelis, & acroamatica dogmata [7] apud Gellium. Idem Iulius Paulus [8] in tit. de reb. creditis, Auditorium cauſarũ cõmemorat his verbis: *Auditorium cauſarum.* Lecta eſt in Auditorio Æmilij Papiniani Præfecti Prætorio Iuriſconſulti cautio. Nam hic ineptum eſſet, de ſchola, & ludo capere, non enim cautiones, ſed

diſciplinæ tractantur in ludo: Erat igitur in Prætorio, aulaque Principis cauſarum Auditoriũ,vbi Principis Aſſeſſores, Conſiliarij, poſtulatis reſcribendis, litibuſque decidundis vacabant: quibus præſidebat Præfectus Prætorio, vt apud nos, in Sanctiori Cõſilio Cancellarius, qui olim Caſtrenſis Magiſtratus fuit, ſubijtque in vicem Magiſtri militum, aut Tribuni Celerũ, occupata ſtatim à Cæſaribus Republica, teſte Pomponio in Iuris Enchiridio: Plures tamen fuerunt etiam à principio. Tranquillus in Caligula: Duo conſilium communicauerunt, perfeceruntque, non ſine conſcientia potentiſſimorũ Libertorum, Præfectorumque Prętorij. vt in Codice Iuſtinianæo, Præfectus Prætorij Orientis, Illyrici, Africæ: Et quanquam militiæ Magiſtri eſſent, vt ſub ſe Tribunos, Centuriones, Legatos, reliquoſque Ductores haberent, &, ſi in Comitatu agerent, Excubitoribus, Cuſtodibus, Spiculatoribus, reliquiſque Comitatenſibus, præeſſent, tamẽ is honor indignus Patritio viro, vſque ad Flauium Titum Cæſarem viſus eſt. Trãquillus in Tito: Recepta ad ſe

Præfectus Prætorio.

ad ſe propè omnium officiorũ cura, cùm patris nomine ipſe, & epiſtolas dictaret, Orationeſque in Senatu recitaret, etiam Quæſtoris vice, Præfecturam quoque Prętorij ſuſcepit, nunquam ad id tempus, niſi ab Equite Rom. adminiſtratã: Quem locum ſic legẽdum puto, vt poſt illa verba, Orationeſque in Senatu recitaret, etiam Quæſtoris vice, commate oratio ſuſpendatur. Conſtat enim Cæſarum temporibus, inter reliqua Quæſtoris munera, hoc vnum magnificentiſſimum, ſummumque fuiſſe, nomine Principis in Senatu Orationes recitare, ſi quando argumentum Edicti, Legis, aut Senatuſconſulti, Patribus Cõſcriptis ſuadẽdum eſſet, ſi Principi in Senatũ venire, aut pronunciare, vel recitare nõ vacaret, aut luberet. Tranquillus in Nerone: Orationes ad Senatũ miſſas, præterito Quæſtoris officio, per Conſules plęrumque recitabat. Tacitus lib. 16. Oratio Principis per Queſtorẽ eius audita eſt. Vtriuſque veſtigia ſunt in ff: Nam & Orationes Cęſarum citantur, & in præfationibus Iuſtinianus commendationi hominum, inter reliquos, ti-

Quæſtoris munus magnificentiſsimum.

tulum Quæſtoris Sacri Palatij, aut Exquæſtoris adijcit, qui quamuis initio non ſublimis fuerit, tamen per Cæſares ita elatus eſt, vt inter principes numeraretur, cuius puto tandem hoc officium fuiſſe, habere pro Principe in Senatu, aut Palatio Orationem, & de rebus, quæ in conſilio agitandæ erant, referre: Cuius etiam munus hodie obit Cãcellarius, qui ad Sãctius Conſilium res deliberandas proponit: Cùm olim id facerent, aut Conſules, aut Princpes habitis Orationibus. Præfectus verò Prætorio, reiecto ſago, relictiſq; caſtris, ſumpta toga, Palatinus magiſtratus effectus eſt, qui tamen in Equeſtri ordine ſemper delituit, vſque ad tempora Alexandri Seueri, per quem tãdem Senatu donatus eſt: adeò Quæſtura & Præfectura illa ab initio parum dignitatis habebant. Lampridius in Alexandro Seuero: Præfectis Prætorij ſuis Senatoriam addidit dignitatem, vt viri clariſſimi, & eſſent, & dicerentur. Idem antea, vel rarò fuerat, vel omnino non fuerat, eouſque, vt ſi quis Imperatorum ſucceſſorum Prȩfecto Prætorio dare vellet, laticlauiam

Cancellarius.

Præfectus Prætorio ex Caſtrenſi Palatinus.

ijdem per Libertũ ſubmitteret, vt in multorum vita Marius Maximus dixit: Alexander autem idcirco, Senatores eſſe voluit Pręfectos Prætorio, ne quis nõ Senator, de Romano Senatore iudicaret. Ergò hinc patet, cauſas cognouiſſe Præfectum Prætorio Præſidem 1° Anteceſſoribus, qui in Principis cõſilium adhibebantur. *Anteceſſores.* Tamen multi in iure Romano, tempore Cæſarum Anteceſſores nullos fuiſſe putant (quanquam Haloander & plerique alij docti ita vbiq; in Pãdectis & Codice legũt) ſed Anticẽſores, vt Antigraphes, neque obſtat mixta ex Gręco Latinoq; compoſitio, cũ & Periodouictor dicatur, ſępè & auctor belli Alexãdrini pẽteremẽ ꝓ quinqueremẽ dixit. In alterã tamẽ ſũ propẽſior partẽ, quia tẽpore Cęſarũ nulli erãt Cenſores, ergò nec poterãt eſſe Anticenſores. Horũ enimuerò Anteceſſorũ cõſeſſus, aliàs Cõſiſtoriũ, & Auditoriũ Sacrũ, aliàs Forũ ampliſſimũ, aliquãdo Sacrũ Palatiũ, ſępiſſimè Forũ Prętorianũ *Forum Prætorianum.* Iuſtinianæo in C, nobis Strictum, Priuatũ, Sãctumq; Cõſilium, appellatur. Obſeruauit & Alciatus in C. Theodoſiano, non

 ſemel

ſemel Secretarium dici, quòd illic ſecreta ſummè rerum cõtrectentur. Aliàs, & Sacrarium dicitur, niſi malumus pro Secretario [11] Sacrarium legere vbique, vt Auſonius in gratiarum actione pro Conſulatu ad Gratianum Cæſarem: Gratias ago, non in Sacrario modò imperialis oraculi, qui locus horrore trãquillo, & pauore venerabili, raro eundem animum præſtat, vt vultum &c. De Conſiſtorio loquitur ibidem: Et nunc ego pijſſimè Imperator, ne faſtigium Auditorij ſacri dictorũ tuorum timidus interpres, diuinitatis tuæ propè cum piaculo verba, tranſcurram. Ibidem: In illa verò ſede, vt ex more loquimur, Cõſiſtorij, vt ego ſentio, Sacrarij tui, nullus vnquam ſuperorum, aut dicũda poteſtas cogitauit, aut conſultius cogitata diſpoſuit, aut diſpoſita maturius expediuit. Prætorium autẽ olim caſtrenſe fuit: Hinc Præfectus Prætorij, porta Prætoria, cohors Prætoria, & viæ Prætoriæ: ex caſtris rus deductum [12], vbi villas voluptuarias ſignificat, cuiuſmodi magnificẽtiſſimę fuerunt Lucullianæ. Sueton. in Caligula: In extruxionibus prætoriorum, atque villarum,

Conſiſtorium.

Prætorium Caſtrenſe.

Prætoriũ pro villa voluptuaria.

rum omni ratione poſthabita, nihil tam efficere cupiebat, quàm, quod poſſe effici, negaretur. Idem in Auguſto: Ampla & operoſa prætoria grauabatur. Aliquando etiam Forum Romanum erat, vbi Iùs dicebat Prætor. Cicero 7. Actione in Verrem: Vos omnium Forenſium Conſiliorum maximorũ, Legũ, Iudiciorũque arbitri, & teſtes celeberrimo in loco Prætorij locati, Pollux & Caſtor. Aliàs domus aut inſula Prætoris. Idem in eadem Actione: Procedit iſte è Prætorio inflãmatus ſcelere, furore, calamitate, in Forũ venit. Vbi Prætoriũ à Foro diſtinctũ eſt, cùm tamen neque ruri ſit, neq; in caſtris. Receptum eſt etiam à vulgo in vſum loquendi, vt maiores Iudicum Cõſeſſus Curias vocemus, vt Comicus Ariſtophanes Φροντιςήρια à Philoſophorũ ſollicita, & curioſa contemplatione, trãſtulit in Forum. Qui enim litigant, rapiũtur nõnunquam in profundiſſimas iuris indagines, & exẽplo Socratis philoſophantis, ſunt in ſeceſſu quodam mentis à corpore, atque anxij de alea litis ſuæ, ſpe, metuq; ipſi ſibi ſuum cor edunt, quibus vt eſt apud Pacuuium,

Prætorium pro Foro.

Pro domo aut inſula Prætoris.

Curia. Thrõtiſteriũ.

Lapit cor cura, ærumna corpus conficit.

Curiones. Ideo Curiones ſunt, qui conficiuntur, & marceſcunt curis. Plautus in Aulularia:

Volo ex te ego ſcire, quid ſit agnus curio.

Evc. *Qui oſſa atque pellis eſt, ita cura macet.*

Et fortaſſis Curiones, Parochi vel Parœci dicuntur, à curis, quibus ex officio obnoxij ſunt, ad quod Liuius videtur alluſiſſe: Inter maiorum rerum curas, Comitia maximi Curionis vetus excitauerunt certamen. Aut ſi lubet Curiam vocari, maius aliquod Forũ, à Romana Curia Senatuque, quod conſideant illic Iudices grauiſſimi, & Senatu digniſſimi, quaſi Curiam illam veterũ patrum conſcriptoriam, repræſentent: quanquam Senatus cauſas non diſceptaret [13]. Marcus tamen Varro Curiam à curando his verbis deducit: Curiæ duorum generum: nam & vbi curarent ſacerdotes res diuinas, vt Curię veteres, & vbi Senatus humanas, vt Curia Hoſtilia, quòd primus ædificauit eã Hoſtilius rex ſub veteribus.

Curia unde.

PHILIPPI BROIDÆI IC. corollarium ad Caput quartum hiſtoriæ Fori Rom.

1. Comitium) *De Comitio vide Ioannẽ, Bart. Marl. lib. 3. cap. 15. in epit. Rom. antiquæ Topograph.*
2. Gellius) *Iuuat hic, & alibi ſpeciatim locum lectori oſtendere, vide ergò A. Gell. lib. 13. cap. 23. Noctium Att.*
3. Iulius Paulus) *Tit. 1. l. penult.*
4. Apud Gellium) *c. 9. Noct. Att.*
5. Domitius Vlpianus) *l. 4. de interrog. Act.*
6. Habuiſſe domi quoddam Forum) *Domeſticorum iudiciorum exempla ſunt apud Valer. Maxi. lib. 5. cap. 8. Liuium lib. 9. Decadis 4. de abolitione Bacchanalium. Florum, lib. 48. de Veneficis, vbi ferè liberi, & vxores parentibus, maritis, & propinquis iudicibus condemnantur domi. Sed abſolutionis non ita frequentia: Pauca commemorat idem Valer. d. lib. 5. cap. 9. Vnum eſt apud Cornel. Tacitum, lib. 13. de Pomponia Græcina, externæ ſuperſtitionis accuſata (religionis Chriſtianæ, vt ſuſpicor, quòd ferè ſuperſtitionis nomine ab huiuſmodi prophanis auctoribus nuncupetur) quam maritus, priſco inſtituto, corã propinquis cauſa cognita inſontem pronũtiauit. Porrò l. Romilia de adulteris, ſic concepta erat: Adulterij conuictam, vir, & cognati vti volent necanto.* Pomponia Græcina. L. Romilia.
7. Acroamatica dogmata) *Cic. de fin. li. 5. et Gel. li. 10. ca. 4. auctores ſunt, apud Philoſophos fuiſſe duo genera librorũ, vnũ populariter, quod exotericũ vocabatur, alterũ acroamaticũ, quod limatius fuerat, & ab auctorib⁹ cuiuſq; ſectæ diſcipulis tradebatur.*

8. Veſti-

8 Veſtigia ſunt in ff.) *De origine, & officio vtriuſque tractant abundè Arcadius & Vlpian. ICC. lib. 1. tit. 11. & 13. ff. vide etiam Alciatum libro 12. C. de Præfectis Prætorio.*

9. Idē Iul. Paulus) *L. 40. cui adde l. 7. C. de poſtul.*

Anteceſſores. 10. Anteceſſores) *Quemadmodū Prætores à præeundo, ita Anteceſſores ab antecedendo dicti ſunt. Sueton. in Vitellio: Irruperant iam agminis Anteceſſores: vt relatiua ſint ad Succeſſores, l. edictum ff. de Iudicijs. Ex caſtris autem & ſagata militia in togatam irrepſit huius verbi ſignificatio (nam ferè hæc illi æmulatur) vt Anteceſſores honoris cauſa dicamus, qui alijs virtute aut ſcientia antecellunt. Sic Tertullianus, lib. 1. & 5. Contra Marcionem, primarios, & principes Apoſtolos, Anteceſſores vocat. Sic Anteceſſores Iuris Profeſſores, & Doctores dicimus: quo titulo honorauit Iuſtin. Imperat. Theophilum, Dorotheum, & alios in epiſtola liminari. ff. & in l. 2. de confirmat. ff. in principio C. Conſtat autem ex d. proemio ff. in ſingulis gymnaſijs quatuor fuiſſe Anteceſſores. Alciat. autem in varia lectione fluctuat, ac mirè ſe torquet libro 3. diſpunct. cap. 12.*

Sacrarij & Secretarij diſcrimen. 11. Niſi malumus pro Secretario Sacrarium) *Ex l. 3. C. de off. diuerſ. Iudicum, & l. vlt. C. vbi Senat. §. vlti. videtur elici poſſe hæc differentia, vt Secretarium Iudicum dicatur, Sacrarium, & Conſiſtorium Principis, cuius quidem Sacrarij mentio fit in l. vlt. §. legati, de mune. & honor. Multa de Secretis, & Secretarijs notatu digna ſunt apud Petrum Pitheum li. 2. aduerſar. ſubceſſ. c. 12.*

12. Ex

12. Ex Caſtris rus deductum) *Quædam non aliena notat D. Alciat. in l. 198. de verb. ſignificat. in verb. Prætoria.*

13. Quanquam Senatus cauſas non diſceptaret) *De Senatus cognitione quædam habes in cap. 7. & 11. noſtræ hiſtoriæ, li. 3. Diſtinguenda autem videntur tempora, nam tempore Plinij de atrocioribus cognoſcebat, aut Iudices dabat ex Senatorib.*

ARGVMENTVM.

¶ Vbi & vndè Oratores, & Patroni cauſam dicebant, ac de corporis habitu, & motu, quid cognoſcere ex plano, & de tribunali.

Caput 5.

CONSESSVS eorum, quorum cauſæ adeſſe intererat, ſeptis concludebatur, relicta media areola, ex qua Oratores, aut Cauſidici recto ſtantes trũco, dicerent, ne ſcilicet aſtantium corona, ſeptis excluſa, auerſis cognoſcẽtibus Iudicib. ex ſubſellijs incumberet. Fab. li. 12. cap. 2. de Cicerone loquens: Neq; ſe tanta vnquam in eo fudiſſet vbertas, ſi ingenium ſuũ conſepto fori, non ipſius rerum naturę finibus, terminaſſet. In Baſilica autem, locus, vbi conſidebatur, paulò erat elatior, totuſque etiam Tribunal appellabatur *Septa Fori.*

labatur. Plinius Secundus ad Maximum: Si quando tranſibis per Baſilicam, & voles ſcire, quomodo quiſq; dicat, nihil eſt quod Tribunal aſcendas, nihil quod præbeas aures, facilis diuinatio, ſcito eũ peſſimè dicere, qui laudabitur maximè. Ex inani illo plano, Orator ad Tribunal, vbi ſurrexiſſet dicturus, ſeſe conuertebat, vt totum corpus viſendum oſtẽtaret, neque enim ex pulpito, vt Philoſophi, aut ſacri noſtri Eccleſiaſtæ, & olim Poëtæ, Hiſtorici, & qui recitabant, dicebat. Iuuenal. 7.

Area tribunalis.

Pulpitũ declamantium.

Haud tamẽ inuideas vati, quẽ pulpita paſcũt.

Suetonius in libello de Illuſtrib. Grammaticis: Me quidem (ait) adoleſcentulo, repeto quendam principem nomine, alternis diebus declamare, alternis diſputare, nonnullis verò diſſerere, poſt meridiẽ, remoto pulpito, declamare, ſolitum. Hoc ergò Rhetores faciebant, vt, quia in ſcholis ſuis, haberent quędam Fori ſeminaria, ea compararent ad vſum moremque Forenſium. Hinc eorum præcepta de inceſſu pedum, aut crurum proiectione, reliquique corporis decenti motu, vt ſtent recto

recto trunco,paulum diductis tibijs, ne ſe flectant in latus alterum, inclinent pronos in anticam, reclinent ſupinos in poſticam,quod Circulatorum eſt.Fabius libro *6*. cap.de riſu:Afer venuſtè Manlium Suram,multum in agendo diſcurſantem, ſalientem, manus iactantem, togam deijcientem,reponentem,nō agere dixit,ſed ſatagere. Et cùm alius inter agendum per areolam diſcurſaret, quæſitum eſt ab eo, quot millia paſſuum declamaſſet. Cauſidicis verò noſtri ſęculi obiecta ſunt, quaſi belluis indomitis & furentibus repagula, ne (credo) pauperiem faciant:Itá ex copioſiore & faciliore bile, pugnos paratiores habent, ſed cohibentur lignis illis tranſuerſis, quibus innixi, obtegunt plurima pedum, crurum, inceſſus vitia, quæ remoto pulpito fœdiſſimè apparerent. Cęterum Oratorum hiſtoria latius enarrabitur ſuo loco: tantum neceſſitatem ſtandi,quam elegerūt,vt dicit l. quiſquis C. de poſtuland. perſtringamus: quā miror illic vocari neceſſitatem, cùm aliquando qui agerent, ſederent, maximè in minoribus Iudicijs apud Tribunalia.

Cauſidicis noſtri ſeculi cur obiecta repagula.

Explicata. L. quiſquis de poſtul.

Quinti-

Oratores quãdoq; ſedẽtes agebant.

Quintilianus li. 11. c. 3. Multa ex his, quę præcepimus, mutari ab ijs neceſſe eſt, qui dicunt apud Tribunalia, nam & vultus erectior, vt eum apud quem dicitur, ſpectet: & geſtus, vt ad eundem tendens elatior ſit, neceſſe eſt, & alia, quæ occurrere etiam me tacẽte, omnibus poſſunt. Itemque ab ijs qui ſedentes agunt: Nam ferè fit hoc in rebus minoribus: & ijdẽ impetus Actionis eſſe non poſſunt, & quædam vitia fiunt neceſſaria. Nam & dexter pes à lęua Iudicis ſedenti proferendus eſt, & ex altera parte multi geſtus neceſſe eſt in ſiniſtrum eant, vt ad Iudicem ſpectent. Equidem pleroſq;, & ad ſingulas clauſulas ſententiarum video aſſurgentes ſibi, & nonnullos ſubinde etiam aliquid ſpatiantes, quod an deceat, ipſi viderint: cùm id faciunt non ſedẽtes agunt. Hactenus ille. Item Fab. cap. 1. lib. 11. Rideatur meritò, qui apud Diſceptatorem de re leuiſſima ſedẽs, vtatur illa Ciceronis cõfeſſiõe, non modò ſe commoueri, ſed etiam corpore ipſo perhorreſcere. Aſt in grauioribus cauſis, quia tanta vis eſt Actionis dextræ, & aptæ, vt ei quondam Demoſthenes pri-

Vis Actionis in ſtante.

nes primas,ſecundas, tertias victoriæ partes concederet: eius commodum cōtemnendum nō eſt,ne dolo præuaricatus, luctum in reatu conſtituto Clienti Patronus afferat. Etenim cùm Hypocriſis ſit quædam corporis eloquētia, non omnes egiſſe eloquētiæ partes videtur, qui eam aſpernatus eſt.Plinius li. 2.ad Cerealem: vnde accidit,vt ij qui ſedētes agūt, quamuis illis maximè ex parte ſuperſint eadem illa,quæ ſtantibus,tamē hoc quod ſedent, debilitentur,& quaſi deprimātur: Mouet enim dicentis geſtus, inceſſus, diſcurſus, omnibuſque motibus animi cōſentaneus vigor corporis.Hęc Plinius. Quę eò pertinent,vt ſi ſedeat inter agendum Aduocatus, non ſtatim exibilandus, explodendus, mulctandus, aut cauſa deturbādus ſit à Iudice,quod in bonos mores peccatum ſit, aut in iuris præſcriptum: Eam enim neceſſitatē mores, non ius introduxerūt, ad diluendā præuaricationis ſuſpicionem. Atque in ea lege Valens & Valētin. Imperatores non edicunt, ſed publici & recepti moris, Oratores admonėnt, vt qui agant ſtent recti,qui cognoſcūt, & diſceptant,

Hypocriſis corporis Eloquentia.

Neceßitas ſtādi Oratori cur moribus introducta.

Diſcrimē inter mores Oratorum & Iudicum. ſtant, ſedeant: Hinc vulgatum diſcrimen inter mores Oratorum & Iudicū vt hi ſedeant, illi ſtent [r]. Plautus in Moſtellaria.

——— *Nimis Orator clues catus,*
Sine me iſthùc iudicare ſurge, ego iſthîc aſſedero
Maximè, & accipiā hāc ad me litē.

Quo in loco Plauti, Orator ſurgit, & Iudex conſidet: Vndè dictę ſunt in iure noſtro, Seſſiones Iudicū, de quibus in l. 2. ff. *Seſſiones Iudicum.* quis ordo in bon. poſſ. ſeru. & apud Cice. tertio de natur. Deor. Exeamus (inquit) à Theatro, veniamus in Forum, ſeſſum ite, precor. Quid? vt iudicetur, qui tabulariū incenderit. vbi Cotta Academicus Velleium, & Balbum ſedere facit iudicaturos. Starę aūt Oratorum propriè eſt. Cornelius Tacitus in dialogo de Oratoribus: Quod gaudium aſſurgendi, aſſiſtēdique inter tacentes, in vnū cōuerſos coire populum, & circūfundi coronam, & accipere affectum, quacunque Orator induxerit. Ratio cur ſtent Oratores, ſuperius allegata eſt, ad maiorem emphaſim Actionis, & Pronuntiationis. *Cur Iudices ſedeant.* Cur autē ſedeant Iudices, eſt apud Plautum in Moſtellaria quædā ratio, quod ſedēdo plus ſapiamus,

quo

quò in loco ſeruus Tranio in ara ſedens, ad quam confugerat, cùm ſollicitaretur, vt ſurgeret, timens dorſo ſuo, & olfaciens dolum Teuropidæ, ſurgere non vult, hæc verba Plauti ſunt:

TEVR. *Surge dùm hùc eſt cõſulere igitur quiddam quod tecum volo.*

TRA. *Sîc tamen hînc conſilium dedero, nimiò plus ſapio ſedens.*

Recto aũt rarus, modic⁹, & modeſtus inceſſus cõcedebatur, vt, cũ area Tribunali aduerſa eſſet, quaſi eadẽ linea media decuſſata eſſet, dicenti præterire, & ex ſuis Subſellijs in aduerſa concedere, turpe, & ſtultũ videretur. Fab. li. 11. c. 3. Tranſire in diuerſa ſubſellia, parũ verecũdũ eſt, nã & Caſſi⁹ Seuerus vrbanè aduerſus hoc faciẽtes, lineã popoſcit: Et ſi aliquãdo cõcitatè itur, nũquã nõ frigidè reditur. Diametrus ergò hæc deſcripta eſt, quaſi finibus vtriuſque partis regũdis, intra quos ſe inter agẽdũ cõtineat Orator. Dicũt tũ Oratores dicere ex plano, quia area illa plana ęquaque eſt. Trãq. in Tyber. Et ſi quẽ Reorũ elabi gratia rumor eſſet, ſubit⁹ aderat, Iudiceſq; aut è plano, aut è quęſtoris tribunali

Oratoris inceſſus.

Dicere ex plano.

legum,& religionis, & noxę, de qua cognoſcerent, admonebat. Ex quibus ſanè verbis conijci poteſt, imò certiſſimè deprehendi, quid ſit de plano cognoſcere, vt in famoſa illa Clemẽtina Sępè de verbo.ſignificatione,cum Iudici mãdatur, vt cauſam aliquam ſimpliciter de plano ſine figura,& ſtrepitu Iudicij cognoſcat.Nam de plano cognoſcit,cùm ex tribunali Iudex,in planum,& aream deſcendit,atque ibi obiter κατὰ πολὰς, è veſtigio litẽ dirimit, vt iſta aduerſa ſint cognoſcere de tribunali, & de plano. Huc pertinet. l. à procedente, C. de dilationib.vbi dilationes dantur à non procedẽte, & ambulante Iudice, & de plano,ſed pro Tribunali ſupra planum ſedente.Solẽt enim aliquãdo Rabulæ,vt ſunt importuni,Iudices deſcendentes de Tribunali retinere in area, planoque,vt quod volũt,obiter obtineant. Idem auctor in Claudio: Illud quoque à maioribus natu audiebã,adeò Cauſidicos ſolitos eius patientia abuti, vt deſcendentem è Tribunali,non ſolùm voce reuocarent, ſed & lacinia togæ retenta, interdum pede apprehenſo retinerent.

Cognoſcere de plano.

Cognoſcere de Tribunali.

Rabularũ importunitas.

Claudij Cæſaris patientia.

Idem

Idē paulò poſt de Equite: cū ſcorta meritoria citari aduerſus ſe, & audiri pro teſtimonio videret, graphium, & libellos, quos tenebat in manu, ita cū magna ſtultitiæ, & ſæuitiæ exprobratione, iecisſe in faciem eius conſtat, vt genam non leuiter perſtrinxerit. Quæ patientia ſumma erat in eo, qui quicquid volebat, poterat, ſed ille *nō faciendo nocens* [3], *ſed patiēdo fuit.* *Cognoſcere ſine ſtrepitu.* Sed ex his quis non videt craſſum diſcrimen eſſe, inter cognoſcere de plano, & ſine ſtrepitu? fit enim hic non modo ſtrepitus, ſed impotentiſſima, & non ferenda Cauſidicorum importunitas.

Corollarium
ad Caput quintum.

1. Vt hi ſedeant illi ſtent) *Quidam adeò ſuperſtitioſi hac in parte fuerunt, vt dicant ſententiam latam à ſtante, aut nō ſedente Iudice, nullius eſſe planè momenti: pro quibus facit c. vlti. in fin. de ſent. & re iudicata, in 6. iuncta gloſſa in verbo ſedendo: Quod non obtinet in cauſis ſummarijs, in quibus proceditur de plano, vt dicitur in Clement ſæpè de verborum ſignificat. circa finem. Cicero autē ſæpiſsimè vſurpat ſedere pro Iudicare.* *A ſtāte Iudice ſententia nō valet.*
2. Aduerſa ſunt cognoſcere de tribunali) *Videre eſt ex l. 1. §. abolitio ad S. C. Turpili. l. 2. §. dies. quis*

 ordo in

ordo in bon. poſſeſsionibus ſeruet. Impp. autem Honor. & Theodoſ. in l. penult. de naufrag. libr. 11. C. pro ſummaria cognitione, leuato velo dixerunt. Vbi, ni fallor, alludunt ad carbaſa nauium, quùm de ſubmerſis nauibus loquuntur, aut fortè reſpexerunt ad vela, quibus aliquando inumbratum fuit Forum Rom. vt aliàs adnotauimus, quæ Seſsionum tempore expanſa, poſt Cognitionem reducebantur, licet de priuatis agant.

Leuato velo.

3. Non faciẽdo nocens) *Verſus eſt Auſonij de 12. Cæſaribus. Exemplum autem hoc de Equite ponitur, vt nimiam tolerantiam Claudij demonſtret.*

ARGVMENTVM.

¶ De inſtrumento Fori, & forma Tribunalis.

Caput 6.

Inſtrumẽtum Fori.

VNIVERSVM Fori inſtrumentum erat in Tribunali, Subſellijs Iudicũ, Litigãtium, Patronorum, Subſcriptorum, Cognitorum, Cuſtodum, Laudatorum, Pragmaticorum, Teſtium, reliquorumq; Aduocatorum, & abacis Notariorum, & Scribarum, quæ tamen veluti ruta cęſa, opuſue quoddã inteſtinũ [1], loco moueri poterant, & ex Baſilica in areã apertã, & rurſus indè, in Baſilicã trãsferri. Fab. de Portio Latrone: Impensè petijt à Iudicibus, vt ſubſellia in Baſilicã transferrentur. Suet. de funere Iulij: Lectum pro Roſtris

Ruta Cæſa. Subſellia trãſferri poterant.

Roſtris in Forum Magiſtratus, & honore functi detulerãt,quẽ cùm pars in Capitolini Iouis cella cremare, pars in Curia Põpei deſtinaret, repentè duo quidã gladijs ſuccincti, ac bina iacula geſtãtes, ardentibus cæreis ſuccenderunt, confeſtimque circũſtãtium turba, virgulta arida, & cùm Subſellijs Tribunalia, quicquid præterea ad manum aderat, cõgeſſit. Fuit & in Fori inſtrumento Tabulariũ, quod & Tablinũ, Græcis Grammatophilacion, & Chartophylacion: vbi Actorum Forenſiũ Cõmentarij velut in Armario aſſeruarentur. Vergilius in Georgicis. *Tabularium.*

Inſanumq́, Forũ & populi Tabularia vidit.

Capitolinus in vita Mar. Philoſophi: Per prouincias Tabulariorũ publicorũ vſum inſtituit, apud quos idẽ de originibus fieret, quod Romæ apud Præfectos Ærarij, vt ſi fortè aliquis in prouincia natus, cauſam liberalẽ diceret, teſtationes inde ferret, atq; hãc totã legẽ de aſſertionibus firmauit. Quãquã aliter capiat Tabularia, nimirũ pro tabulis & pulpitis, Tac. in dial. vbi cõparat veteres cũ ſui ſæculi Oratoribus: Quantũ (inquit) viriũ detraxiſſe Oratiõi

Auditoria & Tabularia credimus, in quibus iam ferè plurimæ cauſæ explicantur: vbi ſignificatur more ſcholarum in pulpito recitatas Orationes. Aſconius in argumen. Milonianæ: Populus duce S. Clodio Scriba, corpus P. Clodij in Curiam intulit, cremauitque ſubſellijs, & tribunalibus, menſis, & codicibus Librariorũ. Tribunal autẽ eius erat, qui iudicio præſidebat, eminebatque inter ſubſellia minorum Iudicũ, vt Prætoris maieſtas in Trabea & Prętexta magis conſpicua appareret. Liuius li. 2. de Cõſulibus militẽ conſcripturis: Dimiſſo Senatu Conſſ. in Tribunal aſcendunt, citãt nominatim iuniores. Et paulò poſt: Redeunt in Tribunal, citari nominatim vnum ex ijs, qui in conſpectu erant, dedita opera iubent: Cùm ſtaret tacitus, & circa eum aliquot hominum, ne fortè violaretur, conſtitiſſet globus, Lictorem ad eum Cõſules mittunt, quo repulſo tum verò indignum facinus clamitantes, qui Patrum Conſſ. aderant, deuolant de Tribunali, vt Lictori auxilio eſſent. Ex quibus verbis ſatis ſignificatur, non in ſolam cauſarum cognitionem, Forenſi-

Tribunal.

rẽnſi-

renſiumque operam cōparatum eſſe Tribunal. Porrò quod duo Conſſ. ſedebāt in Tribunali, & in eodem illis aliquot Senatores aderant, cōiectare licet, capax fuiſſe admodum Tribunal, quod planum fiet ex eo, quod à Vitruuio deſcribitur lib. 5. Quod cùm eſſet in arcum efformatum, chorda erat pedū quadraginta ſex, ſagitta autē à chorda ad arcus curuaturam pedū quindecim. Valer. de Lucio Craſſo agēte in Gallia: Cùm in eam Cneus Carbo, cuius patrem damnauerat, ad ſpeculanda acta ſua veniſſet, nō ſolùm eum indè non ſubmouit, ſed inſuper locum ei in Tribunali aſſignauit. Et fortaſſis credendū eſt, in Tribunali fuiſſe Curulem collocatam, in qua Prætores conſiderent. Cicero 4. in Verrem de Verre Prętore: In Sicilia properans de ſella exiliuit, hominē innocentem à Sacerdote abſolutū indicta cauſa, de ſententia Scribæ, Medici, & Aruſpicis condēnauit. Ibidem: Palam de ſella atque tribunali pronuntiauit, ſi quis abſentem Sthenium rei capitalis reum facere vellet, ſeſe nomen eius recepturum. Idem 3. in Verrē: Quæ multitudo, quod vos obli-

Curulis in Tribunali.

tos eſſe non arbitror, qui ordo ad Piſonis ſellam iſto Prætore ſolitus ſit conuenire. Cur enim Curulem non caperet, cùm & Lecticam acciperet? Tranquillus in Auguſto: Ipſe ius dixit aſſiduè, & in noctem nonnunquam: Si parum corpore valeret, Lectica pro Tribunali collocata, vel etiam domi cubans. Quibus adducor fixum Tribunal fuiſſe, cuiuſmodi fuit Tribunal Aurelium in gradibus Aurelijs ab Aurelio Cotta Prætore poſitum. Non omnes tamen Iudices ius Tribunalis habebant, ſed tantũ Iudices Ordinarij, & maximè, qui Ordinarijs præſidebant, Tribunal habebant, reliqui Delegati & Commiſſarij Subſellium. Vlpian. l. 1. ff. de Iudicijs: Iudicis (inquit) qui Tribunali pręeſt, aut aliam Iuriſdictionẽ habet: Item ex alio Trãquilli loco in Auguſto: Solis virginibus Veſtalibus locum in Theatro, & contra Prætoris Tribunal dedit. Fuit tamẽ alia in Caſtris Tribunalis forma, vt etiã à ſella Caſtrẽſi & Curuli diuerſa eſſet. Idẽ in Galba: Obſeruatum eſt etiam Calendis Ianuarij ſacrificãti coronam de capite excidiſſe, auſpicanti pullos euo-

Lectica pro Tribunali.

Tribunal fixum.

Nõ omnes Iudices Ius Tribunalis habebant.

Tribunal extra Forum.

los euolaſſe, adoptionis die, neque milites alloquuturo, Caſtrenſem Sellam de more pòſitam pro Tribunali oblitis miniſtris, & in Senatu Curulem peruersè collocatam. Curtius libro nono: Tandem vniuerſa concione effuſius flente Pœnus auſus eſt, cũctãtibus cæteris, propiùs Tribunal accedere. Et paulò poſt: Itaque inops cõſilij deſiliuit è Tribunali: De ſuggeſto loquitur, ex quo concionabatur apud milites Alexander. Plinius Secundus in Panegyrico ad Traianum: Decora facies Conſulis multa poſt ſæcula Tribũnal viridi ceſpite extructum: nec faſcium tantùm, ſed pilorum ſignorumque honore circundatũ. Cuius militaris Tribunalis etiam meminit Plutarchus in Pompeio: Fuit & Carpẽtum Iudiciale. Flauius Vopiſcus Syrencſis in Aureliano ad initium: Hilaribus, quibus omnia feſta, & fieri debere ſcimus, & dici, impletis ſolemnibus vehiculo ſuo me, & Iudiciali Carpento Præfectus vrbis accepit. Sella verò Curulis à Lectica differebat & Solio, quanquam ſunt qui apud Poetam, illud:

——— *Solio conſedit eburno.*

Tribunal pro ſuggeſto.

Militare Tribunal.

Carpentũ Iudiciale.

Curulis à Solio differt.

de Cu-

de Curuli intelligant, quod ex ebore fuerit teſte Plutarcho, quod mihi vix perſuadere poſſent, quòd ſellæ Curules non ſolidæ, ſed diuerſis partibus cōiunctis compactæ ſint. Tranquillus in Auguſto: Rurſus commiſſione ludorum, quibus theatrum Marcelli dedicabat, euenit, vt laxatis ſellæ Curulis compagibus caderet ſu-
Solium. pinus. Solium autem dictum Grammaticis, quod ſolidum eſſet, & quaſi homogeneon Phyſicis, Iuriſcōſultis autē ἡνομένον, quod cōtinetur vno ſpiritu, vt lignum, lapis, & ſimilia: Nā quod ex pluribus cohęrentibus, & contiguis, id eſt, continentibus conſtat, hoc Phyſici heterogeneon, Iuriſconſulti συνημμένον vocant, auctor Pōponius in tit. de vſurpatio. l. rerum mixtura. Fuit etiam Solium non tantū Regiū, ſed etiam Iuriſperitorum veterū, ex quo de iure domi reſpōdebant. Tullius primo de legibus: Ego verò ætatis potius vacationi confidebam: cùm præſertim non recuſarem, quo minus more patrio ſedens in Solio conſulentibus reſponderem, ſenectutiſque non inertis grato, atque honeſto munere fungerer. Meminit & 3. de Orato-

Oratore. Curulis autē à Lectica & ſi differat, vtraque tamen ciuium principum propria, vtraque geſtationi comparata, vt ambigam de loco Sueto. in Nerone: Interdum (ait) quoque clam geſtatoria ſella delatus in Theatrum: niſi quod ſella, etiam citra epitheton pro Curuli accipiatur, non pro lectica. Paul. Iuriſcōſultus in tit. de ſeruit. vrb. prædiorū: Qui ſella aut lectica vehitur, ire non agere dicitur. Sueton. in Iulio: Lecticarum vſum, itē Conchyliatæ veſtis & Margaritarum, niſi certis perſonis & ætatibus, perq́ue certos dies ademit. Idem in Domitiano: probroſis fœminis lecticæ vſum ademit, iuſq́ue capiēdi legata, & hereditates. Enumeratur etiam inter Magiſtratuum inſignia à Iuuenale in 10.

Quanquam non eſſent vrbibus illis
Prætexta, et Trabeæ faſces, Lectica, Tribunal.

Curulis à lectica differt.

Geſtabatur etiam à Lecticarijs, & ſuccollabatur, non equis portabatur, vt nunc. Tranquillus in Claudio: ab his lecticæ impoſitus, &, quia ſerui diffugerant, viciſſim ſuccollantibus, in caſtra delatus eſt: quæ à Lecticariorū numero geſtantium, modò

Lecticarij ſuccollatores.

modò hexaphoros,aliàs octophoros [3] vocabatur.Sic etiam Curulis maiorum Magiſtratuum vocabulum, vt etiã ſellæ muliebres. Idem in Othone: Tunc abditus properè muliebri ſella, in caſtra contendit, ac deficientibus Lecticarijs, cùm deſcendiſſet,curſumque cæpiſſet,laxato calceo reſtitit, donec omiſſa mora ſuccollatus,& à pręſente comitatu Imperator cõſalutatus &c. Hunc morem hodiè repręſentant Põtifices Rom. qui ſuccollati per Lecticarios geſtantur ſublimes, cõſpicui, & viſendi. Sed Lectica tecta erat, & munita quaſi arca quędam magna, veſtimentis inſtrata,qua ęgri aut ſenes portabãtur, inſtar Arcerę [4] apud Gellium.Tranquill. in Auguſto: A cæna in lecticulam lucubratoriam ſe recipiebat, ibi donec reſidua diurni actus, aut omnia, aut ex maxima parte, conficeret,ad multã noctem permanebat. vbi fortaſſis melius legeretur cellula, de qua paulò antè in hæc verba:Si quando quid ſecretò,aut ſine interpellatione agere propoſitaſſet, erat illi locus in edito ſingularis, quem Syracuſas & τεχνόφυον vocabat:Hinc tranſibat

Pontifices Romani.

Arcera.

Locus Tranquilli emendatus.

in ali-

in alicuius Libertinorum ſuburbanum. Vbi rurſus legẽdum cenſeo Libertorum. Vehebantur & Lectica delicati. Idem in eodem Auguſto: Sic quoque ſępè indigens ſomni, & dum per vices deportaretur, depoſita lectica inter aliquas moras, redormiebat. Cicero Philippica 2. Vehebatur in Eſſedo Tribunus Plebis, Lictores Laureati antecedebant, inter quos aperta Lectica Mima portabatur. Habuit enim vtrinque plagulas [5] vice feneſtrarum. Suetonius in Tito: Deinde ad primam ſtatim manſionem febrim nactus, cùm indè lectica transferretur, ſuſpexiſſe dicitur dimotis plagulis cœlum, multumq́ue conqueſtus, eripi ſibi vitam immerenti. Varro lib. de vita populi Roma. apud Nonium Torale vocat, quod lecticæ inijcitur, & Segeſtria, quę eandem inuoluebant. Lecticæ noſtræ, quibus geſtantur Magnates Pilenta rectè vocãtur, id eſt, Rhedæ penſiles, quæ interdixit matronis Romanis lex Oppia [6].

Plagulæ lecticarum.

Toral.

Pilenta.

Corol-

Corollarivm
ad Caput ſextum.

Ruta cæſa. 1. Ruta cæſa) *Aliter vſurpat Vlpianus in l.* 17. *de act. emp. vt ſint quaſi eruta veluti creta, arena: cæſa, vt arbores, carbones. Largius tamen accipere videtur Scæuola l.* 66. *§. vlt. de contr. emp. pro ijs quæ ædium fundiue non ſunt. quibus adde. l.* 241. *de verb. ſignificat. quæ terra non tenentur, quæq́; opere ſtructili, tectorióue non tenentur, vt hæc poſtrema addita ſint, pro prædijs et ædificijs vrbanis, in quibus ruta cæſa accipiuntur pro opere inteſtino, id eſt, ijs mobilibus quæ menugeria vocant, & quæ clauis, ſtipitibus, & radicibus fixa non ſunt, vt aduerſa ſint operi ſtructili & tectorio, vt ſunt incruſtationes, lambruceriã vocant, coaxationes, intertignia, oſtia, feneſtræ, & ſimilia* qui tiennent à cloux cheuille chimme & rachine, *vt Pragmatici conſuetudinarij vocant, quæq́; ſine turpi nota & deformitate ædium amoueri non poſſunt. Sic Iabolenus l.* 18. *de act. emp. Granaria, quorum ſtipites in terra defoſsi nõ ſunt, rutis cæſis cædere ait. Cicero. Sed dices te, cùm ædes venderes, ne in rutis quidem & cæſis, ſolum tibi paternum reliquiſſe. Et quæ ruta cæſa in ædibus propriè ſunt, ea in villa, taberna, & officina inſtrumentum dicuntur, in vineis dos. Columel. lib, 3. de re Ruſtica, ca. 3. vineas cum ſua dote, id eſt, cum pedamentis, & viminibus &c.*

Opus inteſtinum.

Opus tectorium. Incruſtationes.

Inſtrumentum. Dos.

2. Et fortaſſis credendum) *Hanc diuinationẽ mirè adiuuat, quod ſcripſit Tacitus, lib.* 2. *annalium: nec Patrum cognitionibus ſatiatus, iudicijs aſſidebat in cornu Tribunalis, ne Prætorem Curuli depelleret.*

3. Hexapho-

3. Hexaphoros, octophoros) *De Hexaphoro, & Octophoro crebra mẽtio eſt apud poetas: præſertim apud Martial. Sic enim lib. 1. In Cæcilianum:*

Cùm tibi non eſſent ſex millia Cæciliane,
Ingenti latè vectus es Hexaphoro.

Et lib. 6. in Aphrum:

Quid te Cappadocum ſex onus eſſe iuuat.

Item paulò poſt:

Non debes ferri mortuus Hexaphoro.

Iuuenalis:

Qui ſexta ceruice feratur.

De octophoro idem Martialis:

Octophoro ſanus portatur Auite Philippus,
Hunc tu ſi ſanum credis, Auite furis.

Et libro nono:

Octo Syris ſuffulta datur lectica puellæ.

Lecticarum etiam crebra fit mentio à Iureconſultis in l. 8. §. ſi ita legatum, de legat. lib. 1. l. 65. eodem lib. 2. l. 49. lib. 3. l. 13. de auro & argento mundo. Huiuſmodi homines lecticam baiulantes, ad lecticam homines vocat Terentius. *Lecticarũ.*

4. Inſtar arceræ) *Quid ſit arcera, explicat Cæcilius I.C. apud Gellium Noct. Att. lib. 20. ca. 1. quod probat Nonius Marcellus. Arceram porrò ex tabulis factam ſcribit Varro lib. 4. de lingua Lati. De Pilento autem, Carpento, Baſternis & Petoritis multa diligẽter, & curioſè adfert Petrus Pithæus I.C. aduerſar. ſubſec. lib. 1. ca. 5. De Petorito Gellius c. 3. lib. 15. & de Pilentis quædam habentur apud Adrian. Turneb. li. 11. aduerſ. cap. 6.* *Arcera.*

5. Vtrinque plagulas) *Nonius Plagas interpretatur grandia linthea, & toral, & lecticariam ſindonem,* *Plagæ.*

donem, vnde per diminutionē plagulæ dicūtur, quas inter muliebria veſtimēta recenſet Vlpian. in l.23. de aur.arg.mūd. legat. Bayſius interpretatur lineā veſtem, vel inſtratum lineum, quod puerperæ honoris & decoris gratia lecto, in quo decumbunt, ſuper ponere ſolent, ad candorem & cultū delicatiorem.

6. Lex Oppia) *Pro defenſione, & abrogatione huius legis. Vide apud Liuium lib. 34. nobile certamen atque Orationes in vtramque partem à Portio Catone Conſ. & Lucio Valerio Trib. Pleb. habitas.*

ARGVMENTVM.

¶ De Subſellijs & Seſſionib. Iudicum, Litigantium, & Teſtium, & inſtrumenti forenſis conductione, & diſpoſitione, Auditorij redemtione, fauentium & faſtidientium geſtu.

Caput. 7.

Quatuor Tribunalia.

CENTVMVIRI in quatuor Haſtas, Conſeſſuſque diſtributi erant, totidemque Tribunalia. Plinius lib. 1. Epiſtolarum: Eram adoleſcētulus adhuc, eram in quadruplici iudicio, id eſt, Centumuirali in quatuor conſilia diuiſo: Quibus ſingulis, ſingulæ haſtæ dieb. faſtis erigebantur. Fabius de Iulia Baſilica: Certè cùm in Iulia Baſilica diceret primo Tribunali, quatuor autem Iudicia, vt moris eſt, cogerentur, atque ómnia clamoribus fremerent, & auditū eum, & intellectum, &, quod

&, quod agentibus cæteris contumelioſum fuit, laudatũ quoque è quatuor Tribunalibus memini. Atque vt Tribunalia, & Curules maiorum ſunt Magiſtratuum, vt Conſulum, Prætorum, Proconſulum, Præſidum, & Præfectorũ vrbis: Ita Subſellia minorum, vt Quęſtorum, Tribunorum, & Iudicum, qui nudam Iuriſdictionem habent, ſine vllo imperio. Tranquillus in Claudio: De maiore negotio acturus in Curia, medius inter Conſulum ſellas Tribunitio Subſellio ſedebat. Puto tamen Subſellia, hinc indè circa Tribunal, veluti ſedilia perpetua in exhedris Philoſophorũ diſpoſita, ijſdéq; ſic vſos Subſellijs Iudices, vt ſi qui ex ijs, qui in ſortẽ obuenerant, ius Curulis haberẽt, aut aliorũ inſigniũ, in Curuli cõſediſſe, ſuumq́; Ius vſurpaſſe, vt in Senatu fiebat: neq; tãtum Iudices, ſed & Aduocatos, qui pręſentẽ tacitamq́; cõmẽdationẽ ex opera ſedẽtaria cõmodabãt. Cic. pro Pub. Sylla: Sed ſi parẽs tuus, etiam in illa ſuſpicione periculi ſui, tamen humanitate adductus, aduocationẽ hominis improbiſſimi, ſella Curuli, atq; ornamẽtis ſuis Cõſularib. honeſtauit. Subſellia

Cur ſedeãt Iudices. Quid eſt, quamobrem Conſulares, qui Catilinæ adfuerunt, reprehendũtur? *Animus* autem *ſedendo magis ſapit*, (vt eſt in prouerbio) habetque acriorem contentionem in quiete corporis, & cùm natura nulla moleſtia impeditur, conſtantius ſeſe in rem propoſitam intendit, vt ſimul cum corpore affectus mentis componatur, quod & agnoſcunt Anagogici Theologi in illo Matthæi ca. 5. loco: Cùm vidiſſet Ieſus turbas, aſcendit in montem, & cùm ſediſſet &c. Acceditque quod auctoritas & maieſtas [1] Magiſtratus magis viſenda oſtenditur, in ſedente, quàm ſtante: & de hoc antè dictum eſt: Hînc Conſeſſus Iudicũ, & etiam Ducum in Caſtris.

Conſedere Duces, ſurgis tu pallidus Aiax.

Quanquam 8. Æneidos, cõſilium capturi in rerum diſcrimine ex Æneæ abſentia Duces Troiani.

——————— *Stant longis innixi haſtis.*

Subſellia litigantium. At cùm litigantes aduerſa haberent Subſellia, ſeparata erànt ea, in quibus Teſtes conſidebant. Hînc Cice. pro Flacco exagitat, quòd Teſtes inter aduerſarij Aduocatos ſederẽt, his verbis: hoc verò quid eſt? vnà

eſt? vnà ſedent, ex Accuſatorum ſubſellijs ſurgunt, non diſſimulant, non verentur. De Subſellijs queror, vnà ex domo prodeunt. Conducebantur verò Tribunal, Subſellia, reliquumq; inſtrumentum ab Ærario, quas redemptionū ſordes remiſit Nero in principatu. Tranquillus in eius vita: Item vt litigatoribus pro patrocinijs certam iuſtamque mercedem, pro Subſellijs nullam omninò darēt præbente Ærario gratuita conſtituit. Sic in recitatione Poëtarū. Tacitus in Oratoribus: Cùm toto anno per omnes dies magna noctium parte vnum librū extulit, & lucubrauit, rogare vltrò, & ambire cogatur, vt ſint qui dignentur audire, & ne id quidem gratis, nam & domum mutuatur, & Auditorium extruit, & Subſellia conducit, & libellos diſpergit. Aſſeruabanturque in eum vſum in Curia: Ideò in funere Clodij arrepta ſunt à plebe, & in rogū coniecta, cùm illìc cadauer cremaretur, vt docuim⁹ ex Aſconio. Accuſator autem redēpta collocabat in ea fori parte, quam commodiſſimam ſibi arbitrabatur: Ideoque M. Cicero pro Flacco, con-

Inſtrumenti Fori conductio.

Accuſator Subſellia collocabat loco ſibi commodiſſimo.

queritur electũ à Lælio Accuſatore conſeſſui locum proximũ gradibus Aurelijs, in quibus perditi quidam, egẽtes, & conducti vociferarentur ad mentionem auri Hieroſolymitani. Eius hæc verba ſunt: Sequitur auri Hieroſolymitani inuidia: hoc nimirum illud eſt, quod non longè à gradibus Aurelijs hæc cauſa dicitur, ob hoc crimen hic locus abs te Læli, atque illa turba quæſita eſt. Aliquando etiã eodem in die plura Iudicia publica in Fori area exercebantur. Aſconius in Milonianam de Milone duabus legib. de vi & ambitu Reo: Diuinatio de ambitu Accuſatorũ facta eſt, Quęſtore Aulo Torquato, atq; ambo Quæſtores Torquatus & Domitius Nonis Aprilis Reum adeſſe iuſſerant, quo die Milo ad Domitiani Tribunal venit, ad Torquati amicos miſit. Ibi poſtulante pro eo Marco Marcello, obtinuit ne prius cauſam de ambitu diceret, quàm de vi iudicium perfectũ eſſet. Hæc Aſconius. Auditores extra cõſpectũ ſtabant, niſi cum ignaui quidam, & frigidi dicerent: tùm enim ſi qui aderant in vacuis ſubſellijs ſedebant. Aliquãdo etiam

Audientium locus.

pretio

pretio ² redimebantur ab ambitioſis, qui numo, nõ fama Eloquentiæ Auditorium corrogabant. Plinius lib. 2. ad Maximum. Herì duo nomenclatores mei habebant ætatem eorum, qui nuper togas ſumpſerunt, ternis denarijs ad laudandum trahebantur, tanti conſtat, vt ſis diſertiſſimus, Hoc pretio quælibet numeroſa ſubſellia implentur, hoc ingens corona colligitur, hoc infiniti clamores cõmouentur, cum Meſichoros dedit ſignũ: Opus eſt enim ſigno apud non intelligentes, ne audientes quidem. Nã plęriq; non audiunt, nec vlli magis laudãt. Deindè pauló pòſt: primus hunc audiendi morem induxit Titus Largius, hactenus tamen vt auditores corrogaret. Ità certè ex Quintiliano pręceptore meo audiſſe memini: Narrabat ille: Aſſectabar Domitiũ Afrũ, cũ apud Centumuiros diceret grauiter, & lentè, hoc enim illi actionis genus erat, audit ex proximo immodicũ, inſolitũque clamorẽ admiratus reticuit, vbi ſilentiũ ſibi factũ eſt, repetit quod abruperat, iterùm clamor, iterùm reticuit, & poſt ſilentiũ cępit. Idẽ tertio. Nouiſſimè quis diceret quæſiuit,

Auditorium redemtum.

reſponſum eſt Licinius. Tum intermiſſa cauſa, Centumuiri (inquit) hoc artificium perijt. Hæc Plinius: Quo apophtegmate cõquerebatur Domiti⁹ Orator, Eloquẽtiam, dicendiq́ue artem, tot ſæculis Romani Fori Reginam, extinctam, euerſamq́ue pecunia, cùm non peritia, ſed pecunia Cauſidicos commendaret. Nam pauci aderant Eloquentiæ in illa ætate admiratores. Tacitus in Oratoribus, de ſuo ſęculo loquens: Vnus inter hæc dicentium, & alter aſtitit, & res velut in ſolitudine agitur. Oratori autem clamore, plauſuq́ue opus, & velut quodam Theatro, qualia quotidiè antiquis Oratoribus contingebant, cùm tot pariter, & tam nobiles Forum coarctarent, cum Clientelę quoque, & Tribus Municipiorum, & Legationes, & partes Italiæ periclitãtibus aſſiſterent, cùm in plęriſque Iudicijs crederet Populus Rom. ſua intereſſe, quid iudicaretur. Satis cõſtat C. Cornelium, M. Scaurum, Titum Milonem, L. Beſtiam, Pub. Vatinium concurſu totius ciuitatis, & accuſatos, & defenſos, vt frigidiſſimos quoque Oratores ipſa certantis populi ſtudia excitare,

citare, & incendere potuerint. Itaq; herculè eiuſmodi libri extant, vt ipſi quoque qui egerunt, non alijs magis Orationibus cenſeantur. De ijſdem pretio conquiſitis, & coëmtis Auditoribus Iuue. Satyra 13.

Quantò Feſſidium laudata vocalis agëtem
Sportula.

Et Martial. lib.5. ad Candidũ de liberto:

Quidlibet in cauſis narraueris ipſe tacebo,
At tibi tergeminum mugiet ille ſophos.

Idem lib.6.de Laudicœnis.

Quod tã graue ſophos clamat tibi turba to-
Non tu Pomponi, cœna diſerta tua eſt. (gata

Idem Plinius paulò antè in eadem epiſt. prius citata: Sequuntur Auditores Actoribus ſimiles, conducti, & redemti mancipes, conuenitur à conductis, & redemtis in media Baſilica, tàm palàm Sportulæ, *Sportula.* quàm triclinio dantur. Ex iudicio in iudicium pari modo trãſitur. Indè iam non inurbanè σοφοκλεῖς vocantur ἀπὸ τοῦ σοφὸς, καὶ καλεῖσθαι. Iiſdẽ Latinum nomẽ eſt impoſitum Laudicœni, & tamen creſcit in- *Laudicœni.* dies fœditas vtraq; lingua notata. Hactenus ille. Nõ ſolis Iudicib. dat operã Ora- *Orator ſe coronæ accommodat.* tor, ſed & coronæ aſtantium ſeſe accommodat,

modat, vt peritus nauta, qui ventis, cœloque morem gerit, modò expanſis, modò contractis velis. Tanta enim eſt vulgi libertas, vt in eundem ferè exeat finē forenſis Actio, in quem Mimorum & Hiſtrionum Theatralis geſticulatio, vtq; hi ex geſtus compoſitione ſibilum vel plauſum ſibi cōciliant: Ita illi pedum ſupploſu, vel cachinno eijciuntur, aut fremitu, fauſto applauſus fauore, & lætis acclamationibus excepti laudantur. Sunt iſta Auditorum fauentium, ſupplodere, acclamare, ſilere [3], ſuſpicere, intueri. Cicero primo de Oratore de cauſa Rutilij: Quid multa? Pedem nemo eo in Iudicio ſupploſit, credo, ne Stoicis renunciaretur. Idem 3. dialogo: In quo igitur homines exhorreſcunt? quem ſtupefacti dicentem intuētur? in quo exclamant? quē Deum (vt ita dicam) inter homines putant? & Vergilius 1. Æneid.

Auditorum fauentium ſigna, & vocabula.

Silentium.

Tū pietate grauem, & meritis ſi fortè virū quem
Conſpexêre, ſilent, arrectiſq; auribus aſtāt,

Comploſus manuum geſtus eſt laudantium. Horatius.

Conſen-

Conſentire tuis ſtudijs qui crediderit te,
Fautor vtroque tuũ laudabit pollice ludũ.

Vbi Acron vtroq; pollice, id eſt, vtraque manu ſynechdochicὡs ſublata pariter, & ſæpiùs mota. Quãquam malim ad veterem ritum referre, vt pollex ✝ ſit mẽbrum propenſi fauoris. Plinius c.2.lib.28. Pollices cùm faueamus premere, etiam prouerbio iubemur. Faſtidiẽtium verò ſunt, exibilare, explodere, obſtrepere, frendere, rumpi. Cicero pro domo ſua: Quare diſrumpatur licet iſta furia, atque audiat hæc ex me, quoniam laceſſiuit. Apud Liuium: fremant frendeantque. Quãuis fremere ſit vocabulum caſtrenſe & meſon, quodque tanquam gladius Delphicus in contrarios vſus conuerti poſſit. Eſt enim fremitus militum, leuis quidam ſuſurrus concionis militaris, coniunctus cum aſſenſu & fauore propẽſo, aliàs indignatione, & ira tacita. Idem Vergil. eodem lib.

Faſtidiẽtium audientium vocabula.

Fremere.

Talibus Ilioneus, cuncti ſimul ore fremebãt
Dardanidæ.

Neque ſoli Auditores victi, aut expugnati vi orationis erũpebant in clamores, ſed & Iudices ipſi ꝑſonã retinere nõ poterãt, quin

quin loci auctoritate, ſuique muneris maieſtate poſthabita, ita afficiebãtur, vt non murmure ſolùm, aut alio non ita inſigni ſigno, ſed & effuſis clamoribus, dicẽtem laudarent. Plinius libro nono ad Maximum. Frequenter mihi agenti euenit, vt Centumuiri cùm diù ſe intra Iudicum auctoritatem, grauitatemque tenuiſſent, omnes repentè quaſi victi, coactiq; conſurgerent, laudarentque. Iuliũ Cæſarem infenſiſſimum Q. Ligario, ità vt omninò eum perdere decreuiſſet, nobiliſſima illa Oratiuncula, quę extat pro eodem Ligario, expugnatum teſtatur hiſtoria, vt inter audiẽdum mutatum ſubindè ſe deijci ſentiret. Et vehementiſſima illa in Q. Tuberonem apoſtrophe: *Quid tuus ille Tubero in acie Pharſalica* &c. ita ex ſe poſitus eſt, vt abiectis libellis, quos manu tenebat, omninò ſibi non conſtaret.

Corollarium
ad Caput ſeptimum.

1. Accedit quod auctoritas & maieſtas) *Vndè Hieronymus cap. 8. Daniel. dum explicat hæc verba: antiquus dierum ſedit: ſedens (inquit) deſcribitur, vt matu-*

vt maturitas ſententiæ comprobetur. Repete quæ ſuperius cap. 5. dicta ſunt.

2. Aliquando etiam pretio) *Quem morē imitantur adhuc quidam Profeſſores in Italia & Gallia, qui ſportulas, aut cœnam rectam dant, vt ſint qui eos audire velint.*

3. Silere) *Plinius lib. 2. epiſtola ad Octauium: Imaginor ſi qui cōcurſus, quæ admiratio te, qui clamor, quod etiam ſilentium maneat, quo ego cùm dico, vel recito, non minus quàm clamore delector. Sit modò ſilentium acre, & intentum, et cupidum vlteriora audiendi. Inde Muſonius Philoſophus apud Gellium noct. Att. lib. 5. cap. 1. improbat laudari Philoſophum à vociferantibus, & in laudando geſtientibus, magnam laudem (ait) non abeſſe ab admiratione, admirationem autem, quæ maxima eſt, non parere verba, ſed ſilentiū. Idcircò poetarum ſapientiſſ. auditores illos Vlyſſis labores illuſtriſſimè narrantis, vbi loquendi finis, conſiluiſſe vniuerſos dicit, quaſi attonitos & obſtupidos, delinimentis aurium ad origines vſque vocis permanantibus.* Silentium.

4. Vt pollex ſit membrū propenſi fauoris) *Huic interpretationi ſubſcribit Adrianus Turnebus lib. 11. aduerſ. ca. 6. vbi ait pollicem vertere damnantis eſſe, quod & à Politiano explicatum eſt: Vide etiam Andream Alciat. lib. 12. cap. 9. parerg. Iur. Fabius lib. 11. c. 3. Inſtit. Orat: auerſo pollice demonſtrare aliquid receptum magis puto, quàm Oratori decorū. et paulò poſt: In poſteriora geſtus non dirigitur, interim tamen velut reijci ſolet.* Pollicē vertere.

ARGV-

ARGVMENTVM.

¶ De vario Dierum diſcrimine, ac primum de Nefaſtis.

Caput 8.

DIERVM Romanorum hiſtoriã, quę eorum diſcrimina, nomina, cauſaſq; explicatas continet Pontificũ Faſti proſequuntur, cuiuſmodi argumentũ aliquando Callimachus poëmatio complexus eſt, quod inſcripſit περὶ αἰτίων, quòd fortaſſis vniuerſa temporũ deſcriptio, in cauſis eorũ explicãdis occupata ſit, quod videtur ſequutus Ouid. in Faſtornm propoſitione.

Pontificum faſti.

Callimachus.

Tempora cum cauſis Latiũ digeſta per annũ,
Lapſaq́; ſub terras, ortaq́; ſigna canam.

Cæterùm à Numæ regis tempore, & inſtitutis ſacerdotibus deſignatiſq; annuis per menſes 12. & dies 365. anfractibus, qui dies Feſti, Profeſti, Interciſi, & ex Profeſtis qui Stati, Præliares, Comperẽdini, Comitiales, Faſti, Nefaſti, Religioſi, Atri, Inominales vſq; ad Appium Claudiũ Cęcũ, à collegio Põtificũ, in quod ſoli tũ Patritij cooptabantur, plebei diſcebãt: Cuius ſcriba Cneus Flauius cornicũ oculis

Cn. Flauius Scriba.

oculis confixis [1] (vt ille ait) mimum omnē plebi, Faſtis cōmunicatis, diuulgauit. Sed vt ad propoſitum inſtituta referatur oratio: Forenſiū dierū ratio in triplici eſt cōſtituta diſcrimine, aut enim Faſti ſunt, aut Nefaſti, aut Interciſi. Priores duo ſolidi ſunt, & perpetui ab ortu in occaſum, poſtremi trunci & imperfecti, quibus, niſi poſt operam ſacris datam, litibus vacare non licebat. Nefaſtis verò ſilentium Fori iuſtitiumque erat. Ouidius. *Dierum diuiſio.* *Nefaſti.*

Ille nefaſtus erit, per quē tria verba ſilētur,
Faſtus erit per quem lege licebit agi.

De Interciſis [2] idem poëta, cuiuſmodi ſimiles habemus in noſtra religione, vt matutini feſti, pomeridiani profeſti: *Interciſi.*

Neú toto perſtare die ſua iura putaris,
Qui iā Faſtus erit, manè Nefaſtus erat.
Nā ſimul exta Deo data ſunt, licet oīa fari,
Verbaq́; honoratus libera Prætor habet.

Nā qui putant Nefaſtum diem eſſe, eum qui religione infamis & infauſto nomine ater ſit, eos ineptos eſſe apud A. Gellium memini, cùm reuerà vocabulum forenſe ſit, amplectaturq; omnia dierum genera, quib⁹ Iuſtitio Fori indicto Prętor iuriſdictio-

Iuriſdictionem non exercebat[3]. Itaque dies fauſtiſſimi & feſtiſſimi, vt Natalis Vrbis, Cæſaris, Sacrorumque Ludorum, quia illis Pretori os veluti occluſum erat, ne proferret tria illa ſolemnia verba, do, dico, abdico[4], quibus totum myſterium ſuæ Iuriſdictionis abſoluitur, nefaſti erãt. Non ſum tamen neſcius nefaſtũ nonnunquam pro infami[5] ſacro aliquo omine accipi, quod quaſi nefas ſecum traheret. Tacit. lib. 14. Dies natalis Agrippinæ inter nefaſtos fuit. Cicero ſecundo de legibus hoc Aphoriſmo: *Quæ Augur iniuſta, nefaſta, vitioſa, diráue defixerit, irrita, infectáque ſunto*. Idem Statius Thebaïdos. 1. pro prophano, & profeſto vſurpat.

Honoraria verba.

Nefaſtus pro infami contra Gellium.

Arcades hic tua (nec pudor eſt) delubra nefaſtis
Impoſuêre iugis.

Sed iſta habent eam analogiæ formam, quam nefas, nefandum. Huiuſmodi verò dies atros, religioſos, ominoſos, mœſtos, lugubres vocant Gellius[6] cap. 17. lib. 5. Verrius Flaccus in 4. de verb. ſignif. Dies qui ſunt poſtridiè Calendas, Nonas, Idus, quos vulgus imperitè nefaſtos dicit, propter hãc cauſam dictos, habitoſque atros ſcribit.

Dies mœſti, et lugubres.

ſcribit. Sueto. in Auguſto: Adeò cõſternatum ferunt, vt per continuos menſes, barba, capilloque ſummiſſo, caput interdum foribus illideret, vociferãs, Quintili Vare Legiones redde, diemque cladis quotãnis mœſtũ habuerit, ac lugubrem. Apud eundem Gellium eodem in loco Inominales dicuntur: ante diem (inquit) *Dies Inominales.* quartum Calendas, Nonas, vel Idus tanquam Inominalem diem plærique vitãt. Eius obſeruationis an religio vlla ſit tradita, quęri ſolet. Horum obſeruationem [7] non fuiſſe olim, aliquot exemplis confirmat in vita Furij Camilli Plutarchus. Nefaſti ergò, quibus imperatum foro ſilentium, ijdem fortaſſis ſunt cum Iuſtis, *Dies Iuſti ijdem cum Nefaſtis.* quod vt perſuadeatur, lubet caput ex legib. 12. tabularũ nominatim citare, & interpretari, quod huiuſmodi eſt: *Cõfeſſi æris, rebuſq; iure iudicatis, triginta Iuſti dies ſunto.* Quæ verba ſic Gellius [8] interpretatur: Iuſtos appellarunt Decẽuiri, veluti quoddam Iuſtitiũ, id eſt, Iuris inter eos interſtitionem quandam & ceſſationem, quibus dieb. nihil cum his agi iure poſſit, An- *Andreas Alciatus.* dreaſque Alciat. [6] quẽ honoris gratia no-

mino, ne Plagium cōmiſiſſe videar, commētus eſt Iuſtitiæ, Iuſtitij & Iuſti argutā ſanè, & dignam ſuo nomine analogiā, cui

Iuſtitia analogia. Iuſtitia dicatur, nō quòd iuris quidam ſit ſtatus, vt putauit Iſidorus [10], ſed quod vis ſiſtatur, quaſi vis ſtitia κατ' ἀντιστοιχίον, id. eſt, elementi præpoſteram traiectionem.

Dies Iuſti. Dies ergò iuſti erant, quibus vis in Reos delatos, aut iudicatos ſiſtitur, & ſententię executio, ſolutioniſque coactio ſuſpenditur, & differtur in diem trigeſimū. Tranquill. in Auguſto: Obſeruatū eſt, ne, quoties introiret vrbem, ſupplicium de quoquam ſumeretur, qui dies aduentus Auguſti rectè iuſti vocarentur, quòd illis vis, & executio iuris differatur, & ſiſtatur, vt in ciuilibus, ij etiā dies, qui dātur Reis, & graui ære alieno obæratis à Principe cauſa cognita, & extrà ordinem, in dilationi-

Dilationes ſolutionum. bus ſolutionū (atterminationes, & reſpirationes vulgus vocat) & qui à die miſſionis in poſſeſſionem ex contumacia triginta dies dantur, vſq; ad proſcriptionem, vt ex Oratione pro Quintio. Qua ratio-

Solſtitium. ne Solſtitiū dicitur in aſtrologicis, quando Solis accurſus in Tropicis ſiſtitur, vbi

eſt ſummus Zodiaci flexus, ad vtrumque polũ ab Æquidio ex axiomate phyſico, idem corpus in circumflectendo curſu aliquantulum ſtet ſiſtatúe gradum. Atque vt Nefaſtorũ deſcriptio latiùs explicata ſpectetur, ſic diſtribuatur, vt quidam ſint Sacri, quidam Prophani. Sacros vocarunt Latini Feſtos & Religioſos. Suetonius in Tyberio: Nullus à pœna hominũ ceſſauit dies, ne religioſus quidem ac ſacer. Vbi Religioſus pro feſto, in bonam partem accipitur: vt in eodem Nefaſtus nouo more pro atro vſurpatur, de nuru Agrippina loquens: ſed & perſeuerantem, atque ita abſumptam, criminosè inſectatus eſt, cùm diem quoque natalem eius, inter nefaſtos referendum ſuaſiſſet. Hos bonos etiam dies vocant. Ouidius:

Diuiſio Nefaſtorum.

Religioſus pro feſto.

Nefaſtus pro atro.

Dies boni.

Proſpera lux oritur, linguis animiſq; fauete,
Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.
Lite vacent aures, inſanaq; protinus abſint
Iurgia, differ opus liuida turba tuum.

Ex Religioſis & Sacris Stati ſunt quidã, alij Repentini, quidam Conceptiui. Stati ita in Faſtis deſcripti ſunt, vt annuis

Nefaſtorũ diuiſio.

Stati.

anfractibus in eundem ſemper diem cadant, quamuis rem conturbat intercalãdi imperitia, vt ſunt plurimi ex Feſtis Deorum, & Ludorum digeſtis in mẽſes ſingulos ab Ouidio, quibus quia Iuſtitium erat Nefaſti vocantur. Cicero 2. Verrina: Nonæ ſunt hodiè Sextiles, horã nona cõuenire cœpiſtis, hũc diem iam ne numerant quidem, decem dies ſunt ante Ludos votiuos, quos Cn. Pompeius facturus eſt, hi ludi quindecim dies auferent: Deindè continuò Romani conſequentur, ita propè quadraginta dieb. interpoſitis, tùm denique ſe ad ea, quę à nobis dicta erunt reſponſuros eſſe arbitrabantur; deindè ducturos ſe dicendo & accuſando facilè ad Ludos Victoriæ. Cũ his plebeis eſſe coniunctos, ſecundũ quos, aut nulli, aut pauci dies ad agendum futuri ſunt. Hæc ille. Facit ad hanc rẽ caput ex Ciceronis Nomotheſia: *Ferijs iurgia amouento, eaſq́; in famulis operibus patratis habento.* Quod idem auctor ita interpretatur. Cùm eſt feriarũ feſtorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium & iurgiorum: In ſeruis operũm & laborum. Præter Sacros

cros ſunt alij dies quidam Stati,ſed etiam litibus exempti. Vlpian.lib.2.ff. tit.de ferijs:Pridiè Calēdarum Ianuarij Magiſtratus, nec ius dicere,ſed nec ſui poteſtatem facere cōſueuerunt.Vbi Accurſius quàm hiſtoriæ & temporū peritus fuerit, gloſſula ſatis coarguit: Dic(inquit)quod tēpore huius legis Chriſtus nō venerat in virginem, cùm Chriſtus ſub Auguſto natus ſit, Vlpianus ſub Alexandro Syro vixerit,interiectis viginti Cæſaribus, & annis ferè ducentis. Nefaſtos Statos Marcus Philoſophus Imperator cētum & triginta quinque fecit, reliquos ducentos & triginta reb. agundis, litibuſque decidundis conſtituit, auctor Capitolinus. Itaque veriſimile eſt,recognitos ab eo Faſtos,in quib. pauciores erant iudiciarij & legitimi dies:Nā & Auguſtus anteà,cùm animaduertiſſet, infinitas lites tam paucis Faſtis non poſſe expediri,ex Nefaſtorum numero aliquos detraxit. Tranquillus in eius vita: Ne quod antè maleficiū negotiumúe impunitate, vel mora elaberetur, triginta amplius dies, qui honorarijs ludis occupabantur,actui rerum ac-

Accurſius reprehenditur.

Vlpianus.

Stati ex Nefaſtis quot.

Auguſtus Faſtos recognouit.

commodauit. Scio ego Iurecōſultos obſeruaſſe certos caſus, quibus Magiſtratus operam darēt etiam Nefaſtis [21]. Sed quia ſumma hiſtoriæ capita tātùm decurrim⁹, non putauimus officio iniungendum, & labori noſtrò ſubſeciuo hoc imponendū, vt anxiè ius ipſum conquireremus. Conċepti Nefaſti ſunt feriæ, quę quotannis à Magiſtratibus vel Sacerdotib. concipiuntur in certos dies vel incertos, vt ſunt Latinæ, Sementinæ. Sic enim cōceptiuas ferias definit, Macrob. lib. 1. Saturna. Hi ergò quāuis annui eſſent, tamen certum locum in Faſtis non habebant: vt in noſtra Europa Chriſtiana, feſta ſunt mobilia, quę quamuis quotannis redeant, tamen incertum diem habent in perpetuis ſacris noſtris Diarijs, aut Ephemeridib⁹, vulgò Calendarijs, infami olim vocabulo nominibus fœneratitijs, ſed iā diluta macula Faſtorum noſtrorum religione quaſi conſecrato. Ad Conceptiuos iſtos dies referre lubet, Ferias meſſiū & vindemiarū, quæ vt annuæ ſunt, tamen certū initij ſui diem non habēt. Iulius Paul. li. 2. ff. tit. de ferijs: Præſides prouinciarum ex conſuetudine cuiuſ-

Concepti.

Feriæ Latinæ.

Calendaria.

Feriæ meſſiū & vindemiarum.

cuiuſq; loci ſolēt meſſis & vindemiarum cauſa tempus ſtatuere. Nā quod Theodo. Imperat. [12] meſſem includit die 8. Calendarū Iulij, vſq; ad Calēd. Auguſti, vindemiā aūt Septēbris 10. & Idib. Octobrib. videtur vim rerū attuliſſe naturæ, & eadē vbique eodem tempore ab ea exegiſſe, cùm aliæ regiones aliud ingeniū ſoli habeant, neque omnis fert omnia tellus, ſed

Hîc ſegetes, illîc veniunt fœlicius vuæ, *Vergilius.*
Arborei fœtus alibì, atque iniuſſa vireſcūt
Gramina.

Itaque vt quæque regio vel Soli vicinior eſt, vel ab eodem remotior, ita ſibi mandatorum, creditorūque, vel citiùs vel tardius, vſuras cū ſorte repræſentat. Repentini [13] ſunt, & Indictiui, qui etſi Faſti ſint, tamen repentina aliqua occaſione, ex corū numero auferūtur, eximūturque, vt inſignis aliqua Victoria, Ludi qui populo dātur inſperati, Triumphus, Ouatio, Supplicationes, Epula publica, Congiaria, Natalis filij, aut parentum Principis, (vt ſæpiſſimè in hiſtoria Trāquilli) Succeſſio [14] noui Imperatoris. Plinius libro decimo epiſtolarum ad Traianum: Diē, domine, *Repentini.*

quo ſeruaſti imperium, dũ ſuſcipis, quanta mereris lætitia celebrauimus, precati Deos, vt generi humano, cuius tutela, & ſecuritas ſaluti tuæ inniſa eſt, incolumem florentemque prę̃ſtarẽt: præijmus & Comilitonibus, iuſiurandum more ſolemni prę̃ſtãtibus, & Prouincialibus, qui eadem certarunt pietate, iurantibus. Totã aſſcripſimus, quòd præter rem noſtram, ſolemnem Iuriſiurandi exigẽdi à militibus morem, quo die ſuccedebat nouus Imperator, contineret: in quam ſententiam multæ in eodem libro ab eodem ad eundem extant, cùm quotannis repeterentur eiuſmodi vota. Erãt & aliæ multæ occaſiones eximendorum dierum, vt cùm ad Tribus & Centurias Populus euocaretur, qui dies Comitialis vocabatur, qui ſolidus Nefaſtus non erat, ſed Comitijs Curiatis interſciſſus: Quo die Pub. Clodius adoptatus eſt lege Curiata ad Populũ per Conſ. Cæſarem, eodem Cicero dixerat cauſam pro Caio Antonio collega ſuo, ſic enim ait ad Pontifices: Hora fortaſsè ſexta diei queſtus ſum in iudicio, cùm C. Antoniũ collegam meum defenderem, quędam de Repub.

Comitiales & Faſti.

Repub. quæ mihi viſa ſunt ad illius miſeri cauſam pertinere, hæc homines improbi ad quoſdam viros fortes longè aliter, atq; à me dicta erant, retulerunt: Hora nona illo ipſo die tu es adoptatus. Antequam enim in ſepta ſuffragijs ferēdis vacaturus populus iret, aut vbi à cāpo redijſſet, quid impediebat, quo minùs litibus opera aliqua daretur? Hunc diem ita circumloquitur Ouidius:

Eſt quoq; quo populū ius eſt includere ſeptis.

Plautus in Pœnulo de redemtis pretio Teſtibus:

Nam iſtorum nullus Nefaſtus eſt, Comitiales ſunt meri,
Ibi habitant, ibi eos conſpicies quàm Prætorem ſæpius.

Alluditur ad iſtam dierum hiſtoriam, ſed amphibologia eſt, in dictione Comitiales, nam vſurpatur pro Forenſibus, & qui quotidiè in foro ſunt exponētes vænalem operam, & fidē. Inde enim conducebantur. Idem in Trinummo: *Plautus explicatur.*

——— *Ego ſycophantam iam conduco De Foro.*

Et quaſi aduerſarentur inuicem oppoſuit

Comitiales Nefaſtis, tanquam Comitiales ijdem eſſent cum Faſtis. Auſpicia nonnunquã diem iudicio dictum diſcutiebãt. Tullius ad Pontifices: Denique ſi qua res illum diem, aut auſpicijs, aut excuſatione ſuſtulit, tota cauſa iudiciumq; ſublatum eſt. Quem locum capiendum puto, cùm agitur ad populum cauſa: Nam Clodius Pulcher Tribunus nõ poterat diem dicere Ciceroni, niſi ad populũ. Idem ibidem paulò antè de Auguribus: Negãt fas eſſe agi cũ populo, cùm de cœlo ſeruatum ſit: Facit & aliud legis caput. *Ioue tonante fulguranteúe Comitia ne ſunto.* Cladis item inſignis, luctuſq; publicus cauſam indicendi Iuſtitij attulit, cuius eſt apud Liuiũ li. 10. exemplum. Tacit. li. 2. Hos vulgi ſermones audita mors ita incendit, vt ante edictum Magiſtratuum, ante ſenatuſconſultum ſumpto Iuſtitio deſererentur fores, clauderẽtur domus &c. Ergò indicebatur edicto Iuſtitiũ, atque vt dicit ille ſumere Iuſtitium. Ita lib. 3. idem auctor dicit exuere Iuſtitium: Exuto (inquit) Iuſtitio reditũ ad mœnia, fortaſſis quod forenſes aliũ haberent habitũ. Aliquãdo ex priuata occa-

Auſpicia.

Cauſę indicẽdi Iuſtitij.

Sumere & exuere Iuſtitium.

ta occaſione dies aufferebatur, quod tangetur à nobis, cũ de dilationibus vadimoniorũ tractabimus. Porrò hos Neſaſtos etiã exẽptos, vocare poſſum⁹, quod eximãtur, & ſubtrahãtur reb. agẽdis, Græci exhęreſimos vocãt, ſed in alia ratiõe. Cicero in Verr. actione. 3. Coſuetudo Siculorũ eſt, cęterorũq; Gręcorũ, quòd ſuos dies, mẽſeſq; cõgruere volũt, cũ Solis Lunęque ratione, vt nõnunquã, ſi quid diſcrepet, eximãt vnũ, aut aliquẽ diẽ, aut ſummũ biduũ ex mẽſe, quos illi exhęreſimos vocãt. Si ergò aliquos eximimus dies, cur nõ exẽptiles, exẽptos, aut exhęreſimos vocabim⁹? Plin. li. 5. epiſt, ad finẽ. Dimittũtur Cẽtũuiri, eximitur dies. Eodẽ modò dicũtur, & exẽptę Actiones, vt Prætoriæ poſt annũ exactũ exẽptę ſunt à ſpatio tẽporis, aut cũ ex alia occaſiõe expirat Actio, ſublataq; eſt poteſtas lege agẽdi: quos etiã ſublatos dicere poſſumus: Nã & tollere diẽ, & auſferre, vt eximere dicimus. Cic. pro domo ſua: Si qua res illũ diẽ auſpicijs, aut excuſatione ſuſtulit, Idem actione 2. in Verrem: Hi Ludi quindecim dies aufferẽt: In foro nimirum, ne de ea re iudicetur in Senatu

Exempti dies.
Exhęreſimi.
Exemptæ actiones.
Dies ſublati.

Senatu, ne Senatuſconſultum fiat,aut res tranſigatur, vt apud Gelliũ[15] Cato diem dicendo exemit, ſcilicet Senatoribus eripuit,ne de relato cenſeretur decreto. Cicero 3.de legibus: Tunc enim tolli diem dicendo neceſſe eſt.Bona pars hyemis Iuſtitio exigebatur: Sed dies certos numero ac diſcrimine includere, aut aduertere difficile eſt, quod Saturnalibus attribuiſſem, niſi me reuocaſſet Tranquilli Locus in Auguſto: Plæriſque (inquit) iudicandi munus detrectantibus, vix conceſſit, vt ſingulis Decurijs per vices annua vacatio eſſet, & vt ſolitæ agi Nouẽbri & Decembri menſe res omitterentur. Hoc beneficiũ ſignificatur alio in loco à Claudio Cæſare datum,& à Sergio Galba ereptum. Idem in eius vita: Iudicibus ſextam adijci Curiam rogantibus, non modò nõ negauit, ſed etiam cõceſſum à Claudio beneficium, ne hyeme initioque anni ad iudicandum euocarẽtur,eripuit. quod an deſignetur his verbis viderint qui oculatiores ſunt.Sic habent verba eiuſdem auctoris in Claudio: Submota operariorũ ſeruorumque turba, rerum actum diuiſum

Diem eximere.

Iuſtitium hyemis.

in hyber-

in hybernos æſtiuoſque mẽſes coniunxit. Agnoſco hic phraſim auctori peculiarem vt actus rerum, actionem cauſarũ ſignificet, ſicut in Nerone: Cautum vt rerum actu ab ærario cauſæ ad forũ, & Recuperatores transferrentur. & in Auguſto: triginta dies rerũ actui accommodauit. Sed quid ſibi velit per diuiſionem, & coniunctionem non potui ex alio auctore conijcere. Non eſt trahendũ in exemplum, quod idem Claudius fecit, vt dieb⁹ etiam ſolemnibus & religioſis, contempto iure moribus recepto, ius laborioſiſſimè diceret. Vtinam illi Cæſares non grauius abuſi eſſent ſua poteſtate, neq; putaſſent alibi decere quod liceret. *Actu rerũ.*

Corollarivm
ad Caput octauum.

1. Cornicum oculis confixis) *Cicero in Oratione pro Luc. Flac. et pro Murena hoc vtitur prouerbio, vndé autẽ petita ſit metaphora docet Andreas Alciat. lib. 7. parerg. Iuris cap. 17. Hiſtoriam narrat Pomponius I.C. in l. 2. de orig. Iur. Valerius Maxi. lib. 2. cap. 1. Liuius lib. 9. Plinius li. 33. c. 1. meminit etiam idem Cicero ad Atticum, & de Oratore.* *Cornicum oculos configere.*
2. Interciſi) *De his ſic Varro lib. 5. Linguæ Latinæ: Interciſi*

Interciſi qui et vnde dicti.

Interciſi dies ſunt, per quos manè, & veſperi eſt nefas, medio tempore inter hoſtiam cæſam, & exta porrecta fas, à quo quòd fas intercedit interciſi dies, aut quòd tùm interciſum nefas. Macrobio autem dicuntur dies Deorum Hominumq́ communes, nam cùm hoſtia cæditur fari nefas, inter cæſa, & porrecta fari licet, rurſus cùm adoletur, non licet.

Faſti.

Nefaſtis diebus ſilebant oracula.

3. Prætor Iuriſdictionem nōn exercebat) *Terentius Varro lib. 5. de lingua Latina: Vocantur dies Nefaſti, per quos dies nefas fari Prætorem. Quin etiam olim nefaſtis diebus ſilebant oracula, quibus nec fas erat falſos Deos, aut potiùs dæmonia conſulere, vt ex apophtegmate illo Alexandri apparet: Is enim Delphos profectus, quum Sacerdos negaret ſe conſulturum Deū, quod dies eſſent nefaſti, quibus ne oraculis quidem loqui fas eſſet, vi pertracta ſecùm Sacerdote templum aſcendit, quumq́ue illa importunitate victa, diceret inuictus es ô fili: Satis, inquit, Alexander oraculi eſt, mulieris vocem reſponſi loco ducens. Sed Impoſtores illi tandem ſimulare deſierunt, quando adueniente Chriſto vnigenito Dei Filio veritati, & luci cædere coacti ſunt: ex hinc enim os illis impurum, & falſidicum potiùs, quàm fatidicum præcluſum eſt, & infantes, elingueſq́ facti, perpetuum coacti ſunt ſilere ſilentium, quod idem præſenſit Apollo Pithius, dùm Auguſto Cæſare (ſub quo natus eſt idem Chriſtus, & Saluator) conſultus, iam aduenientibus Faſtis Euangelicis, hæc verba veluti de plano, & leuato velo (quod aiunt) effutiuit, vt teſtis eſt Nicephorus.*

Me puer

Me puer Hebræus Diuos Deus ipſe gubernans
Cædere ſede iubet, triſtemq; redire ſub Orcũ
Aris ergò dehinc tacitus abſcedito noſtris.

Quibus adde quæ habet Euſebius de præparatione Euangelica, præſertim lib. 5.

4. Abdico) *Sic enim legendum contendit Socer cap. 3. lib. 3. noſtræ hiſtoriæ, non addico: quod hìc admonere operæprecium duxi, ne quis communi lectione inductus, impingat.*

5. Nefaſtum nonnunquá pro infami) *Horatius lib. 2. Carminum ode 13. de arbore quadam, cuius lapſu ferè oppreſſus fuerat:*

Ille & infaſto te poſuit die.

Liuius lib. 8. terram nefaſtam pro infauſta, & Plinius lib. 20. cap. 11. etiam nefaſtos frutices dixit.

6. Gellius cap. 17.) *Adde c. 9. lib. 4. Noct. Attic.*

7. Horum obſeruationem) *Heraclitus quidẽ Heſiodum repræhendit, qui dies alios bonos, alios cõſtituit malos, quaſi ignoret eiuſdem diei eandem eſſe naturam, vt teſtatur idem Plutarchus: nec ferendi ſunt qui illud vſurpant,* *Heſiodus reprahenditur.*

Ἀλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρα, ἄλλοτε μήτηρ.

8. Gellius) *Lib. 20. cap. 1. Noct. Att.*

9. And. Alciatus) *Lib. 1. capite. 29. parerg. Iur. Quæ quidem analogia Iuſtorum dierum adeò vera eſt, vt diebus feriatis ideò vitarentur nuptiæ virginum, in quibus vis iiſdem fieri videretur. Sed Verrium Flaccum Iuris Pontificij peritiſſimum dicere ſolitum refert Varro, quia ferijs tergere foſſas veteres, nouas facere ius non eſſet: ideò magis viduis, quàm virginibus idoneas eſſe ferias ad nubendum.* *Cur Ferijs viduas ducere, virgines non item liceat.*

10. Iſido-

10. Iſidorus, ſed quod vis ſiſtatur) *Lib. etymol. C. forus de verb. ſignifi. ext. Gellius tamen aut certè Cæcilius I.C. apud Gellium lib. 20. cap. 1. non ita abhorret ab etymo Iſidori quin Iuſtos,& Iuſtitium interpretetur, iuris inter eos quaſi interſtitionem.*

Interſtitium.

11. Operam darent etiam Nefaſtis) *Vide l. 2. & 3. de ferijs & dilat. l. miles §. ſexaginta ad l. Iul. de adult. ff. l. 5. & 11. de ferijs C.*

12. Theodoſius Imperator) *d.l.2.C.de ferijs.*

Indictiuæ feriæ.

13. Repentini) *Huiuſmodi Feriæ Imperatiuæ ſiue Indictiuæ dicuntur, quia eas Conſul, aut* Prætor *indicebat, vt teſtatur Macrob. Suet. in Claudio: obſeruauitq́ ſedulò, vt quoties terra in vrbe mouiſſet, ferias aduocata concione Prætor in vrbe indiceret. de quibus loquitur Vlpianus in l. 26. §. 5. ex quibus cauſis maiores ff. Si feriæ (inquit) extra ordinem ſint indictæ, ob res puta, proſperè geſtas, vel in honorem Principis, & propterea Magiſtratus ius non dixerit, C. Caſſius nominatim edicebat reſtituturũ ſe, quia per Prætorẽ videtur factum: Solemnium enim feriarum rationem haberi non debere, quia proſpicere eas potuerit, & debuerit Actor, ne in eas incidat. Imò non tantum Imperatiuas indicebat, ſed etiam Conceptiuas, ſed lubet adferre verba ſolemnia Prætoris, quibus more maiorum Compitalia concipere ſolebat, quæ à Gellio referuntur libro decimo capite 23.* Die noni Popul. Roman. Quiritibus Compitalia erunt, quando conceptæ fuerint nefas. *Quin etiam Sacrificulus rex religionis cauſa eaſdem indicebat, quod ex Var-*

Sacrificulus.

ex Varronis libro quinto de Lingua. Latina probari poteſt, quod etiam nunc in noſtra religione Chriſtiana ſeruatur, proclamante parocho ſingulis diebus Dominicis feriandi tempora totius hebdomadæ, vt præcipitur ex conſilio Lugduneſi, quod refert Gratianus de conſecrat. diſtinct. 3. Notanda certè ſemper mihi viſa eſt C. Caſsij apud Tacitũ li. 13. ſententia de moderatione Feſtorum: Si pro benignitate Diuis grates agerentur, ne totum quidem annum ſupplicationibus ſufficere, ideóque oportere diuidi Sacros et Negotioſos dies, quibus diuina colerentur, & humana non impedirent. Quomodo feſta temperanda.

14 Succeſsio noui Imperatoris) *Facit ad rem l. omnes. 2. & l. vlt. C. de ferijs. d. l. 26. §. 5. ex quibus cauſis maior.*

15. Apud Gellium Cato) *Cap. decimo, libro quarto Noctium Attic. Hûc pertinent rerum prolationes, & res prolatæ, omnes denique vacationes, & induciæ forenſes, quando halcedonia ſunt apud Forum, vt Plautus loquitur.* Rerum prolationes.

Ad faciliorem dierum Forenſiũ & Caſtrenſium rationẽ habenaam, de quibus ferè hoc hoc capite & ſequẽti tractaur, hãc ſequẽti pagella ob oculos tibi Lector tabellam proponimus.

DIERVM ALII

- Sacri, *Deorū cauſa iſtituti, Nefaſti omnes, quibus inſunt*
  - Sacrificia.
  - Epulę.
  - Ludi.
  - Ferię, aut
    - Publicę
      - Statiuę
        - *Agonalia.*
        - *Carmētalia*
        - *Lupercalia.*
        - } *Plures refert Varro l. 5 de lig. Lat.*
      - Cōceptiuæ
        - *Annales*
          - *Latinæ.*
          - *Paganalia*
          - *Semētinæ*
          - *Cōpitalia.*
        - *Nō ānales*
          - *Cum* } *noīe.*
          - *Sine* } *noīe.*
      - Imperatiuæ, *ob*
        - *Victoriam*
        - *Natalē diē filij*
        - *Succeſſionem*
        - } *Imperatoris.*
    - Priuatæ
      - Familiarum
        - *Claudiæ.*
        - *Iuliæ.*
        - *Æmiliæ.*
      - Singulorum
        - *Natalium.*
        - *Fulgurū ſuſceptiōes.*
        - *Funerum.*
        - *Expiationum.*
- Interciſi, *Deorum et Hominum communes, modò hi, modo illi dici poſſunt.*
- Negotioſi, *qui hominum cauſa cōſtituūtur*
  - Faſti
    - Comitiales, *quòd tūc populus eſſet conſtitutus ad ſuffragium ferendum, quibus etiā lege agi licet.*
    - Cōperendini, *quibus licet vadimonium dicere.*
    - Stati, *qui iudicij cauſa cū Peregrinis inſtituuntur.*
    - Nundinæ, *ex l. Hortenſia.*
  - Nefaſti
    - Dies pridie *Calend. Ian. & ſi qui ſunt ſimiles.*
    - Rerum prolationes
      - *Meſſium*
      - *Vindemiarū*
      - *Dilationum*
      - } *cauſa.*
    - Iuſti ciuiles, *qui cōſeſſu & condēnatis cōcedūtur.*
    - Nundinæ, *olim ante l. Hortenſiā, quæ nec videntur ſub ſacris contineri poſſe, cum Hominū potius, quā Deorum cauſa conſtitutæ ſint.*

Rurſum alij

- Præliares, *quibus fas eſt res repetere vel hoſtem laceſſere.*
- Nō præliares
  - Iuſti.
  - Atri, *poſtridie*
  - Inominales, *ante quartū*
    - } *Calendas.*
    - } *Nonas.*
    - } *Idus.*
  - Feriæ
    - *Latinarum.*
    - *Saturnaliorum.*
    - *Ditis & Proſerpinæ.*

Hos caſtrenſes dies ſeparatim poſuimus, non autem ſub Faſtis aut Nefaſtis, quia in ijs Forenſium dierũ nulla habetur ratio. Obſeruatio autẽ horũ habebatur in inferendo bello, nã in excipiendo omnes præliares erant. Sunt et aliæ adhùc conſiderationes dierum, quas apponere hûc non duximus neceſſe, præſertim quando loci huius et diei, præmamur anguſtia, quibus obedire oportet, non abuti.

ARGVMENTVM.

¶ De Faſtis & diuerſa dierum & horarum ratione, atque de horologijs quædam.

Caput. 9.

NON potuit dierum ratio vniuerſa in vnum caput conijci, ne enorme & immane videretur: Ideò excepit locus hic reliquias eorum, quæ ſuperioribus cognata ſunt. Habendũ ergò Faſtos eos eſſe, quos vulgus litigabiles vocat [r], qui ſunt ij, quicunque Nefaſti non ſunt, & ex aduerſo ij Nefaſti, quicũque Faſti non ſunt. Sũt enim aduerſa ameſa, id eſt, contraria immediata. Nam Interciſi non ſunt tam medij, quàm modò hi modò illi, & queãdmodum in Caſtris differebant Iuſti dies & Præliares, vt illi eſſent, quibus imperato exercitui vexillum rufi coloris in arce poſitum eſſet: hi autem quibus res repetere, & hoſtem laceſſere:

Faſti. *Dies Caſtrenſes.* *Præliares.* *Fori cum caſtris ſimilitudo.*

 Ita Fa-

Ita Faſti ſimiles ſunt Præliaribus, quibus contendere, & manum cōferere in Foro cum hoſte licet: Hoſtis enim non tantùm pro Perduellione, & eo, qui contra nos arma ferat, ſed pro Aduerſario in iure, vt olim pro Peregrino capi poteſt, vt habet multa Forum [2] cum Caſtris communia, vt petere, intendere, depellere, ſtatus, quę militaria ſunt: Sic etiam Iuſtis Caſtrenſibus ſimiles ſunt Nefaſti, quibus nondum laceſſere hoſtem, pendente adhuc vexillo, tanquam depactis inducijs, & quibus nondum vis hoſti adferatur. Faſtos ergò, *Iudiciarij.* Iudiciarios Latini vocant. Iulius Capitolinus in Marco Ælio Antonino Philoſopho: Iudiciariæ rei ſummam diligentiam adhibuit, Faſtis dies iudiciarios addidit, ita vt ducētos triginta dies annuos rebus agendis, litibuſque diſceptādis conſtitueret: *Critici.* Criticos fortaſſis nō malè appellaremus, imitati Medicos, qui ſtatos dies annotant, ex quibus euentum morbi conijciunt. Itaque vbi aduenerunt, tùm, tanquam cauſa cognita, de ſalute ægri pronuntiant, antè verò ſolent, quia nondum liqueat, ægrum ampliare, & comprendina-

dinationibus extrahere, quos ſi quis legi- *Legitimi dies.*
timos vocet, analogiam habet, & exem-
plum locuples, quo ſe tueatur: Dicitur *Legitimus Senatus.*
enim legitimus Senatus pro ordinario.
Tranquillus in Auguſto: Statuit, ne plus,
quàm bis, in menſe legitimus Senatus ha-
beretur. Calendis ſcilicet, & Idibus. Scio
tamē dies legitimos aliàs alios eſſe, vt do-
cebimus aliquando ex Aſconio. Status *Status dies.*
dies auctore Feſto iudicij gratia cōſtitu-
tus, dictus ab eo, qui vadatur. Receptus à *Receptus.*
promittente vadimonium, id eſt, promiſ-
ſus vt conſtituta pecunia, hoc eſt, promiſ-
ſa, & receptitia actio in iure dicitur: Idem
& Proditus dicitur à Cicerōe pro domo *Proditus.*
ſua: Prodita die, qua iudiciū futurum eſt.
Dictus dies, Terentius: *Dictus.*

Placuit, deſpondi, hic nuptijs dictus eſt dies.

Diem Iuris dicere, Plautus in Menęhmis:

——— *Iuris vbi dicitur dies, ſimul*
Patronis dicitur.

Seneca in Hercule furente ſcribere pro
præſtituere diem dixit:

Certo veniunt ordine Parcæ,
Nulli iuſſo ceſſare licet,
Nulli ſcriptum proferre diem.

Status autem à ſiſtendo vocatus,quòd eo die ſiſtatur vadimoniũ. Plaut. in Curcul.

Si ſtatus condictus cũ hoſte intercedit dies,
Tamen eſt eundum quo imperãt ingratijs.

Cicero primo Officiorum:*Si ſtatus dies ſit cũ hoſte,venito*.Quod caput legis Decemuiralis lubens traducerem ad forum,vt ad diẽ promiſſum ſiſtendũ ſit vadimonium aduerſario, niſi Tullij me interpretatio reuocaret: Interpretatur enim hoſtẽ peregrinum, vt in altero Aphoriſmo:*Aduerſus hoſtẽ æterna auctoritas eſto*.Quod ſignificat vſucapionẽ iuris eſſe Romani,neque huius beneficium Peregrinis cõcedi. Auctoritas ita veteri iure vſurpabatur pro iure quodam vendicandi,vt in lege Atinia apud Gellium,*Eius quod ſurreptum erit, æterna auctoritas eſto*. Id eſt, rei furtiuæ nulla eſt vſucapio, remq́; vendicanti nulla præſcribi longi temporis exceptio poteſt. Formula interrogandi: *Quando te in iure conſpicio, poſtulo an te auctorem facias*. Auctoritas pro iure agendi,conueniendi, & excipiendi capitur. Non poſſum enim adduci, vt credã in priore capite,ęternam auctoritatẽ, perpetuã eſſe actionẽ: Nam vt ciui-

Ciceronis locus.

Auctoritas.

vt ciuiles actiones æternæ ſint, tamen peregrinum hoſtem eſſe forenſem, quomodo probabitur, niſi ex eo capite, *Si ſtatus dies ſit, cum hoſte venito*: de quo tamen ego ambigo, cùm hoc idem nuſquàm alibi legerim, neque vlla ratio transferendi probabilis in Forum vocabuli, vt in hoſte. Memini & apud Aſconium Pædianum legere ſummum diem nõ eum, quo cauſa dicitur (poteſt enim pluribus diebus dici) ſed eum demum, quo cauſa perorãda eſt, & de ea per Iudices in conſilium miſſos, datis tabellis, permiſſoq; calculo, definitiuè pronunciandũ, vt ſit ſummus, id eſt, vltimus, ſicut apud Horatium, *Summus dies.*

Prima Dicte mihi ſumma dicende Camœna.

Perendinus dies, in quem ad triduum dilata, & reiecta cognitio cauſę eſt. Probus in ſingularijs literis, vndè notæ illæ D. T. S. P. id eſt, diem tertium ſeu perendinum, vndè cauſa perendinata. Cicero pro Murena, iam illud quidem mihi mirũ videri ſolet, tot homines, tam ingenioſos, per tot annos, etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, vtrũ diẽ tertiũ an perendinũ, Iudicẽ, an Arbitrũ, rẽ, an litẽ dici oporteret. *Perendinus.*

Viſum eſt, & hoc nobis digniſſimum nota, ex diebus Romanis, quoſdã fuiſſe Ciuiles [5] viginti quatuor horarũ, qui à media nocte in alteram mediam noctem, intermedia luce, extẽderẽtur: Auctor Gellius poſt Marcum Varronem. Quam rationem imitamur noſtris tẽporibus, cùm horologia, ſigno ex pulſu nolæ dato media nocte primam, & reliquas per ſeriem iuſtorum interuallorum repręſentant auribus, quaſi tùm in diẽ ingreſſus ſit: Nam Veteres horis noctes non deſignabãt, ſed vigilijs: Lucem verò, id eſt, diem artificialem, ſpatiumque illud quo Sol ſupra hemiſphærium elatus ab ortu; in occaſum terras illuſtrat, horis duodecim diuidebãt ex Solario non ęquinoctialibus [6] & iuſtis ſed imparibus, vt in quas duodenas minimus iuxta ac maximus dies diſtribueretur. Solarium vocabãt & Sciothericum, quaſi vmbratile horologium, cuius vſum ſatis ſerò receperunt Romani, bello ſcilicet Punico ſecundo. Hînc illi feſtiuitate mira Plautiniſſimi verſus in Bœotia comœdia.

Dies ciuilis.

Solarium.

Vt illum dij pdãt, primus qui horas repperit,

Quiq;

Quiq́ adeò primus ſtatuit hîc ſolarium,
Qui mihi cõminuit miſero articulatim diẽ,
Nam me puero venter erat ſolarium,
Multò omniũ iſtorũ optimũ & veriſſimũ,
Vbi iſte monebat eſſe, niſi cùm nihil erat,
Nunc etiam quod eſt, non eſt, niſi ſoli lubet.
Itaque adeò iã oppletum'ſt oppidũ ſolarijs,
Maior pars populi aridi reptant fame.

Verba ſunt paraſiti eſuriẽtis, execrantiſq; ſolaria recens ſtatuta, cùm antè venter horas certius latraret. Erat autẽ in foro publicum ſolarium[7]. Cicero pro Quintio: Non ad ſolariũ, non incãpo, non in cõuiuijs. Indicat Quintium more bonorum patrũfamilias, domi ſe cõtinuiſſe, & rem feciſſe, non diſcurſaſſe per Forum, et Comitia, vt alij quidam Nepotes ſolent, domi quidem otioſi, & diſſoluti, foris circa aliena accinctiſſimi & negotioſiſſimi. Seriùs verò receperunt horologia noſtratibus ſimilia, quę expreſſis, & ſolidis ſphęris, orbibuſque automatis, & ponderum iuſta grauitate ſeſe mouẽtibus, ad numerum circundarent indicem diametrum, per orbem planum, in viginti quatuor interualla diſtinctum, qui repręſentaret no- *Horologia ſolida.*

bis circulũ illũ Æquinoctialẽ: & vbi attingeret interualla illa index, tũ horę indicatæ numerus nolę impulſu ſignificaretur. Quanquã & tẽpore Ciceronis ſphęras automatꝰs habuerunt, quibus expreſſa erat orbiũ cœleſtiũ deſcriptio, & etiã Planetarũ, ſimilemq; ex argento ſolidam Poſſidoniũ habuiſſe cõmemorat Cicero ſecũdo de natura Deor. quarũ artificiũ doctiſſimè proſequitur Angelus Politianus[8] in quadã epiſtola: Habuerunt & illo ſæculo nolas, ſed nõ in aliũ vſum, quàm vt ianuis depẽderent. Trãquillus in Auguſto: Cùm dedicatã in Capitolio ædem Tonãti Ioui frequentaret, ſomniauit queri Capitolinum Iouem, cultores ſibi abduci, ſeq; reſpondiſſe, Tonãtem pro Ianitore ſibi appoſitũ: Ideoq; mòx tintinabulis faſtigium ædis redimiuit, quòd ea ferè ianuis depẽdebant. Idẽ Tranquillus in libello de claris Rhetoribus: Lucius Octacilius Pilitus ſeruiſſe dicitur, atque etiã Oſtiarius vetere more[9] in cathena fuiſſe. Ex quibꝰ duobus locis diſcimus, quomodo ianuæ antiquorum cuſtoditę fuerint. Cęterùm cùm vtrũque haberẽt, ex quo cõpararẽt horologium

Poßidonij ſphæra.

L. Octacilius Pilitus.

logiũ noſtro ſimile, nuſquã legi ea cõiunxiſſe, & in vſum horologiorũ tintinabula, & ſphęras automatas cõuertiſſe: Nã quod apud Val. li. 1. legitur, coruũ mortis Ciceronis pręnunciũ horologij ferrũ loco excuſſiſſe, ad ſolarij ꝑtinere poteſt gnomonẽ. Agnoſcimus hic breuẽ excurſum aliquem à ꝓpoſito, ſed quia nõ omninò indoctus eſt, neq; alien⁹ ab ijs, quæ proximè cõmẽtabimur, nõ ingratũ, aut ſegnẽ fore ſperamus, vt repetatur mẽtio de die ciuili, & concludatur. Ita Varroni ſubſcribit Paulus Iuriſcõſultus: More Romano (inquit) dies à media nocte incipit, & ſequẽtis noctis media parte finitur, ità ꝙ in his viginti quatuor horis .i. duab⁹ dimidiatis noctibus, & luce media actũ, perindè eſt quaſi quauis hora lucis actũ eſt. Hæc ille. Quod & ꝑta veteris ritus ſignificatiõe, voluiſſe Vergil. Gellius [10] putat his verſib. *Dies Roman. quãdo incipit.*

—— Torquet medios nox humida curſus,
Et me ſæuus equis Oriẽs afflauit anhelis.

Dies Continui & vtiles, qui ſunt, & quomodo capiẽdi, docet elegãter Vlpia. in l. 1. ff. de diuer. tẽporal. præſcrip. vt ij dies cædãt pro vtilib. quibus actor experiẽdi pote- *Dies Continui & vtiles.*

poteſtatem habet, aut Reus ſui copiam conueniendi facit, vel Prætor ius reddit. *Dies Legales, Conuentionales, Eccleſiaſtici.* Sunt & dies Legales [11], Emergẽtes, Conuentionales & Eccleſiaſtici, qui variè oriuntur, & occidunt in vigilijs, è profeſtis & pridianis feſtorum ieiunijs.

Corollarium
ad Caput nonum.

Dies Seſſionum. 1. Quos vulgus litigabiles vocat) *Hi Seſsionum dies vocantur, l. 2. §. dies. quis ord. in bon. poſſ. ſerv. uet. ff. Iiq; ſubdiuidi poſſunt in Cognitionum, & Poſtulationum dies.*

Inducia, fori pax. 2. Vt habet multa cum Caſtris) *Hac analogia Caſtrorum ad Forum, quid prohibet Nefaſtos, & Ferias definire pacem forenſem paucorum dierum, vti M. Varro in libro humanarum, qui eſt de bello, & pace, diuerſa analogia inducias belli ferias definit: Gellij autem reprehenſionem nihil moror. Sic Præliares, & Iuſtos forenſes, vt caſtrenſes Faſtos, & Nefaſtos dicere poſſumus.* *Præliares forenſes. Faſti caſtrenſes.*

Lex Atinia. 3. Atinia apud Gellium) *Lib. 17. cap. 7. Noct. Att. & lib. 14. cap. vlt. Perperàm autem legitur Attilia, Inſtit. de vſucap. §. furtiuæ. Huius l. fit mẽtio in l. 4. §. 4. de vſucap. l. 215. de verb. ſignifi. & apud Ciceronem Actione 3. in Verrem.*

4. Summus id eſt vltimus) *Sic apud Martialem:*

Summum nec metuas diem, nec optes.

5. Quoſdam fuiſſe ciuiles) *Notãdum hic videtur, quod*

quod quando diem in Naturalem, & Ciuilem diuidunt, diuerſè vtrũque accipi, nam qui olim antiquis Naturalis dicebatur, idem ab omnibus ferè nunc Ciuilis nuncupatur, et contrà, Naturalis enim Cenſorino dicitur à Solis ortu vſque ad occaſum, hic nũc Vulgaris, Artificialiſq; à nonnullis nominatur. Ciuilis verò eidem dicitur tempus, quod ſit cœli vna circumductione, quomodo hîc ab Auctore capitur. Cuius quidẽ Ciuilis diei ſicut anni Solaris, nõ natura, ſed poſitione principia ſumuntur.

Dies naturalis, ciuilis.

Anni & diei ciuilis varia initia.

Anni quidem vertentis initium capiunt alij à
- *Solſtitijs*
  - Hyberno
  - Æſtiuo
  - *vt* *Romani. Athenienſes.*
- *Æquinoctijs*
  - Autũnali
  - Verno.
  - *vt* *Aſiani. Arabes, Damaſceni.*

Sic diem incipiunt alij ab
- Ortu, *vt Babylonij.*
- Meridie, *vt Vmbri, Hetruſci.*
- Occaſu, *vt Athenienſes, Iudæi.*
- Media nocte, *vt Romani, Ægyptij, Hyparchi.*

Continet autem hic dies
- Lucem, *cuius partes ſunt*
  - *Mane.*
  - *Meridies.*
  - *Occiduum ſiue ſerum tempus.*
  - *Solis occaſus ſiue ſuprema tempeſtas.*
- Diluculum.
- Crepuſculum.
- Tenebras, ſeu noctem, *cuius partes ſunt*
  - *Veſper.*
  - *Prima fax.*
  - *Concubium.*
  - *Nox intempeſta.*
  - *Media nox.*
  - *Mediæ noctis inclinatio.*
  - *Gallicinium.*
  - *Conticinium.*

Noctes autem in caſtris quatuor vigilijs diuiduntur, quæ ſingulis ternis horis fiebant.

Qui

Qui plura volet dierũ diſcrimina et quomodo à variys variè obſeruentur, videat Gellium lib. 3. cap. 2. Noct. Att: Macrobium lib. 1. ca. 3. Andream Tiraquel. de vtroque retractu §. 1. gloſ. 11. De errore, correctione anni, & menſium Romanorũ Ioannis Geneſij Sepuluedæ Commentationem. Budæum in poſterioribus annotat. in Pandectas.

Horarum diuiſio. *καιρικαί.*

6. Ex ſolario non æquinoctialibus) *Ex hoc loco notanda ſunt quædam non vulgaria de horis, videlicet duo eſſe genera horarũ, vnũ Temporaliũ, quas Græci καιρικὰς vocãt, quæ ex Solis progreſſu, vel regreſſu ſupra noſtrum hemiſphærium incrementum, vel decrementum capiunt, nam Brumæ tempore diurnæ breuiſſimæ, nocturnæ longiſſimæ ſunt. Solſtitio autem æſtiuo contrà, noctis horæ breuiſsimæ, naturalis diei longiſſimæ ſunt. Hînc eſt quod apud Vergilium Iunius & Iulius, quibus horæ, & dies ſunt longiſsimi tardi menſes vocantur:*

Vergilius.

An ne nouum tardis ſydus te menſibus addas.

Palladius.

Harum horarum temporalium meminit Palladius, quæ ex vmbrarũ auctione, & decretione ſic depræhendi poterunt, ſi in aprica planicie area quadrata deſcribatur, quæ ab vno quoque latere, vnam ſpectet mundi plagam, in cuius quadrati medio erigatur ſtylus gnomicus, noſtrum Meridianum referẽs, cuius indicio vmbrarum, horæ tẽporales colligi poſſunt: Nam quæ breuiſsima eſt, meridiẽ cuiuſlibet, longiſsima primam & vltimã naturalis diei horam denotat. Porrò eadẽ eſt proportio vmbræ decreſcentis atque accreſcentis: Prima enim poſt meridiem, quæ ſeptima eſt naturalis diei, quĩtæ ante meridiẽ, octaua quartæ, nona tertiæ, decima ſecundæ, vndecima pri-

Vmbrarum proportio.

cima primæ vmbræ quantitate reſpondet. Sic Ianuarius Decembri, Februarius Nouēbri, Martius cum Octobri, Aprilis Septembri, Maius Auguſto, Iunius denique cum Iulio conuenit. Plinius lib. 36. cap. 10. Naturalis Hiſtoriæ mirabilem huiuſmodi vmbratilis horologij compoſitionē deſcribit, ab Auguſto fabrefactam in campo Martio, ad deprehendendas Solis vmbras, dierum & noctium magnitudines, cuius gnomon Obeliſcus erat (Nam Angeli Decembrij non me mouet ſententia, qui lib. 5. c. 55. ſuæ Politiæ literariæ Obeliſcum non in Horoſcopi vſum, ſed tumili aut buſti erectū putat, cùm Plinij Sacroſancta ſit auctoritas) Verùm illud mirabilius, quod ait Sciotherici huius obſeruationem ſuo tēpore à triginta annis euanuiſſe, ſiue Solis (inquit) ipſius diſſono curſu, & cœli aliqua ratione mutato, ſiue vniuerſa tellure aliquid à centro ſuo dimota, vt deprehendi & in alijs locis accipio, ſiue vrbis tremoribus ibi tantum gnomone intorto, ſiue inundationibus Tyberis ſedimento molis facto, quanquam ad impoſitæ rei altitudinem in terram quoque dicantur iacta fundamenta. Quod eò magis aſſcripſi, quia audiam Hercinij turris faſtigium, quod ſecundo ab hac vrbe lapide ſitum eſt, nunc planè conſpicuum, quod antè hominum recenti memoria nullo modo conſpici poterat, propter montium interiacentium cacumina. Quod aliquando cùm andirem in magnam me rapuit admirationem, vt cauſam inueſtigandam putarem: Tandem comperi hoc accidere propter veluti decuſſata montium ſupercilia, ex frequenti lapidum ablatione, quæ viſum impediebant. Porrò vmbrarum hanc rationē, quam vocant

Sciothericum Auguſti Ceſaris.

Hercinium.

Anaximenes Mileſius. cāt gnomicen, inuenit Anaximenes Mileſius Anaximandri diſcipulus, primuſq́ horologium, quod appellant Sciothericon, Lacedæmonæ oſtēdit, vt idem teſtatur Plinius lib. 2. cap. 6. Alterum genus eſt Æquinoctialium horarum quas ἰσημερινὰς Græci dicunt, quibus nunc paſſim vtuntur in automatis & alijs Sciothericis noſtris horologijs, quando diem Ciuilem quēlibet in viginti quatuor æquales partes diuidimus, nulla ratiōe habita diei Artificialis ſiue Naturalis. Iis aūt qui ſub Æquatore habitāt eædē ſunt ἰσημεριναὶ καὶ καιρικαὶ, quod alijs bis tantū accidit in anno, in Æquinoctijs quando dies æquatur nocti. Vide quædam apud Alciatum lib. 10. parerg. cap. 3. & l. 2. §. qui Romæ. de verbor. ſignificat. qui etiam quædam habet de die naturali & ciuili.

Horæ æquinoctiales. ἰσημερι-ναί.

7. In Foro publicū Solarium) Varro lib. 5. de ling. Lat. meridies ab eo quod medius dies. D. antiqui non R. in hoc loco dicebāt, vt Præneſte inciſum in Solario vidi, quod Cornelius in Baſilica Æmilia et Fuluia inumbrauit. Cicero lib. 2. de natu. Deorum: aut quùm ſolariū, vel deſcriptum, aut ex aqua contemplere, intelligere declarari horas arte, non caſu. Quæ à nobis hīc allata ſunt, vt cōfirmemus locum Ciceronis pro Quintio à Socero in textu allatum, de certo quodā loco fori intelligi, vbi erat Sciothericū, vel Deſcriptum, nam cum Solarium plura habeat ſignificata, ſunt quidam qui de Mænianis interpretentur.

Solarium. Deſcriptum.

8. Angelus Politianus) lib. 4. epiſtolarum 70. epiſt. Automaton aūt cuius meminit Paul. in l. cætera de leg. 1. explicat Andreas Alcia. li. 1. c. 20. Parer. iur.

Automaton.

9. Vetere

9. Vetere more in cathena) *Seneca libro* 3. *de ira: Iraſceris ergò cathenario cani, quē paulò antè oſtiarium vocauerat. Idem Ouidius Amorum.* 1.

Ianitor indignè dura religate cathena.

Huiuſmodi autem ſerui Atrienſes, aut ad limina dicebantur, vt notat Turneb. quorum mentio fit in l. 203. *de verb. ſignific. l.*15. §.1. *de vſufruct. l.* 8. *de inſtru. leg.* ff. Serui Atrienſes.

10. Gellius putat his verſibus) *d. c.*2. *lib.* 3. *Noct. Att. Refert etiam Macrob. lib.* 1. *c.*3. *Saturn. Sūt autem hi verſus ex* 5. *Æneid. Vergil.*

11. Dies Legales, Emergētes) *de quibus vide Paul. de caſtro, & Iaſ. d. l. more. de ferijs. nec nō eundem Tiraquel. ſupra dicto loco.*

ARGVMENTVM.

¶ De deductione, & reductione, ac exordijs Oratorum, & tempore agendi.

Caput 10.

AFFINIA ſuperioribus ſunt, quę de horis, & dicēdi temporibus traduntur, quæque ſeſe vltrò obtruſerunt adducta ab ipſa rerum ſerie. Quare Faſto die aliquo inter partes litigaturas conſtituto, quo experturæ in foro eſſent, ſi non occaſione aliqua rerū actu eximeretur, dicturi Patroni à Litigantibus, Aduocatis, Cognitoribus, Subſcriptoribus, reliquorumque magno comitatus faſtu, do-

mo in Forum deducebãtur, actaque cauſa reducebantur. Fabius li. 12. de Rabulis loquens: Cùm multa (inquit) diſertè & ſummis clamoribus, quæ neque ad Iudicem, neque ad Litigantem pertineãt, decantauerint, benè ſudantes, beneq; comitati per Forum reducuntur. Suſpicor ego magnum, frequentẽque fuiſſe comitum numerum, eò quòd ſi ciuis primarius eſſet, nunquam foras progrederetur, etiam priuatus, niſi ſtipatus magna Clientũ caterua, quorum Anteambulones pręcederent, Comites ſequerentur, quẽ morem hodiè retinent Principes, vt medij inter comites incedant. Vergil. 1. Æneid.

Orator deducebatur in forum.

Comitatus deducentium.

Talis erat Dido, talem ſe læta ferebat
Per medios.

Anteambulones.

Qui ex ſtipantibus præcederent, Anteambulones vocabantur. Tranquill in Veſpaſiano: Sumpta virili toga Latum clauum, quanquàm fratre adepto, diu auerſatus eſt, nec, vt tandèm appeteret, cõpelli, niſi à matre potuit: ea demùm extudit magis conuitio, quàm precibus & auctoritate, dũ eũ identidẽ per cõtumeliã Anteambulonẽ fratris appellat. Mart. lib. 11.

Iam

Iam parce laſſo Roma Gratulatori,
Laſſo Clienti, quamdiu Salutator,
Anteambulones, & Togatulos inter,
Centum merebor plumbeos die toto.

Qui ſequerentur Pediſſequi, & Comites. Plautus in Milite: *Pediſſequi & Comites.*

PAL. *Sequere hàc me ergò.* PYR. *Pediſſequos tibi ſum.*

Oportuit autẽ eſſe togatos huiuſmodi Cliẽtes, q ſportulas acciperẽt ſinguli quadrãtes plũbeos, hoc eſt, x. aſſes Turonẽſes: nõ enĩ grex ille Togatorũ ex ſeruis domeſticis (vt hodiè fit) ſed ex ijs, q ius togę haberẽt, cogebatur. Suet. in Auguſt. Reges, amici, atq; ſocij relictis regnis, nõ Romæ modò, ſed prouincias peragrãti, quotidiana officia togati, & ſine regio inſigni more Clientum, præſtiterunt. Plinius ad Minutium Fundanum libro 1. epiſt. Nam ſi quem interroges, hodiè quid egiſti? reſpondeat, officio togæ virilis interfui, ille me, in aduocationem, ille me in cõſilium rogauit. Habes ex Martial. carmine quinque eorũ qui hoc officio defungebantur nomina Gratulatores, Cliẽtes, Salutatores, Anteãbulones & Togatulos. Iuue. 7. *Togati Clientes.* *Sportula.* *Comitũ quinque genera.*

Reſpicit hoc primũ qui litigat, an tibi ſerui
Octo, decẽ Comites poſt te, an ſit ſella, Togati,
Ante pedes.

Si ergò Comitum Anteambulonumque comitatui accedat numerus Aduocatorum, ab eo qui litigat cõparatus, frequentiam fuiſſe maximã veroſimillimum eſt. Cicero li. 1. ad Atticum: Cùm ad Forum ſtipati gregibus amicorum deſcendimus. Liuius in cauſa Virginię: Virginius poſtero die, ſecum obſoleta veſte comitãtibus aliquot matronis, cum ingẽti aduocatione in forum filiam adducit. Cic. pro Flacco conqueritur Teſtes ſimul cum Patrono, Reo, & Aduocatis ex eadem domo prodijſſe in forum, his verbis: Hoc verò quid eſt? Vnà ſedẽt, ex Accuſatorum ſubſellijs ſurgunt, non diſſimulant, non verentur: De ſubſellijs queror, vna ex domo prodeunt. Tacitus in dialogo de Oratoribus, vbi inter laudes, & fructus Oratoriæ hæc recenſentur: Iam verò qui Togatorum comitatus, & egreſſus, quę in publico ſpecies, quæ in iudicijs veneratio? Ibidem cùm comparat Poeticam cum Oratoria: Quis Saleium noſtrũ egregium Poetam

Poetam (vel ſi hoc honorificentius eſt) præclariſsimum Vatem deducit, aut ſalutat, aut perſequitur? Ibidem: Nec comitatus iſtos, & egreſſus, aut frequentiam ſalutationũ concupiſco. Qui acturi erant, cum dies iudicij aduenifſet, nunquam ità paratos ſeſe ſenſerunt, quin diem illũ eximi, & ſibi auferri lubentiſſimè paterẽtur. Notũ eſt de ſeruo à Cicerone manumiſſo, quòd domino nunciaſſet Actionem in alium diem dilatam. Plinius ad Rufum li. 5. ad calcem: Eximitur dies me gaudente, qui nunquam ità paratus ſum, vt non mora læter. Idem lib. 6. ad Arrianum de quodam Cauſidico, quẽ nimis anxia cura coquebat acturum: Soleo (inquit) nonnunquam in iudicijs quærere Marcũ Regulum, nolo enim dicere deſiderare: Cur ergò quæro? habebat ſtudijs honorem, timebat, pallebat, ſcribebat, quamuis non poſſet dediſcere illud ipſum, quod oculũ modò dextrum, modò ſiniſtrum circũlinebat: Dextrum, ſi à petitore, alterum ſi à poſſeſſore eſſet acturus, quod candidum ſplenium in hoc, aut illud ſuperciliũ trãſferebat, quod ſemper Aruſpices conſule-

Acturorũ metus.

Exordia modeſta. bat de Actionis euẽtu, animi ſuperſtitione, ſed tamen, & à magno ſtudiorum honore veniebat. Hactenus ille. Hinc exordia modeſta ſunt, & quaſi cũ horrore, ex Iudicum, & Coronæ reuerentia coniuncta, vbi ex præſcripto Rhetorum acturus fateri debet aliquo ſigno externo ſollicitudinem: mirè enim auditurum cura delectat. Hoc præcipit Homerus Vyſſis exemplo, quem ſtetiſſe oculis in terram defixis, immotoque ſceptro, priuſquam illam eloquentiæ procellã effunderet. Dicit hæc Fabius li. 11. vbi paulò antè, quomodo cauſa citaretur dixerat, non enim eodem modo quæuis cauſa appellatur. Eius hæc verba ſunt: Cùm Iudex in priuatis aut Præco publicis dicere de cauſa iuſſerit, leuiter conſurgendũ. *Præco.* Noſtro tamen ſæculo, non à Præcone, aut Iudice, ſed ab Actuario, qui commentario actorũ præeſt ad pedes Iudicum, cauſæ citantur primùm, deindè à Præcone Prætorio, quem Oſtiarium vulgus appellat, excepta citatio repetitur. Martialis lib. 4. circũloquitur Præconem forenſem.

Qui nec Leno potes, nec Comeſſator haberi,

Nec

Nec pauidos triſti voce citare Reos.

Hînc colligitur vile officium fuiſſe. Orator ergò nũquam niſi iuſſus dicebat. Vergilius 1. Æneid. *Venia dicendi petenda.*

Poſtquã itrogreſſi, & corã data copia fandi,
Maximus Ilioneus placido ſic pectore cœpit.

Idem Quintilianus in eodẽ cap. Et cùm ad Iudicem nos conuerterimus, cõſultuſque permiſerit dicere, non protinùs eſt erumpendum, ſed danda eſt cogitationi mora. Itaque in Senatu non dicebant ſententiã, niſi rogati à Cõſule, qui retuliſſet, quod ſi quid interfari vellẽt, id tũ faciebãt, ſi poteſtas interloquendi à Cõſule facta eſſet. Iuli. Capitolinus in Maximino: Vectius Salinus ex familia Vlpiorũ rogato Conſule, vt ſibi dicere atq; interfari liceret, ſic orſus eſt. Porrò Fabulinus Deus inuocabatur ab incipientibus fari, cuius Nonius meminit, de doctorum indagine, in dictione ſtatilinum. Conueniebant autem in Forum Prætor, Iudices, Litigantes, Aduocati, & quorum erat Actioni intereſſe hora tertia à Solis ortu, niſi ex aliqua graui cauſa extra ordinem res cognoſceretur. Martialis:

Sententiã non dicebant niſi rogati.

Fabulinus Deus.

Hora cauſidicorum.

Prima ſalutãtes, atque altera detinet hora,
Exercet raucos tertia Cauſidicos.

A meridie autem hora nona, tertia ſcilicet poſt paſtum, vt manè poſt Solis exortum. Cicero act. 2. in Verrem, Nonæ hodiè ſunt Sextiles, hora nona cõuenire cœpiſtis. Tamen apud Plutarchum in Catone Vticẽſi legitur vt paradoxon, Marcum Catonem poſt prãdium & vinum cauſas cognouiſſe, quaſi id extra ordinem foret. Martialis lib. 8. ſignificat operam datam à tertia ad ſextam litibus:

Horas quinq; puer nondũ tibi nũciat, et tũ
Iam conuiua mihi Cæciliane venis:
Cũ modo diſtulerĩt raucæ vadimonia chartæ

Vbi ſignificatur dimitti Forẽſes ante horam prandij, & vocatum ad prãdium Cæcilianum veniſſe ante horam, & dùm adhûc litigaretur in foro. De hora prãdij dicemus in lib. de veterum mẽſa, quem aliquando perfectum euulgabimus.

Liber auctoris de veterum menſa.

Corollarivm ad Caput decimum.

Togati.

1. Oportuit autem eſſe togatos) *Vnde Martialis:*
Manẽ vel à media nocte togatus ero.

2. Non

2. Non dicebant ſententiam niſi rogati) *De ordine rogandarũ ſententiarum in Senatu tractat Gellius lib.4.cap. 10. Noct. Att. Sueton. quidèm auctor eſt, Auguſtum ſententias de maiore negotio non more, neque ordine prærogaſſe, vt perindè quiſque animum intenderet, ac ſic cenſendum magis, quàm aſſentiendum eſſet.* *Ordo rogãdarum ſententiarum.*

ARGVMENTVM.

¶ De Clepſydris & earum vſu probato vel improbato, Monitoribus, Phonaſcis, & horarum lege, partitione temporum, & quod nox Actionem dirimebat.

Caput II.

SED cùm tempora dicendi per Clepſydrarum numerum expedirentur, *Clepſydra.* operæpreciũ videtur de hiſtoria Clepſydrarũ quædam adferre. Clepſydra igitur, quam & Hydrologiũ vocant, inuenta eſt primùm à Cteſibio quodam Alexandrino, *Cteſibius.* vt teſtis eſt Vitruuius lib.9. eiuſque vſus primùm illatus in vrbē à P. Scipione Naſica, anno vrbis cōditæ quingētesimo nonageſimo quinto. *Clepſydræ vſus quando apud Romanos illatus & à quo.* Eſt autem horologium aquaticum, id eſt, vrna aut phiala, *Clepſydra quid.* vndè furtim per ſtillas aqua effluens, vbi reliquiſſet inanem phialam, tempus exactum deſignabat, quæ in alterũ ſpatium

rurſus replebatur per miniſtrum, cui hoc officij iniunctum erat, qui quaſi aquæ infuſor Græcis dicebatur ὑφύδωρ. Vſurparunt enim illi & hanc clepſydrarum commoditatem, & ab ijs ad nos tranſlatã eſſe ſimul cum nomine, vt multa alia, puto. Eius enim frequentiſſima mentio apud Oratores Græcos. Cicero tertio de Oratore de Pericle loquens: At hunc nõ clamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat. Martial. lib.6.

Septem clepſydras magna tibi voce petenti
Arbiter inuitus Cæciliane dedit.

Idem lib.8. in Cinnam:

Hoc agere eſt cauſas hoc dicere Cĩna diſertè,
Horis Cinna decẽ dicere verba nouem.
Sed modò clepſydras ingenti voce petiſti
Quattuor, ô quantũ Cinna tacere potes.

Patronis cur libera nõ concedebãtur tẽpora.

Rarum erat Romæ, vt Patronis libera ad dicendũ tẽpora concederentur, quòd fortaſſis eloquẽtia ſuſpecta eſſet, & multa artificiosè inuolucrẽt Oratores, quibus incautis Iudicibus tenebræ offunderentur. Ideoque in anguſtias temporum clepſydris conijciebantur, & præſtituto ſpatio liberior dicendi futura vis quaſi cohibebatur.

batur. Certè ſacri noſtri Eccleſiaſtæ cùm Chriſtianas ſuas declamationes in templis ad populum decantant, vtuntur aliquando vice clepſydrarum vitreis arenarijs duplicibus, vbi ex ſuperiore ventre in inferiorem ſenſim micæ tenuiſſimæ arenarum, per arctiſſimas medij & communis foraminis anguſtias, tanquam per pilωron decidunt: Idque cum ſtudio fiebat ab eo qui præſidebat Iudicio, ſi Reus fauorabilis, & gratioſus eſſet. Cicero pro Quintio in proſopopeia Sexti Nęuij,qui gratioſiſſimus erat Iudici, cuius Næuij hæc verba ſunt: Præſtituendæ horæ ad arbitrium noſtrum Iudex ipſe accerſatur. Porrò inuidioſum & ad famam periculoſum erat, cogi in certa dicendi tempora: Nam & nonnunquam bonis, exactiſque cauſarum Patronis,aut nimis breue ſpatium, ad rem pro merito, & decoro explicandum, aut nimis laxum datur, quod cùm non abſoluerent neceſſarijs, metu infamiæ, quæ ſubeunda eſſet, ſi tacerent, multa leuicula præter rem aliquando afferre cogebantur, quæ reliquæ & neceſſariæ Actionis auctoritatem eleua-

Eccleſiaſta Chriſtiani.

Clepſydrarum vſus improbatus.

eleuarent, oborto mentibus audientium prolixitatis non neceſſariæ,& importunę tædio. Itaque qui non ita erant confirmati, ne periculum inuidiæ, aut pudoris ex ſilentio adirent, ſolebāt ſibi,atque ità aduerſario (nam nunquā niſi vtrique ſimul parti concedebantur) petere libera ad agendū tempora. Plinius Secundus de Regulo Oratore: Iam illa periucunda vnà dicentibus, quod Regulus libera tempora petebat, quod audituros corrogabat: Quid denique iucundius, quàm ſub alterius inuidia, quādiu velis, & in auditorio alieno quaſi deprehenſum commodè dicere. Hæc ille. Tacitus in lib. de Oratoribus,de foro veteri: In quo(ait)nemo inter pauciſſimas horas perorare cogebatur, & liberæ comperendinationes erāt, & modum dicendi ſibi quiſque ſumebat, & numerus, neque dierū, neque Patronorum cauebatur. Primus Cn. Pōpeius 3. Conſulatu aſtrinxit, impoſuitq; veluti frenos Eloquentiæ: Vbi clepſydras nō eſſe imperatas Cauſidicis, neque in forū inuectas ante. 3. Pompei Conſulatum ſignificatur. Hunc morē orādi ad clepſydram, vt Elo-

Libera tempora.

vt Eloquentiæ inimicã, quis non dãnet? Fabius lib. 12. cap. 6. Laboratam congeſtamque dierum, & noctiũ ſtudio Actionẽ, aqua deficit. Cic. ad Quintũ fratrem Aſiæ Proconſulem: His rebus nuper Cn. Octauius iucundiſſimus fuit, apud quem primus Lictor qui fuit, tacuit Accenſus, quoties quiſquam voluit, dixit, & quã voluit diu. Illîc laudatur, quod nõ ad clepſydram, ſed liberè dicebatur apud Octauiũ. Plinius eundem exagitat, vt maximum in ciuitate vitiũ lib. 6. ad Arrianũ: Equidem quotiens iudico, quod vel ſæpius facio, quàm dico, quantũ quis plurimũ poſtulat addo etiam: Temerarium enim exiſtimo diuinare, quàm ſpatioſa ſit cauſa inaudita, tempuſque negotio finire, cuius modum ignores, præſertim cùm primũ religioni ſuæ iudex patientiã debeat, quę pars magna Iuſtitiæ eſt. At quædam ſuperuacua dicuntur etiam: ſed ſatius eſt, & hæc dici, quàm non dici neceſſaria. Pręterea an ſint ſuperuacua, niſi cùm audieris, ſcire non poſſis. Sed dę his melius coràm, & de pluribus vitijs ciuitatis. Hactenus Plin. Horæ autem eæ quæ clepſydris declarabantur, non

Clepſydra Eloquentiæ inimica.

Clepſydrarũ horæ.

non æquinoctiales erant, ſed tantillæ, vt in duodecim etiam breuiſſimus dies circa Brumam diuideretur, vt dictũ eſt. Quin neque ſingulis clepſydris ſingulas horas puto deſignatas fuiſſe, ſed datas phialas anguſtas, aut capaces ad libidinẽ eius, qui ꝓ tribunali diſceptabat. Quod mihi perſuadet locus ex epiſtola [1] Plinij Iunioris libro ſecundo: Dixi (inquit) horis penè quinque, nam clepſydris duodecim, quas ſpatioſiſſimas acceperam, additæ ſunt quatuor. Si igitur ſingulæ clepſydræ ſingulas horas auferebant, debuit pluribus horis dixiſſe, cùm prioribus duodecim clepſydris, & horis additæ ſint quatuor. Sed paradoxon mihi eſt, poſſe cuiquam humanitùs, in duodecim, nedùm in ſedecim horas vociferando, vocem ſufficere, quamuis diurnæ eſſent in brumali Solſtitio: eſſet enim hoc plus ſolido die dicendo conſumere, quanquam haberent, qui à tergo nimium commotos reprimerent.

[illegible] Plinius libro ſecundo ad Arrianum, de cauſa, quam egit coram Traiano in Senatu: Cæſar quidem tantum ſtudium, tantam etiam curam (nimium eſt dice-

re ſol-

re ſollicitudinem) præſtitit, vt Libertum meum, poſt me ſtantem ſæpius admoneret, voci, lateribuſque conſulerem, cùm me vehementius putaret incendi, quàm gracilitas mea perpeti poſſet. Gellius libro primo de fiſtula eburnea Gracchi cōcionatoria: Qui hoc cōpertiùs memoriæ tradiderunt, ſtetiſſe in circūſtantibus dicūt occultiùs, qui fiſtula breui, ſenſim grauiuſculum ſonū inſpiraret, ad deprimendum, ſedandumque impetum vocis eius: Referueſcente namque impulſu & inſtinctu extraneo, naturalis illa Gracchi vehementia, indiguiſſe non (opinor) exiſtimanda eſt. Marcus tamen Cicero Fiſtulatorem iſtum vtrique rei adhibitum eſſe à Graccho putat, vt ſonis, tùm placidis, tū citatis, aut demiſſam, iacentemque eius orationem erigeret, aut ferocientē ſęuientēque cohiberet. Quod ſi tāta à veteribus cura vocis, vt pręter illa, etiā arte Phonaſci adhibita, atque aſſiduè illi operā darēt, quid ſtultius eo clamatore, qui victus ſui inſtrumento ità abuteretur, vt in poſterum non eſſet vſurus? Sed heus rei ſeries abrumpenda eſt, quæ alioquì nos abs re

Fiſtula Gracchi.

Phonaſcus.

Lex Horarũ. abs re abduceret. Præſcriptum autem horarum à Prætore, aut alio iudicij Præſide Pronunciatum vocabatur. Plinius ad Vrſum: Nã cùm ex lege Accuſator ſex horas, nouem Reus accepiſſet, ita diuiſerat tempora Reus inter me,& eum, qui poſt me dicturus erat, vt ego quinque horis, ille reliquis vteretur. Cicero pro Flacco: Quid enim fuit, quod ab eo redimeretur, vt duceret iudicium, cui ſex horas omnino lex dedit? Cicero 3. Act. in Verrem: Hic tu fortaſsè eris diligens, ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam, niſi omni tempore, quod mihi cõceſſum eſt, abuſus ero, querêre, Deûm atq; Hominum fidem implorabis, circumueniri Caium Verrẽ, quod Accuſator nolit tam diu, quàm liceat dicere: quod mihi mea lex cùm det, eo mihi vti nõ licebit? Aſconius pro Milone legem latam à Domitio Quæſtore iudicij Miloniani, qua Accuſator duas, Reus tres horas habebat, meminit, ſed catachriſticãs legem vſurpant, vt legem Maniliam, & reliqua plebiſcita leges vocamus: Eſt enim huiuſmodi lex potius priuilegium, quod iudicio pecu-

peculiaris ſit, in quo lata eſt. Obſeruaui autem ità comparatas ferè huiuſmodi leges temporum præſtitutorũ, vt Reus ſeſquialteras haberet horas ad Accuſatorem, vt ſi Accuſatori ſex darẽtur, Reo nouem, id eſt, tantundem, & dimidio plus, vt in cauſa, quam egit Plinius. Itẽ in cauſa Milonis Accuſator duas, Reus tres, id eſt, ſeſquialterã habuit, naturalis enĩ fauor ꝓ laborantibus: Quanquam in cauſa Rabyrij cõqueratur ſe in ſemihoram coactum. Vſus verò clepſydræ multò certior, conſtantiorque erat, quàm ſolarij, quãuis non minùs, quàm clepſydrarum, illud aduerſum, oculiſque [3] oppoſitum, haberetur, ſi quando ſub dio res ageretur, nam vſus ſolarij perpetuus non eſt: Impedito enim Sole, prætextuq; interiectarum nubium, quę in media aëris regione meteorę, ſublimeſque pendent, vmbraq; ſublata, nullus ſtylus indicabit horas. Clepſydra verò perpetua eſt, etiamſi in noctẽ diceretur, quod aliquandò fiebat, ſed nouo more, & extra ordinẽ. Suetonius in Auguſto: Ipſe ius dixit aſſiduè, & in noctem nonnunquã. Et Plinius auctor eſt Theophanem

Vſus ſolarij.

Dicebatur nõnunquam in noctem.

in cauſa Baſſi dixiſſe in noctem, atque illatis lucernis. Quanquam Senatuſconſulta [4], quæ facta eſſent poſt diem ſolis occaſu clauſum, irrita, & nulla omninò eſſent. Sed vt Senatuſconſulta non fierent, tamen recipi potuit contra morem, vt accenſis funalibus in ſeras horas Oratores dicendo proueherentur, cùm id obtinerent ab Auditotibus, quibus vi Eloquentiæ extra ſe poſitis tempus elaberetur imprudentibus, aut quos grauis cauſæ momentum in ſubſellijs & officio diutiùs retinebat. Magis enim ordinarium fuit, vt nox actionem dirimeret [5]. Plinius libro quarto: Actionem meam nox, vt prælia ſolet, diremit. Egerã tribus horis, & dimidia, ſupererat ſeſquihora, nam quùm ex lege ſex horas, nouem Reus accepiſſet, ita diuiſerat tempora Reus inter me, & eum qui dicturus poſt me erat, vt ego quinque horis, ille reliquis vteretur. Ex quibus teſtatiſſimum eſt partitos inter ſe tempora Patronos plures eandem cauſam peroraſſe.

Senatuſconſulta.

Nox actionẽ dirimebat.

Partitio temporum.

Corol-

COROLLARIVM.

1. Ex epiſtola Plinij) *Lib 5. ad Arrianum.*

2. Quod ſi tanta veteribus) *Memini me legere apud Suetonium in vita Neronis, ipſum Neronem nil eorum omittere ſolitum, quæ Cantores vel conſeruandæ vocis cauſa, vel augendæ factitarent, ſed & plumbeam chartam ſupinus pectori ſuſtinere, et clyſtere vomitúque purgari, & abſtinere pomis cibiſque officientibus, donec blandiente profectu, quanquam exiguæ vocis, & fuſcæ, prodire in ſcenam concupiuit. Et paulò pòſt: Ibidem ſæpiùs, & per complures cantauit dies, ſumpto etiam ad reſiciendam vocem breui tempore. Idem etiam teſtatur Octauium Auguſtū dulci, & proprio quodam oris ſono pronunciaſſe, & dediſſe aßiduè Phonaſco operam. Plinius autem plumbeam laminam, et porrum ſectiuum conducere dicit, vt etiam claram vocem reddit anaphoneſis. Officit autem frequens coitus teſte Ariſtotele 7. de animalibus. Fabius Inſti. Orat. cap. 3. lib. 11. Augentur autem ſicut omnia, ità voces quoque bona cura, & negligentia minuuntur. Sed cura non eadem Oratoribus, quæ Phonaſcis conuenit, tamen multa ſunt vtriſque communia, firmitas corporis, ne ad ſpadonū, & mulierum, et ægrotorum exilitatem vox noſtra tenuetur, quod ambulatio, vnctio, veneris abſtinctia, facilis ciborū digeſtio, id eſt, frugalitas præſtat. Præterea vt ſint fauces integræ, id eſt, molles, ac leues, quarum vitio & frangitur, & obſcuratur, & exaſperatur, & ſcinditur vox.*

Nero. | Voci quæ nocent & conducunt.

3. Aduerſum oculiſque oppoſitū) *Ex Plinij c. 60. li. 7. quem anteà citauimus, apparet ſolariū ſtatutū in publico ſecundū Roſtra in columna.*

Solarium in Foro.

Sententia nocturna. *Areopagitæ.*

4. Quâquam Senatuſconſulta quæ facta &c.) *Imò ſententia noctu lata non valet l. 2. §. & quia ff. de orig. iur. excipiuntur tamen Areopagitæ, qui noctu iudicabant.*

Nox certamē dirimebat.

5. Nox actionem dirimit) *Adde hûc celebrem primam contentionem Papirij Dictatoris cum Q. Fabio Magiſtro equitum, quæ eſt apud Liuium lib. 8. vbi dicitur, quod nox veluti in prælio certamini finem fecit.*

Argvmentvm.

¶ De ratione agendi, viciſſitudine, alternatione, Patronorum numero, eloquutione, hypocriſi, & diſcrimine Orationis, Actionis & Declamationis.

Caput 12.

Et quoniam nos hactenus deductum argumentum prouexit, vt quomodo Actiones diuiderētur, attingeremus latiùs, rem explicatam diligētiùs inſpiciamus. Ex illa ergò Plinij epiſtola, ſi tempora præſtituta conſumpta non erant vno die, poſtero complebantur etiā, aliquando perēdino, aut quarto, donec tandē cauſa peracta, calculus Iudicibus permitteretur: quod ità aliquādo fiebat, non vt integra cauſa repeteretur, ſed cùm plures articulos haberet, alius ab alio tractaretur, vt cauſa Murenæ: Nam eius certas quæſtio-

Agendi ratio. *Diuiſa actio in articulos.*

quæſtiones ſigillatim Patroni Quintus Hortenſius, & Marcus Craſſus tractarũt, Cicero autẽ perorauit vniuerſum: Quo (inquit) mihi durior locus eſt dicendi datus, vt cùm ante me, & Hortenſius dixiſſet, & vir ſumma dignitate & diligẽtia & facultate dicendi Marcus Craſſus, ego in extremo non partem aliquam agerẽ cauſæ, ſed de tota re dicerem, quod mihi videretur. Et pro Flacco quædã argumenta refutarat Hortenſius, & pro Balbo, vbi cùm dixiſſet multa de pridiana Actione Põpei, ſic ait: Quo mihi difficilior eſt hic extremus perorandi locus. Quod itèm in Oratore ad Brutum iactat, cùm multi ante ſe dicerent, omnes perorationẽ ſibi reliquiſſe: vbi peroratio epilogũ, aut concluſionem quartam actionis partẽ nõ ſignificat, ſed vltimã ſummãque cauſæ totius actionẽ. Sæpè autẽ alternis agebant Patroni aduerſarum partiũ, vt vbi reſpondiſſet Reus, Actor actionẽ repeteret, quaſi à Reo præſcriptam exceptionẽ ſubmoturus, quod Iuriſconſulti vocant replicare. Eſt enim primùm Actio, cui ſuccedit Exceptio à Defenſore, tertio loco Replicatio,

Peroratio.

Alternis agebant Patroni.

catio, quarto Duplicatio rurſus à Reo, quinto Triplicatio ab Actore, tādē Quadruplicatio, vt ſic in infinitū iri poſſet per cauſæ varia capita, cuius mentio fit in l. 1. ff. de Exception. Plin. in epiſt. ad Vrſum, pro quo repetūdarum Reo in Senatu dixerat, loquēs de cauſa Baſſi: Succeſſit mihi Lucerius Albinus tā aptè, vt orationes noſtræ varietatē duarū, contextum vnius habuiſſe credantur. Reſpondit Herennius Pollio inſtāter & grauiter, deindè Theophanes rurſus dixit in noctem, atq; illatis lucernis: poſteà poſtera die egerūt de Baſſo Titius Homulus, & Fronto mirificè, quartum diem probationes occuparunt. Antè tamen ſic dixerat: Egit contra eum Pomponius Rufus vir paratus, & vehemens, Rufo ſucceſſit Theophanes, vnus ex Legatis, fax accuſationis, & origo. In hac ergò cauſa duo primùm accuſarunt, coniunctis & cōſequentibus actionibus, tres reſponderūt, Plinius, Albinus, & Pollio. Repetiuit actionem Theophanes, cui itē duo Homulus & Fronto ſucceſſerunt. Ex quibus apparet non plures modò Patronos, ſed etiam Accuſatores fuiſſe, qui

Plures agebant.

non vt

nō vt Subſcriptores tacerēt,ſed vt primarij delatores agerēt:vt in cauſa Priſci duo Accuſatores erant, Plinius & Cornelius Tacitus,Defenſores Saluius Liberalis, & Fronto Catius. Epiſtola extat ad Arrianum libro ſecundo. Rarum autē erat pluribus Patronis quàm ſex,vſitatū quatuor. *Raro plures Patroni quā ſex.* Pædianus in argumento pro Scauro,Defenderunt Scaurum ſex Patroni, cùm ad id tempus rarò quiſquam pluribus, quàm quatuor vteretur.Fuerūt autem hi ſex, P. Clodius Pulcher,M. Marcellus,M.Callidius,M. Cicero,M.Meſſala Niger, & Q. Hortenſius. Ipſe quoque dixit pro ſe, ac magnoperè Iudices mouit ſquallore, & lachrymis, & Ædilitatis effuſa memoria, fauore Populi, ac præcipuè paternæ auctoritatis recordatione. Meminit & Tacitus libro tertio de cauſa Piſonis loquens, qui numerum Patronorum impoſitum à Cneo Pompeio tertio Conſulatu in libro de Oratoribus ſcribit.Hęc ille. Vices illæ dicendi toties reuocatæ ab vtroque Actiones vocabantur.Cicer.pro Fonteio: Iā enim mihi videor propè cauſa duab⁹ Actionib⁹ ꝑorata,debere dicere. *Actiones.*

Idem pro Flacco: Itaque Recuperatores contra iſtã rẽ minimè dubiã prima actione iudicarunt, quę verba ita appendo, vt ſolidis actionibus, & quę rẽ totã comprehenderẽt pluribus nõ eſſet opus, niſi cum tabellis ſignificaſſent Iudices, ſibi non liquere. Pro Cęcinna, bis anteacta erat & bis ampliatus Reus propter iuris obſcuritatem, ex qũa dubitabant Iudices morãque faciebant, ait Cicero: quod idẽ accidit in cauſa Publij Quintij, quã tamẽ fœliciter perorauit. Quod ſi in priuatis litibus actiones repetuntur, quanto æquiore ratione in publicis Iudicijs? Dictiones etiã vocantur à Tacito in libro de Oratoribus: Iuuenis deducebatur à patre, vel à propinquis ad eũ Oratorẽ, qui principem locum in ciuitate tenebat, hunc ſectari, hunc proſequi, huius omnibus dictionibus intereſſe, diſceret. Atque hînc natum diſcrimẽ illud, inter Actionẽ, Orationem, & Declamationẽ, quia Actio ipſius Oratoris viua vox eſt, in cauſa ſeria, apud conſilium dicentis, quam ſi poſteà domi recognitã, & diſpunctã euulgabat Oratio, quod plurimi, etſi alioqui diſertiſſimi non ſece-

Dictiones.

Actio, Declamatio, & Oratio.

fecerunt: vt eſt in dialogo de claris Oratoribus, ſequuti (vt opinor) etiam rationē, quòd vis eloquentiæ, non ità ſeſe prodat ex ſcripto, vt ex geſtu, voce, motu denique mēbrorum decenti: In quam ſententiam plurima diſputat eleganter Plinius iunior ad Cerealem li. 2. Hunc motū Hypocriſim, eiuſque magiſtros Hypocritas vocamus, vt Demoſthenes Andronico Hypocritæ operam dedit, vocabulo vt honeſto, necdū infamia notato, pro eo, qui vitæ ſanctimoniā ex vultu ſquallido præ ſe ferret: Rhetores enim Oratorē quē inſtituunt, vt Inuentionem à Philoſophis, & Diſpoſitionem à Dialecticis, ſic quintam Rhetorices partē, id eſt, Actionem duabus rebus cōprehenſam, voce & geſtu, partìm à Phonaſco, partìm ab Hypocrita petere iubēt, cùm Memoriā beatā, aut infœlicē fato, & naturæ acceptam ferāt, Eloquutionē verò, vt ſibi propriā, ſuo iure vendicent, quæ ratio partìm, non ſic à me diſtincta eſt, vt in omnes præcepta non conferat Rhetor, extant enim in ſingulas etiam plurima, ſed quod illa precariò mutuatur ab ijs, quos diximus: Ver-

Hypocriſis. *Hypocrita.*

Eloquutio propria Rhetorum.

nacula autem ſunt, & domi nata, quæ de ſua Eloquutione præſcribit: Ità cùm inæqualitatem vocis, monotoniã, monoειda, quaſi vnam faciem, cloſmon ſuffocatam & eliſam vocem in clarum ſonum erumpentem ab immaturo gallorum cantu, plàtεyaſmon cum patulo ore pronunciamus, κοιloſtomian cùm è ſpecu quaſi eruitur vox, iotaciſmum, lambdaciſmum, metaciſmum, & cætera vocis, & pronũtiandi vitia vitari [1] præcipiunt, interdicto nudo id faciunt, nõ adiunctis præceptis, quibus in virtutes his cõtrarias vox informetur, quod Phonaſci ſoli prȩſtant, à quibus ſuos boatus tonitruaq; petũt Tragœdi.

Geſtus. Et quæ de oculis, genis [2], ſupercilijs, palpebris, labris, ore, vultu, deniq; tota ceruice, collo, humeris, mento, brachijs, manu, digitiſque, vbi & Chironomia, pedibus, & toto trũco tradũt, quãtò meliùs ab Hypocritis diſcerẽtur, qui in his hoc poſſunt, vt Metopoſcopis, Chiromãtis, & Phyſignomis expreſſis affectibꝰ imponere poſſint? Ideoq; Demoſthenes, q̃ ab Androni-

Demoſthenis ſpeculum. co, & Satyro geſticulãdi magiſtris Hypocritiſq; acceperat, ea domi ad ſpeculũ latiſ-

ſimum

ſimũ ſecũ exprimebat, à ſeipſo exigẽs, q̃ in alijs videbatur deſideraturus, vt Cic. à Roſcio Comœdo. Eſt ergò animus ipſius Actionis geſtus, qui ſi ineptus eſt, ſtulta Actio, ſi frigidus languida, ſi nullus mortua. Pauci ob eam cauſam (vt dictum proximè eſt) quas dixerãt Oratiões emittebãt quib⁹ plùs in agẽdo q̃ in ſcribendo fœlicitatis erat. Nã Marcus Antonius nihil, Quintus ille Hortenſius, quondã Rex Fori Romani, pauca ſcripſit, quia tota eius dicendi vis, in voce, & geſtu fuit, in quo anxius fuit, & exquiſitus vſque ad ineptias, vt iure meritiſſimo à Liuio Craſſo, & alijs hiſtrio, & Dionyſia ſaltatricula dictus ſit, auctor Aulus Gellius [3]: Nam in ſtatu, vultu, oculis, totoque corpore motus daleſtrici ſunt odioſiores, & Hiſtrionum nonnulli geſtus ineptijs non vacant, quęque ſunt recta, atque ſimplicia laudantur. Plinius Secundus iunior in epiſtola [4] ad Nepotem. Præterea vt dicitur viua vox magis afficit: Nam licet hæc acriora ſint, quæ legas, altius tamen in animo ſedent, quæ pronuntiatio, vultus, habitus, geſtus etiam dicentis affigit.

Actionis animus.

Q. Hortenſius.

Agentium ineptiæ.

Niſi verò falſum putamus illud Æſchinis, qui cùm legiſſet Rhodijs Orationē Demoſthenis, mirantibus cunctis, adieciſſe fertur τὶ δὲ ει ἀυτοῦ τοῦ θηρίου ἀκηκόειτε. Erat Æſchines ſi Demoſtheni credimus Μεγαλοφωνότατος, fatebatur tamē longè meliùs eadē illa pronunciaſſe ipſum, qui peregerat. Sed heus quonā prouecti ſcribendo

Oratio. ſumus? Oratio igitur vt bona ſit, & laudetur, iſta nō requirit: Aliud eſt bona Actio, aliud Oratio. Plinius Iunior lib. 1. ad Corneliū Tacitū: Eſt Oratio Actionis exemplar, & quaſi archetypon: Ideò in optima quaque mille figuras extēporales inuenimus, in his etiā, quas tantū editas ſcimus, vt in Verrem: Artificem quemnam? rectè admones, Polycletū eſſe dicebant. & reliqua, quibus contendit Actiones longiores fuiſſe, ſi per tempora præſcripta non ſtaret, quàm Orationes, etiamſi earum ſimilitudinem, faciemque maximè exprimant, de qua aliquādo pleniùs commentandi [5] occaſio ſeſe offeret. Oratio rem geſtam, verumque argumētum explicat:

Declamatio quid. Declamatio fictum, ſed quod fieri potuit, vt quæ tribuuntur Fabio & Senecæ declama-

clama-

clamationes. Nonnunquã rem geſtã, vt cum aliqui animi gratia ludunt orationes verarũ cauſarum, vt fecit M. Brutus, qui pro Milone edidit Orationem, quam ipſe nõ habuit, auctor eſt Pędianus. Trãquillus in Caligula: Solebat proſperis Oratorum actionibus reſcribere, & magnorũ in Senatu Reorũ accuſationes, defenſioneſque meditari, quod nos ad exercendum ſtylum animi gratia feciſſe putamus, quod fecit Cicero ad Præturam vſque, Cn. Pompeius ſub bellum ciuile, vt promptius reſponderet C. Curioni, pro Iulio Cæſare dicturo, Octauius in caſtris quotidie Mutinenſi bello, & Nero Cæſar primo imperij anno, anteà quoque bis ſolitus: Vſque adeò eloquentiæ ſtudijs addicti erãt Veteres, vt in Caſtris, in medio armorũ ſtrepitu, ex tã ſerijs negotijs horas aliquas ad declamãdum ſuffurarentur: non ignari Mineruam literarum, & armorum præſidẽ. Themata declamationum varia proponebãtur à Rhetoribus in ſcholis, theſes, anaſceuæ, cataſceuæ, apologi, hiſtorię, aliquando etiam hypotheſes repetitæ ex vetere hiſtoria, aut recentes, aliâs

Viri magni declamarunt.

Minerua literarum et armorũ præſes.

Themata declamationum.

aliàs ficta argumenta cauſarum, quę ſyntaxes vocabãtur teſte Suet. in libello de claris Rhetoribus. Sed ad rẽ. Perorata cauſa dicitur apud nos cum vtrinq; renũciatum eſt allegationibus permiſſa pronuntiandi poteſtate Iudici: habetq; hoc myſterij vocabulum illud *Dixi*, quod neſcio, an rectè vſurpetur iu panegyricis, & reliquis declamationilus, quę Latinè habentur. Eſt enim hoc Forenſe, vt dicere propriũ Oratoris, eloquenter ſcilicet loqui. Non ergò ad finẽ cuiuſque orationis Orator ſnbijebat *dixi*, ſed in ſũma, & poſtrema peroratione, quando pòſt eum nullus ſperabarur dicturus, vt qui priùs egiſſent, hoc non vſurparent. Aſconius Pæd. Moris (inquit) fuit Veterũ, quũ ſatis viſum eſſet fluxiſſe verborũ, hanc ſibi neceſſitatẽ finiendæ orationis imponere, vt dicerent ad vltimũ, *Dixi*. Quod etiam ab vtraq; parte oratione conſumpta, vt in conſiliũ mitterẽtur Iudices, Prætor ſolebat pronuntiare *Dixerunt*. Eſt autẽ mittere in conſilium, vt idẽm auctor dicit alibi, dimittere Iudices ad ſentẽtiã dicendã, vbi allegatis omnibus argumentis Orator dixerat, *Dixi*.

Dixi.

Mittere Iudices in conſilium.

Corollarium

1. Vitia præcipiunt) *De vitijs vocis, & pronuntiationis quędā vide apud Fab. li.* 11. *ca.* 3. *& apud Eraſmū dialogo de pronūciatione. Porrò augendæ & cōſeruandæ vocis præcepta præcedēti cap. quædam attulimus, quæ inculcare non videtur neceſſe.*

2. Et quæ de oculis) *Hūc quadrat c.* 3. *li.* 11. *Inſti. Orat. Fab. vbi ferè geſtꝰ omniū mēbrorū deſcribit.*

3. Auctor Gellius) *Lib.* 1. *cap.* 5. *Noct. Att.*

4. Epiſtola ad Nepotem) *Lib.* 2. *epiſtola* 3. *Adde aliam ad Sparſum li.* 4. *& Valer. Max. lib.* 8. *c.* 10.

5. Aliquando plenjùs commentandi) *Infrà lib.* 2. *c.* 12. *noſtræ Hiſtoriæ.*

6. Dixi *in fine cap.*) *Elegāter, et ingenioſè hoc caput, & librū finit auctor noſter per verbū* dixi, *quo Auditores domū, Iudices olim in conſiliū mittebantur:* Dixi. *Quod intelligendū eſt in ſtatu iudiciali, quando quid iuris tantū diſceptabatur, in quo productiōes teſtium & tabellarū nō requiruntur, alioquin præproperè Iudicibus calculus iudicandi permitteretur ante probationes. Cæterū an Prætor ſolēnibus verbis dimitteret Iudices nō ſatis cōſtat: Veriſimilè eſt his verbis dimiſſum cōſiliū,* nil vos moramur Iudices. *Liuiꝰ li.* 8. *cū ſe nil morari Magiſtrū Equitū* Nil vos moramur. *pronūciaſſet, digreſſum eū templo, lætus Senatus, lætior Populus &c. Capitolinus aūt in M. Philoſopho teſtatur etiam his verbis Coss. dimiſiſſe Senatum,* nil vos moramur P. C.

SVMMARIVM Libri ſecundi.

LIBRO SECVNDO DE IIS AGITVR, QVI IN FORO REIS, ID EST, LITIGANTIBVS OPERAM AVT LOCANT AVT COMMODANT, MVTAM QVIDEM ET SEGNEM, GRATVITAM AVT VÆNALEM SISTVNT, QVI GENERALI VOCABVLO ADVOCATI DICVNTVR.

HISTO-

HISTORIAE
Fori Romani
Liber Secundus.

ARGVMENTVM.

¶ De Aduocatis,& Aduocatione in genere.

Caput primum.

SED nos telam hiſtoriȩ Oratoriæ, quam exorſi ſumus, pertexamus, ipſo rerum ordine ad eam decurrendam, quaſi pectinem porrigente, quæ à ſummo licio ità commodè repetetur. Actores ſunt qui lites ipſas in Foro tractant, aguntque, catholico,& cõmuni nomine Reis,& Aduocatis. Rei ſunt primarij litigantes,qui ſuo nomine agunt,& experiuntur, ſiue agant, ſiue excipiant, neque enim, qui petit minùs Reus eſt, quàm qui excipit, indè dicti,quod res eo- *Actores.* *Rei.*

L rum

rum agatur. Aduocati autẽ ſunt, qui Reis litigãtibus operam ſuam, aut cõmodant, aut locant, vel præſentiam mutam quidem, & ſegnem, gratuitamq́ue, aut venalem ſiſtunt: hos enim generali vocabulo, & ampliſſimo Aduocatos Latini vocant, & quicunque operam etiam ſedentariam dant litigatoribus: dicti quòd aduocẽtur, accerſanturq́ue, vt partibus adſint, qui & Operæ Forenſes ſunt, cùm rogãtur à Reis cauſarum ergo, eadem prorſus forma, qua & Operæ Campeſtres, pro ijs, qui Candidatis honorẽ petentibus adſunt in Campo, vel diuidendis, vel pronũciandis nummis inter Centurias ſuffragium laturas. Suetonius in Auguſto: Octauius pater à principio ætatis, & re, & æſtimatione magna fuit, vt equidem miror hunc quoque à nonnullis Argentarium, atque etiam inter Diuiſores Operaſq́ue Campeſtres proditum. Sunt huiuſmodi Aduocati, Patroni, Cauſidici, Cognitores, Subſcriptores, Pragmatici, Submonitores, Cuſtodes, Laudatores, & qui honorariam præſentiam commodant, atque etiam Teſtes: Nam hi Aduocati Plauto dicun-

Operæ Forenſes.

Operæ Campeſtres.

Teſtes Aduocati.

dicuntur in Pœnulo, vbi aguntur gratiæ Teſtibus, & rurſus in poſterum aduocantur in hunc modum.

LYC. *Malus es, captatum me aduenis cum Teſtibus,*

Tuorũ apud me nemo, nec quicquã tui.

AGO. *Mementote illùc Aduocati.*

Aduocati enim dicuntur adeſſe litiganti, & cauſæ, quia præſentes in ſubſellijs cauſam, in quam aduocati erant, habitu, voce, nutu, vel aliàs tuebantur. Cicero pro Quintio: Aderunt homines nobiliſſimi, & potentiſſimi, quorum frequentiam, & conſeſſum non modò P. Quintius, qui de capite dècreuit, ſed quiuis, qui extra periculum eſt, perhorreſcat. Idem ibidem: Recuſabant qui tùm aderant, loquens de Aduocatis quos Alphenus corrogabat. Hìnc illud, vt adeſſe alicui, ſit patrocinium, & tutelam in ſe recipere, & propenſum fauorem ſignificare. Liuius in cauſa Virginiæ: Virginius poſtero die, ſecum obſoleta veſte comitantibus aliquot matronis, cum ingẽti aduocatione filiam in Forũ adducit. Quo loco interpretatur Aduocationem, *Aduocatio.*

concurſum ciuium, quos in commiſerationem filiæ ſuæ, aut clamore, aut calamitate ſua aduocauerat Virginius. Eadẽ forma fortaſſis & ſupereſſe Reo dicitur Aduocatus. Tranquillus in Auguſto: Cùm Aſprenas Nonius arctius ei iunctus cauſam veneficij accuſante Caſſio Seuero diceret, conſuluit Senatum quid officij ſui putaret, cunctari enim ſe, ne ſi ſupereſſet, eriperet legibus Reum, ſin deeſſet, deſtituere, & prædamnare amicum videretur. Plautus in milite glorioſo:

Supereſſe.

——— *Ne doceto malas, vt ſint malæ,*
Mihi ſola ego ſuperſum.

Id eſt, ego vna mihi ſtrenuam operam dabo, & meas agam probè partes. Ideò Superſtites rectè Aduocati dicuntur, quaſi ijdem cum præſentibus. Plautus in Aſinaria:

Superſtites.

Nunc mihi licet quiduis loqui, quando nemo adeſt ſuperſtes.

Antiſtites.

Eadem de cauſa Antiſtites ſunt, quaſi ante rem ipſam ſtantes quæ agebatur: Hinc atteſtare dicitur: Symmachus ad Auſonium: Quippe ità facundia atteſtas cæteris, vt ſit formido reſcribere. Aulus tamẽ Gellius

Gellius[1] qui paulò iunior Suetonio fuit, & apud quem recentis hiſtorici nomen, & auctoritas, haud ità in magna æſtimatione eſſet, negat rectè latineque dici in eum ſenſum. Eius verba hæc ſunt: Irrorauit, inueterauitque falſa, atque aliena verbi ſignificatio, quod dicitur, Hic illi ſupereſt, cùm dicendum eſſet, Aduocatum eſſe quem cuipiam, cauſamque eius defendere. Atque id dicitur nõ in compitis tantum, neque in plebe vulgaria, ſed in Foro, & in Comitio apud tribunalia. Et quæ deinceps diſputat eodem capite lib. 1. ſed vt fortè non vſitatũ fuerit apud auctores Gellio natu maiores, tamẽ quia à vulgo ciuitate Latina donatum erat, receptumque in quotidianum vſum, *Contra Gellium.*

Quem penes arbitrium, & ius, & norma loquendi,

Non putarem ab eo abhorrendum prorſus, tã delicata enim, & anxia religio proxima eſſet ſtultæ ſuperſtitioni: nã Gellij auctoritas, quę alioqui in re Latina maxima eſt, non deterruit poſteros[2] ab vtendo. Vlpian. l. 1. ff. de Procuratoribus: Vſus Procuratoris perquàm neceſſarius eſt,

vt qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe, vel nolunt,vel non poſſunt,ſaltem per alios, vel agere, vel conueniri poſſint. Aliquando ſunt Aduocati, quicunq; Reo adſunt pręter Oratorem. Cice. 2. de Oratore: Orat Reus, vrgent Aduocati vt inuehamur, vt maledicamus, denique vt interrogemus. Quãquam ſæpiſſimè Quintiliano Aduocatus pro Patrono vſurpetur, & paſſim in

Aduocatio pro Accuſatione.

iure Romano,vt Aduocatio pro patrocinio,atq; etiã pro Accuſatoris opera,quod admirabilius eſt. Plin.lib.2. ad Arrianum de Priſco,quem idem & Tacitus ad Senatum repetundarum reum peregerunt: In fine(inquit) ſententiæ adiecit, quod ego, & Tacitus iniuncta aduocatione diligenter, & fortiter functi eſſemus, arbitrari Senatum ita nos feciſſe, vt dignum mandatis partibus fuerit.Cice. pro domo ſua: Cùm eos qui cõuentu bonorũ virorum verba de ſalute mea fecerãt,adeſſe iuſſiſti, eorumq; aduocationẽ manibus, ferro,lapidibus diſcuſſiſti, tũ profecto oſtendiſti vim maximè tibi diſplicere, vbi extra iudiciũ eliminata eſt in concionẽ turbulen-

Aduocati proprie.

tã.Aliàs habet propriũ ſignificatum,intra

quem

quem conſiſtit, vt ex tã multis qui aduocantur accerſunturq; ad cauſam, ſint ij ſolũ, qui præſentiam ſuam amico commodãt,aut ius ſuggerunt,teſte Aſconio in diuinationem. Sed qui ius ſuggerũt nomine proprio affecti,vocãtur Pragmatici,& Pragmatici. Formularij: de quib⁹ aliàs latiùs. Qui pręſentiam præſtant propriè Aduocati. Cic. pro Quintio. Ius non palam dicit? mihi ſi quid debetur peterem, atque adeò iam pridẽ abſtuliſſem,nihil hoc tãto negotio, nihil tam inuidioſo iudicio, nihil tam copioſa aduocatiõe vterer,ſi petẽdum eſſet. Plinius li. 1.ad Minutiũ:Nam ſi quẽ interroges hodiè,quid egiſti? reſpõdeat officio virilis togæ interfui, ſpõſalia, aut nuptias frequentaui, ille me ad ſignandum teſtamentũ,ille me in aduocationẽ, ille in cõſiliũ rogauit. Pro Cecinna: eodẽ tẽpore ſe in fugã cõferũt amici, Aduocatiq; eius perterriti: Vbi amicos rogatos ab Aduocatis nõ ſeiunxit. Aderãt ergò ſupplices 3 amici,qui ſquallidi, & quaſi in reatu ſedebant, ad cõmouẽdos ad miſericordiã animos, quaſi illis omnibus nota infamiæ etiam inureretur, vt pro Fonteio virgo

Veſtalis ſoror excitata eſt ad lachrimas Iudicibus extundendas, aduocati Macedones, Hiſpani, Maſſilienſes, qui ſua præ-

Legationes in Reorum periculis.

ſentia commendarent, Iudiceſq; exorarent. Mittebãtur enim ex prouincijs Romã Legatiões in Reorũ periculis, vt Mamertini in cauſa Verris, Gaditani in cauſa Balbi, quos Laudatores & Deprecatores Cicero vocat pro Balbo his verbis: Proferam Teſtes, proferam Legatos, excitabo Laudatores, ad hoc iudicium ſummos homines, & nobiliſſimos Deprecatores huius periculi miſſos videtis: Hæc ille. Et in alijs oratióibus ferè amicorum qui adſunt, meminit Cicero. Et pro Quintio Aduocati erant nobiles potentes à Næuio gratioſiſſimo, per quos vis veritati adhiberetur. Ex frequentia aduocationis agnoſcitur, quam quiſque ſit gratioſus. Curtius lib. 6. vbi Philotas maieſtatis reus ait ad concionem militum. Solent rei capitis abhibere vobis parentes, duos fratres ego nuper amiſi, patrem nec oſtẽderé poſſum, nec inuocare audeo, cùm & ipſe tãti criminis reus ſit. Hęc Aduocatio

Paraclesis. Paracleti.

Gręcis dicitur Paracleſis, vt Paracleti Aduocati

uocati, qui accerſebantur ad fauendũ dicturo cauſam: atque ità inijcitur ſcrupus quidam religionis Iudicibus, quaſi nõ Rei ſolius periculum ſit, ſed aduocatorum amicorum, qui, tanquam in cauſam ſubſcripſiſſent, adſunt experturi iudicij aleam, vt ſimul cum Reo damnentur, aut abſoluantur. Et hãc puto antiquiſſimam Aduocatorum originem, priorẽ Procuratoribus, Cuſtodibus, Formularijs, Cognitoribus, & Oratoribus, vt in cauſa Virginiæ apud Liuiũ. Virginius pater & Icilius ſponſus parentibus aduocatis, nullo Patrono à foro cõducto ipſi per ſe egerunt: nam tempore Decemuirorum nullos Cauſidicos, nullos Pragmaticos, nullos Procuratores fuiſſe argumento eſt, quod in ius vocatus nullum negotium excuſare poterat, quãuis ſerium, nullum etiam morbum pręter ſonticum, neque abſens agere per Procuratorem. Sed verba capitis illius ex 12. tabulis aſſcribamus: *Si quis in ius vocatus, ſi morbus æuitaſue vitium extitit, qui in ius vocabit iumentum dato, ſi nolit arceram ne ſternito.* Quę pluribus declarantur apud Gellium [4]. Cui opinioni noſtræ accedit Ar-

Olim nulli Procuratores.

chitectus Inſtitutionũ lib. 4. tit. per quos agere poſſumus, qui ſerò admiſſos Procuratores & cũctanter ſignificat his verbis: Alieno (inquit) nomine agere, olim in vſu non erat, niſi pro populo, pro libertate, pro tutela. Præterea lege Hoſtilia permiſſum eſt furti agere eorum nomine, qui apud hoſtes eſſent, aut Reipub. cauſa abeſſent, quiúe in eorum cuius tutela eſſent. Et quia hoc non minimam incõmoditatem habebat, quod alieno nomine, neque agere, neque excipere actionem licebat, cœperũt homines per Procuratores litigare: Nam & morbus, & ætas [5], et neceſſaria peregrinatio, itemq; multę aliæ cauſæ ſæpè hominibus impedimento ſunt, quo minus rem ſuam exequi ipſi poſſent. Hactenus ille.

PHILIPPI BROIDÆI IC. corollarium ad Caput primum.

1. Gellius) *c. 22. Noct. Att. lib. 1.*
2. Non deterruit poſteros) *Nam paſſim Iureconſulti noſtri vtuntur, vt videre eſt ex l. 10. ex quibus ca. maior. l. 12. de tutor. dat. ab his. l. quæſitum. de re Iud. l. 2. de curat. furioſ. l. penul. de vaca. mun. ff.*
3. Aderant ergò ſupplices) *Aduocationis numeroſæ exemplum eſt memorabile apud Cæſarem lib. 1. Commentariorum de Orgentorige, qui die conſtituta cauſæ*

Numeroſa Aduocatio

ta cauſæ dictionis, ad iudicium omnem ſuam familiam ad hominum millia decem vndique coëgit, & omnes clientes, obæratoſq́; ſuos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit, per eos ne cauſam diceret ſe eripuit.

4. Apud Gellium) *c. 1. lib. vlt. Noct. Att.*

5. Morbus & ætas) *Auctor ad Herennium li. 2. ſcribit ex bono & æquo fuiſſe conſtitutum, & ad vtilitatem communem, vt maior annis ſexaginta, & cui morbus cauſa eſt, Cognitorem det.*

ARGVMENTVM.

¶ De Cognitoribus, Formularijs, Leguleis, & Monitoribus.

Caput. 2.

ADVOCATIS ſucceſſiſſe Cognitores, Cognitoribus Formularios, Formularijs Patronos, Patronis Subſcriptores, Cuſtodes, Monitores, ex his q̃ ſequētur veriſimile eſt. Nā ſi in re obſcura relīquitur nobis diuinādi locus, is Cognitorū fuit natalis ſucceſſu tēporis poſt Faſtos Pontificioſq́; cōmentarios, vbi legis Actio deſcripta erat, euulgatos à Cn. Flauio Appij Scriba, qui ex plebe emūctioris erāt naris, ingenijq́; experrectioris obſeruaſſe diligēter formulas illas, earūq́; ex prętoris ore deductū, et vſū in pluribꝰ cauſis: quarū cū tenorē ſeriēq́; cōplexi eſſent, amicis

Cognitores.

Cognitorum origo.

amicis in foro periclitantibus, operamq; deſiderãtibus communicaſſe, vt iam longo rerum vſu comparata quadã hexi, cùm concepta de ſe fiducia ſatis confirmatos fundatoſque ſentirent, in Forum proceſſerint, amiciſque litigantibus, non vt Aduocati tantum præſentiam commodantes, ſed ius tanquã tela à tergo miniſtrantes. Factique ex Aduocatis Cognitores, quorũ opera fuerìtne honoraria, an mercenaria nihil refert: gratis enim aliquãdo, aliàs pretio litigantibus aderant. Sunt autem Cognitores, teſte Pædiano, in Diuinationem, qui præſentis Litigatoris cauſam cognoſcunt, & tuentur vt ſuam, quaſi familiariſſimi Defenſores, quorum fidei partes ius ſuum explicatum litiſque fundamenta concredunt: itaque & vadimonia ab ijs obeuntur, iudicium accipitur, ſatiſdatur nomine litigantis. Cicero pro Roſcio Comœdo: Tu Piſo, tu enim Q. Roſcium pro opere, labore, quòd Cognitor fuiſſet, quòd vadimonia obijſſet, rogaſti, vt Flauio daret HS. CCCLIII. Idem in Diuinatione: me Defenſorem calamitatum ſuarum, me Vltorem iniuriarum,

Cognitores qui ſint.

me

me Cognitorē iuris ſui, me Actorē cauſæ ſuæ eſſe voluerūt. Hos iam Procuratores ad lites vocamus, cùm olim Procurator genuinus ſit, & affinis Cognitori, tamen hoc differebat, quòd ille abſentis, hic pręſentis eſſet, auctor idem Aſconius. Cicero pro Cæcinna: Procurator non omnis is, qui negotia gerit aliena, ſed is dicitur legitimè omnium rerum eius, qui in Italia non ſit, aut Reipublicę cauſa abſit, quaſi penè Dominus & alieni iuris Vicarius. Et in cauſa Quintij in eum ſenſum Alphenum Procuratorē abſentis in Gallia Narbonenſi Quintij fuiſſe dicit. Poſteri verò nō tantū Cognitoribus hoc nominis dederunt, ſed etiam è Foro extulerūt, accōmodaruntq́ue ijs, qui negotia bonaq́ue aliena prudentia permiſſuq́ue domini gererent, vt Iuriſconſultus Modeſtinus in l. Procurator totorum, & Paulus in l. Procurator cui ff. de Procuratoribus. Vndè illud diſcrimen verius, quàm elegātius inter Procuratorē totorū, & vniuerſorū. Itaq; Diœcetes, Inſtitores, Exercitores, Inſularios, Villicos, Diſpēſatores, reliquos alienarum Curatores, eadem forma Procura-

Quid differāt à Procuratoribus.

Procuratores extra Forū.

curatores vocamus. Porrò Cognitores ſi præter operam etiā ius ſuggererent, idq; tanquā ex profeſſo aſſiduè ſactitarēt, & ei ſtudio vni incumberent, nomen aliud induunt: Sūt enim Formularij vel Legulei, quos Græci Pragmaticos vocant, qui imperitos agendi inſtruebant, Actioneſque cōcipiebāt, vbi dolo Flauij eo munere defuncti eſſent Pontifices, qui Aſconio etiā Aduocati ſunt, quia ius ſuggeruut, ſed ſe nō poſſe agere fatentur. Fabius lib. 12. c. 8. Peſſimę conſuetudinis libellis eſſe contentum, quos cōponit aut Litigator, qui confugit ad Patronum, quia liti ipſe non ſufficit, aut aliquis ex eo genere Aduocatorum, qui ſe nō poſſe agere confitentur, deindè faciunt id, quod eſt in agendo difficillimum. Quo in loco Formularios deſignari quis ambigit? Hi conſulti à Litigatoribus libello deſcribebant ſumma litis capita, iuriſque accommodi articulos, hunc ad Oratorem inſtruendum ferebant partes. Memini huiuſmodi libellum vocari ab eodem Fabio litis inſtrumentum. Sed hoc intereſt inter Iuriſconſultum & hunc Rubricarij iuris interpr-

Formularij.

Officium Formulariorum.

Libellus litis inſtrumentū.

terpretem, quod inter Rabulam & Oratorem. Formularios & Leguleos dici, idem Fabius auctor eſt capite tertio eiuſdem libri duodecimi Inſtitutionum Oratoriarum: verùm ea, quæ de moribus excolendis, ſtudioque iuris præcipimus, ne quis eò credat reprehendenda, quòd multos cognouimus, qui ſtudio laboris, quem ferre tendentibus ad eloquentiam neceſſe eſt, confugerunt ad hæc diuerticula diſſidiæ, quorum alij ſeſe ad album, & rubricas contulerunt, & Formularij, vel (vt Marcus Cicero ait) Leguleі quidam eſſe maluerunt, tanquam vtiliora eligentes ea, quorum ſolam facilitatem ſequebantur &c. Cùm hæc deſcriberem venit in mentem prouerbij, fiunt Aulœdi, qui non poſſunt eſſe Cytharœdi, cuius meminit in hæc verba Cice. in oratione pro Murena: itaq; mihi plærique videntur initio hoc multò maluiſſe, pòſt cùm id aſſequi non potuiſſent, iſthûc potiſſimum ſunt delapſi, vt aiunt in Græcis Artificibus, eos Aulœdos eſſe, qui Cytharœdi fieri non potuerunt. Sic nonnullos etiam videmus, qui Ora-

Leguleі. *Prouerbium.*

Oratores euadere non potuerint, eos ad *Monitores.* iuris ſtudium deuenire. Monitores etiam dicuntur. Idem eodẽ: Hoc maximũ ignorantiæ malum, quod credat eum ſcire qui moneat, neque ſum noſtri moris ignarus oblituſue eorum, qui velut ad arculas ſedent, & tela agentibus ſubminiſtrant, neque idem Græcos quoque neſcio factitaſſe, vndè nomẽ ijs Pragmaticorũ datũ eſt. *Pragmatici.* Cicero in Diuinatione: Quid ad hæc dici poteſt? neque enim quæro, quid tu dicturus ſis, video mihi non te, ſed hunc librum reſpõſurum eſſe, quem Monitor tuus hic tenet, qui ſi rectè te monere velit, ſuadebit tibi, vt hînc diſcedas, neque mihi verbum vllum reſpõdeas. Idem quarta Acti. Videtis illum ſubcriſpo capillo nigrum, qui eo vultu nos intuetur, vt ſibi ipſi peracutus eſſe videatur? qui tabulas tenet? qui ſcribit? qui monet? qui proximus eſt? Sunt *Submonitores.* enim Submonitores poſtici quidem adiutores, qui omiſſa reddunt memoriæ agẽtium. His ſimiles ſunt qui hodie Sollicitatores vocantur, qui actum rerum diligentia procurant. Fortaſſis Miniſtratores *Miniſtratores.* ijdem erunt cum Submonitoribus. Idem

ſecundo

ſecundo de Oratore: Vt cũ te Sulpiti obiurgabam, quod miniſtratorem peteres, non aduerſarium. Idem pro Flacco: Vidi ego in quodã iudicio nuper Philodorum Teſtem Trallianum, vidi Parrhaſinum, vidi Arhcidemum, cùm quidem idem hic mihi Meandrius, quaſi miniſtrator, aderat, ſubijciens quod inter ſuos ciues, ciuitatemque dicerem, ſi vellem. Ex quibus conſtat, non omnino eoſdem fuiſſe Submonitores, Miniſtratoreſque cum Formularijs & Pragmaticis, quòd hi ſolùm ius ſuppetant & ex profeſſione, illi recentes ſunt in ea re, & quiduis ſubijciant etiã extra rem forenſem. Trãquillus in Auguſto: Die Senatus nunquam Patres, niſi in Curia ſalutauit, & quidẽ ſedentes, ac nominatim ſingulos, nullo ſubmonẽte. Formularius ſine controuerſia idem cũ Pragmatico, cuius hæc mihi deſcriptio, & periphraſis videtur ex 1. de Oratore: Leguleus cautus, & acutus præco actionũ, cautor formularũ, auceps ſyllabarum. *Legulei deſcriptio.*
De eodem idem eodem libro: Itaque vt apud Græcos infimi homines mercedula adducti miniſtros ſe præbent in iudicijs,

Oratoribus, ij, qui apud illos Pragmatici vocantur : ſic in noſtra ciuitate contrà ampliſſimus quiſque, & clariſſimus vir, vt ille qui propter hãc iuris Ciuilis ſcientiã, ſic appellatus à ſummo poëta eſt:

Egregiè cordatus homo catus AEliu' Sextus,

Multique præterea, qui, cùm ingenio ſibi auctore dignitatem reperiſſent, perfecerunt, vt in reſpondendo iure, auctoritate plùs etiam, quàm ingenio ipſo valerẽt. Deinceps eodem in dialogo: Itaque illi diſertiſſimi homines, miniſtros habent in cauſis Iuriſperitos, cùm ipſi ſint peritiſſimi, & qui, vt abs te paulò antè dictum eſt, Pragmatici, in quo noſtri omninò meliùs multò, quòd clariſſimorum hominum auctoritate, leges, & iura tecta eſſe voluerunt. Sed hoc tamen non fugiſſet Græcos homines, ſi ita neceſſe eſſe arbitrati eſſent, Oratorem ipſum erudiri in iure Ciuili, nõ ei Pragmaticum adiutorem dare. Quibus locis cõparantur Græci Fori Pragmatici cũ Romanis Iuriſconſultis, non cum Formularijs: puduiſſet enim dicere Legulcorum opera, viros eloquentiſſimos Oratores indigere.

COROLLARIVM
ad caput ſecundum.

1. Sunt autem Cognitores) *Vide Alciat. parerg. Iur. lib. 2. cap. 5. quis dicatur Cognitor in iure, & quid ab Aduocato differat.*

ARGVMENTVM.

¶ Diſcrimen ponit inter Leguleos, & Iureconſultos, atque in Fori Rabulas, Sycophantas, & id genus peſtes genuinum figit.

Caput 3.

SVNT autem iſti formularij, quaſi Iuriſcõſultorum feces, & quantò Rabulæ Oratoribus, & in re medica Empirici Methodicis: tãto Formularij Iuriſconſultis ſunt inferiores. Vt enim triticũ in ſolo infœlici, aut alterius occaſiõis maleficio in lolium aut ægilopem ſterilemque auenam degenerat: Ità qui in ipſa æquitatis arcana mentis indagine nõ penetrant, circa rubricas, albumq; forenſe cũ hærent, Legulei fiũt. Quod genus hominũ, ſolũ dignũ eſt his odijs, quæ Iuriſconſultis immeritis imprudentes quidã creant. Audiãt enim iſti vitilitigatores, philodici, philætij, ſpernolici, apud Demoſth. cõtra Æſchinẽ & τῆς ἀγορᾶς περίσρίμματα

Diſcrimẽ inter Leguleos & Iuriſconſultos.

In Leguleos.

 quaſi

quaſi fori vaframenta, & Veteratores, & Ariſtophanicum illud ὀρθοφοιτοσυκοφαντοδικοταλαιπώροι. Quod nomẽ ita protenſum in ſeſquipedem accommodũ eſt lites extrahentibus in æternum. Audiãt Harpyiæ, Hyrudines generis humani, Æruſcatores, Impoſtores, Veteratores, qui captiunculis formularum, ſutelis ſycophantijs, technis cõcẽturiatis, vt eſt apud Plautũ, & factitijs fabricis, Holophantæ ſint, an Sycophantæ potiùs neſcio, in labyrinthos, męandroſq; litium ęternarum Clientulos imprudẽtes intrudunt, quos ſuorum ipſos pudet pigetque morum, nam Menęhmus Cauſidic⁹ apud Plautũ ità in cõſortiũ collegarũque ſordes inuehitur:

Aut hoc viuitur more morũ moleſto maxumè omnium:
Atque vti quique optumi ſunt maxumi, morem hunc habent:
Clienteis ſibi omnes, volunt eſſe multos: boníne, an mali ſient,
Id haud quæritant: Res quæritur magis, quàm clientum fides,
Quoiuſmodi cluat, ſi pauper eſt, atq; haud malus,

Nequam

Nequam habetur: Sin diues malus eſt, habetur is cliens
Frugi.

Hi ſunt, qui cùm ſe Iuſtitię Satellites profiteantur, eam nummo produnt, aut eius cùm ſe iactēt Sacerdotes nefario incęſtoque contrectatu temerant, violant, corrũpunt ter ſacrilegi: Excipiant eorum impetum, quos irritarunt ſuis latrocinijs, pyraticis pactionibus, tyrannicis concuſſionibus, repetundarum cauſam dicant apud Rhadamanthũ, aut alium rigidiorẽ Quæſitorem, non edita, ſed reddita profeſſionis ratione. Adſit tandem vnus, qui ex illo nebulonum grege culpam agnoſcat, & præſtet: Iuriſconſultum verum, ſanctũ, integrum, indignũ conuitiolo minimo vindicet à maledicis, conclamet tãdem cum Niſo Vergiliano, vt Euryalum eripiat:

Me me adſum, qui feci, in me cõuertite ferrũ,
O Rutuli, mea fraus oĩs, nihil iſte, nec auſus,
Nec potuit, cœlũ hoc, & ſydera cõſcia teſtor.

Vt enim Orator Catoni nõ eſt niſi vir bonus: Ità nec Iuriſcõſultus, qui tanto maior eſt Oratore, quanto Pallas Mercurio, Iuſtitia Eloquentiæ, Ratio deniq; Orationi *I. C. niſi vir bonus.*

longiùs præit. Eloquentia ratione deſtituta,res eſt pernicioſſima: Iuriſperitia nũquam à ratione ſeiungitur, ius abſit, aberit longiſſimè & ratio,adſit autem, aderit & illa comes cõiunctiſſima: Quid enim aliud ius, quàm recta ratio ſummi Iouis?

Virtute abuti nemo poteſt. Accedit & palmaris illa, quod virtute abuti nemo poteſt,cũ reliquorum omnium propẽſus,& facilis ſit abuſus. Nemo autẽ inficias iuerit,Iuriſprudentiã ſpeciem eſſe Iuſtitiæ diſtributiuæ,imò ipſam eſſe Iuſtitiã, quum Prudentia reliquis etiam virtutibus ſit permixta: vt & agnoſcũt Ethici, cùm etiam quidam ſint, qui artis nomine omne virtutũ genus cõprehendi contendant. Forẽſes ergò iſti Impoſtores, Sycophãtę,& Holophante,cũ technas ſuas obtendunt ſimplicibus, nõ magis iure abutuntur,quam *qui Curios ſimulãt,& Bacchanalia viuunt*,fronte conficta, barbaq; immiſſa,bonorũ,& frugi virorũ,& à volupta tũ illecebris alienorũ ſpeciẽ prę ſe ferunt, Tẽperantiã nõ lędunt,cõmutant,aut peruertunt, neq; vitiũ ſuũ virtute, ſed ſpecie virtutis obũbrant: Virtus enĩ ità pura, cãdida,ſimplex, natiuiq; coloris, vt fucũ adſciti-

ſcititiũ nõ retineat. Iſtorum itaq; decipulæ, nõ à iure ſunt, ſed à malitia quadã improba, quæ iuris ſpeciem emẽtitam prætexit. Deſinant ergò tandẽ iſti impingere Iuriſconſultis ſordes malitioſas, laqueos pernitioſos, latrocinia, prædaſq; ex imperitis raptas: Nõ minùs ſancti ſunt, quã Oratores, nõ minùs boni, quàm docti, ſuas inuectiuas categorias in iſtis. non iuris, ſed malitiæ conſultis experiãtur. Et ſi vnquã Formularij forenſeſque Harpyiæ Aſtręam ipſam nudam forma, atq; filo virginali, aſpectu vehementi, luminib. oculorum acribus, neq; humilis, neque atrocis, ſed reuerendæ cuiuſdã iuſtitiæ dignitate præditam vidiſſent, vt quondã Chryſippus ille [1], pridem os illud ſuũ impurũ, improbũque dimiſiſſent, frõtẽ illã impudentiſſimè perfrictã abieciſſent, recantaſſentq; illud Plauti, ꝙ toties decãtauerũt, *Iuſtitiæ imago.*

Pol pudere præſtat, quã pigere totidẽ literis.

Eius eſt facies tã amabilis, vt ſi oculis cerneretur, mirabiles ſui amores quibuſuis excitaret, vt Socrates in Phædro Platon. de Sapiẽtia dicebat, tã verenda vt horrorẽ incutiat ei⁹ maieſtas, prçuaricatoribus,

ſimulatiſque Deæ principis, Satellitibus. Sunt & alij eius farinę Impoſtores forenſes, qui etiam impunè imponunt, & illudunt ſuis ciuibus, & clientibus, qui tamen nō tàm odio, quàm ludibrio digni ſunt, quòd non tam dolo peccant, quàm inani quadam philautia, & ambitioſa iactantia cōiuncta cum ſumma ignorātia, qui, ſi nihil aliud, quàm tempus perderent, ferendi eſſent, vt Moriones, aut Hiſtriones animi gratia tolerarētur, ſed quia etiam, vnà cum tempore, & oleo, lites, & cauſas clientum perdunt, non ſine magna fraude clientum, ſua ſtultitia abutuntur, qui re vera faciunt lites huiuſmodi ſuas, & ex imperitia rerum malè geſtarum, iudicio tenentur. Ii ſunt, qui multa quidem declamant in foro, quæ nihil ad rem clientum pertineant promouendam, contenti illîc detonare, quæ in vmbris, & ſcholis aliquando meditati ſunt, de fictis & fabuloſis argumentis: Interim rem clientis negligentes, quos irridet naſutè Martialis lib. 6. ſub nomine Poſthumi cuiuſdam Rabulæ, qui cùm nihil ad rem diceret, tamen in parergis & parecbaſibus ingenioſus ità

ſus ità videri volebat, vt tàm longè à materia excurreret, vt ad eam nunquã recurreret. Verſus Martialis faceti ſſimi hi ſunt.

Non de vi, neque cæde, nec veneno,
Sed lis eſt mihi de tribus capellis,
Vicini queror has abeſſe furto,
Hoc Iudex ſibi poſtulat probari:
Tu Cannas, Mithridaticumq́; bellum,
Et periuria Punici furoris,
Et Syllas, Marioſq́; Mutioſq́;
Magna voce ſonas, manuq́; tota,
Iam dic Poſthume de tribus capellis.

Corollarivm ad Caput tertium.

1. Chryſippus ille) *In libris, qui inſcribuntur* περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς. *Verba autem refert Gellius li. 14. c. 4. Noct. Att.*

Optimo iure inuehitur in hos fori Rabulas, in quo viri docti, & pij nunquam modum adhibent. Sed quid cum illis agatur, qui neque ius, neque bonum atque æquum ſciunt? quibus ſi vel mica pudoris ineſſet, aut iam reſipuiſſent, aut in auiã ſolitudinem iam pridem, exiliumq́; voluntarium, idem & perpetuum ſeſe amandaſſent, aut ſuſpendio vitam Diuis & Hominibus inuiſam finiuiſſent. Qui plures inuectiuas cupit, videat Budæum in annotationibus ſuis in Pãdectas, Zazium in ſuis cõment. ad l. 2. de Orig. Iuris, Claudiũ Cantiunculã in ſua paræneſi, de ratione ſtudij legalis.

ARGVMENTVM.

¶ De Cuſtodibus, Capſarijs, Subſcriptoribus, & Subſcriptione, Laudatoribns,& Deprecatoribus.

Caput. 4.

Cuſtodes.

MONITORIBVS poſticis haud abſimiles ſunt, qui dicentibus apponebãtur Cuſtodes, apud quos litis inſtrumentum, tabulæ inquiſitionũ, teſtificationum, reliquorumq; ſcriptorũ, quibus litium articuli confirmandi erant, in capſis deponebantur cuſtodienda: antè enim ex quarta Verriana de Claudio adduximus, qui tabulas tenet? qui monet? qui ſcribit? qui proximus eſt? quod etiam pertinuerit ad Cuſtodes non tantùm monere, verùm etiam capſas depoſitas cuſtodire, cauereque ne qui agant præuaricẽtur, aut colludãt cum Aduerſario. Aſconius: Cuſtodes & Subſcriptores nõ tantũ chartarum cauſa, neque adiuuãdi Accuſatoris adhiberi ſolent, ſed etiam, vt nõ facilè corrumpantur. Vlpianus tit. de adminiſt. tutor. in l. ſi plures. Dati ſunt (inquit) quaſi obſeruatores actus eius & cuſtodes. Cuſtodes

ſtodes etiam apponebantur ex legis permiſſu Accuſatoribus, qui obſeruarent ex eo die, quo delatus erat Reus, vſq; in cauſæ diē, quid illi agerent, qua via molirentur accuſationem, quibus modis inſtruerent, dolúmne, corruptelam, ambitū admiſcerent. Auctor Plutarchus in Catone Vticenſi: ſicut elegāter & lepidè à Zelotipis dantur Cuſtodes Coniugibus ſuſpectis apud Martialem: *Cuſtodes legis permiſſu Accuſatoribus appoſiti.*

Cuſtodes das Polla viro, nec accipis ipſa,
Hoc eſt vxorem ducere Polla virum.

Exemplo Argi centoculi Io obſeruantis, qui Argus eadē ratiōe apud Vergiliū ſub finem 7. Æneid. Cuſtos virginis vocatur. Cuſtodes etiā apponūtur captis pignoribus Reorū debitorum, quādo creditores in eorum bonorū poſſeſſionem ex primo decreto Prætoris mittuntur, ne ipſi debitores fraudē faciāt creditoribus, vel incuſtodita bona dilapidēt. Porrò Cuſtodum forēſium, ne quid imponere videamur, ampliſſimè meminit Cic. in Diuinatione cōtra Q. Cęciliū: Cuſtodem (inquit) me Tullio apponite, quid? mihi quàm multis Cuſtodibus erit opus, ſi te ſemel ad meas capſas *Cuſtodes bonis debitorum appoſiti.*

capſas admiſero, qui non ſolùm ne quid enuncies, ſed etiam, ne quid auferas, cuſtodiendus ſis. Sed de iſto Cuſtode toto, ſic breuiſſimè reſpondebo, non eſſe hos tales viros commiſſuros, vt ad cauſam tantam, à me ſuſceptam, mihi creditam, quidã Subſcriptor me inuito aſpirare poſſit. Etenim fides mea Cuſtodem repudiat, diligentia Speculatorem reformidat. Capſas hîc forulos ſeu ſacculos, librorũ thecas interpretamur, cuiuſmodi canabeos noſtrates Aduocati habent, his enim tabulę in foro deferebantur, aut libri etiam à ſeruis in ſcholam, qui Capſarij [a] dicebantur, nam hunc forenſem morem attigit Iuuenalis Satyra. 7.

Speculatores Capſa.

Capſarij.

Dic igitur quid Cauſidicis ciuilia præſtent
Officia, & magno comites in faſce libelli.

Et idem Satyra decima:

Quẽ ſequitur Cuſtos anguſtæ vernula capſæ.

Qui locus facit, vt credã verũ eſſe, quod diximus, Cuſtodes capſarum eſſe aſſeruatores, qui ſi in iniuncto munere haberẽt, videre ne colluſio cõmitteretur, Speculatores, vt eſt in loco Ciceronis ſupra allegato, ſi monerẽt prætermiſſorum à tergo, Monito-

Monitores, ſi actionem etiam adiuuarẽt, ſubeundo periculi forenſis aleam, Subſcriptores dicebãtur: Nam primariorum Actorũ Inſcriptio, ſecundariorum Subſcriptio, vt aliàs dicemus libro 4. cùm de Accuſatorũ coitionibus verba faciemus. Subſcriptores Reis datos nõ memini, ſed Accuſatoribus tantùm. Aſconius in argumento Scauranæ: Subſcripſerunt Triario in Scaurum Q. L. M. Fab. & Q. Pacuuij fratres cognomine Claudij. Cicero pro Fonteio, vbi præceſſiſſet mentio de M. Pletorio primario Accuſatore, ſubijcit: Aut ſi non poterit, M. Fabiũ Subſcriptorem eius rogabimus vt Allobrogum animos mitiget. Hos iã cauſæ Adiunctos vocamus etiam in priuatis litibus. Plini. Secundus libro 5. ad Seuerum epiſt. 1. Poſt hæc ille ſubſcripſit Centũuirale iudiciũ, mecum tamen non ſubſcripſit. His in litibus niſi libello ſubſcribunt omnes, qui ſimul petunt aut excipiunt, aliàs non benè reciperetur. Traianus Cæſar ad Plinium lib. 10. de Chriſtianis loquens: Sine auctore propoſiti libelli, nullo crimine locum habere debent, nam & peſſimi exempli

Subſcriptores.

Inſcriptio.

Subſcriptio.

Adiuncti cauſæ.

exempli,nec noſtri ſæculi eſt. Ex Subſcriptorib' vnus erat,qui agebat,reliqui quaſi ſuccinebant,ſeruiebant,lenocinabãtur. Cicero in Diuinat. Eſto ipſe nihil, nihil poteſt, at venit paratus cum Subſcriptoribus exercitatis & diſertis : Eſt tamen hoc aliquid, tametſi nõ eſt ſatis, omnibus rebus is, qui princeps in agẽdo eſt, ornatiſſimus & paratiſſimus eſſe debet. Cornelius Nepos de Pompeio Attico:neminem ſuo nomine neque ſubſcribens accuſauit. Rarum autem erat,vt vnus Accuſator ſine Subſcriptoribus diceret: nam ſi ſibi nõ apponeret Cuſtodes aut Subſcriptores,erãt qui ambibãt plurimi ex Cauſidicis, vt in aliquo nomine eſſent, atque ità ſuam induſtriolam populo commendarent. Idem Cicero in Diuinat. In tantáne vobis videor eſſe inopia amicorũ, vt mihi non ex his quos mecum adduxerim, ſed de populo Subſcriptor addatur? cùm paulò antè ibidem:Quartum quẽ ſit habiturus nõ video, niſi quẽ fortè,ex illo grege Oratorum, qui Subſcriptionem ſibi poſtularunt, cuicunq; vos delationem dediſſetis. Fuit enim aliquid Coriphæis

illis

illis Oratoribus ſubſcribere: nã cùm certa ſpes eſſet victoriȩ, gloriolæ pauxillũ indè aucupabantur. Nonnunquã etiam partem præmij, quod victoribus lex dabat, *Præmiũ Accuſatorum.* conſequebantur Aſconius in Milon. Milo poſtero die factus reus ambitus apud Manlium Torquatum abſens damnatus eſt. Illa quoque lege Accuſator fuit eius Appius Claudius, & cùm ei præmiũ lege daretur, negauit. Poſt paucos dies quoque Milo ad Fauonium Quæſtorẽ de ſodalitijs damnatus eſt, accuſante P. Clodio Neratio, cui præmium lege datũ eſt. Arbitraria erãt Accuſatorum præmia. Tacitus lib. 16. *Arbitraria Accuſatorum præmia.* Accuſatoribus Eprio & Coſſutiano quinquagies ſeſtertium ſingulis, Oſtorio duodecies, & quæſtoria inſignia tribuuntur. Et ſæpiſſimè apud eundem inueniuntur datæ ædes & prædia &cæt. Nam libro decimoſeptimo ſic ſcribitur: Nec minus prȩmia Delatorũ inuiſa, quã ſcelera, cum alij Sacerdotia, & Conſulatus vt ſpolia adepti, Procurationes alij & interiorem potentiam agerent. Sed præmiorum hiſtoria differetur in quartum: *A quo dabatur ius Subſcribendi.* Porrò ius ſubſcribendi dabatur à

Præto-

Prætore, & Iudicibus, ſicut ius deferendi, accuſandique, vt patet ex Ciceronis loco. Datam autem delationem fuiſſe argumēto maximo ſunt Diuinationes de Accuſatoribus conſtituendis: Nã cùm in publicis iudicijs cuiuis pateat deferendi ius, quia publica quæratur vindicta, ideò contentiones in tranſlationibus, & iudicij legitimi prælusionibus, qui ſuã delationem ablaturus ſit. Cic. 3. act. in Verrē: Quod meum factum lectiſſimi viri, atque ornatiſſimi, quo in numero è vobis complures fuêre, ità probauerunt, vt ei qui Quęſtor iſtius fuiſſet, & ab iſto læſus inimicitias iuſtas perſequeretur, non modo deferendi nominis, ſed ne ſubſcribēdi quidem, cùm id poſtularent, facerent poteſtatem. Plinius lib. 3. ad Macr. Legati prouincię Bęticæ queſturi de Proconſulatu Cæcilij Claſſici Aduocatum me à Senatu petierunt. Idem lib. 2. ad Arrianum, de cauſa Priſci: Ego & Cornelius Tacitus, adeſſe Prouincialibus iuſſi &c. Hactenus ergò perſonæ quædam in ſubſellijs collocatæ, quas ideò Tullius pro Flacco Conſeſſores Accuſatorum aut Reorum vocat: Nam

Diuinationes in delationibus.

Conſeſſores.

Nam Patroni ſtantes agebant, quãuis de ſubſellijs ſurgerẽt: ad quos antequã tranſeamus, quædam de Aduocatis Paralippomena in Corollarij vicem adiungantur, vt ſic commodè locus totus concludatur. Numeraueramus inter Aduocatos Laudatores, & Deprecatores, ad quę pertinẽt, quæ Aſconius pro Scauro ſcripſit. Laudauerunt Scaurum Cõſulares nouem, quorum magna pars per tabellas laudauerũt, qui aberant, inter quos Cn. Pompeius quoque, nam quòd erat Proconſul, extra vrbem morabatur, vnus præterea adoleſcens laudauit: Frater quoque eius Fauſtus Cornelius Syllæ filius. Is in laudatione multa humiliter, & cum lachrymis loquutus, non minus audientes permouit, quàm Scaurus ipſe permouerat, ad genua Iudicum, cùm ſententiæ ferrentur, prouolutus. Idem: Bifariam ſe diuiſerunt, qui pro eo rogabant, ab vno latere Scaurus ipſe, M. Glabrio ſororis filius, & Paulus, & Lentulus Lẽtuli Nigri Flaminis filius, & L. Æmilius Bucca filius, C. Memnius Fauſta natus ſupplicauerũt. Ex altera parte Sylla Fauſt⁹ frater Scauri, C. Aronius

Laudatores & Deprecatores.

N Limo,

Limo, cui Fauſta ante paucos menſes nupſerat, dimiſſa à Memnio,& Titus Peduceus, C. Cato & M. Alena Sportianus. Quod autem dicit Pompeium Proconſulem extra vrbem moratum, id etiam eſt in ff. titulo de officio Proconſulis. Tranquillus in Auguſto, de cauſa Aſprenatis: Sedit in ſubſellijs per aliquot horas, verùm tacitus, & ne laudatione quidem Iudiciali data. Huiuſmodi potentiorum aduocatio ad commendationem Reorum per D. Claudium edicto ſublata eſt, vt eſt apud Impp. Diocletia. & Maximinian. titul. C. Ne liceat potentioribus patrocinium litigãtibus præſtare, vel actiones in ſe transferre, propoſita pœna, ipſius cauſæ iactura, qui in edictum commiſiſſent. Pompeius l. lata 3. Conſulatu ſuo has peregrinas, & publicas Reorum laudationes antè ſuſtulit, in quam tamen ipſe primus commiſit [3], cùm Reum Munacium Iudicibus commendauit.

Laudatio Iudicialis.

Potentiorum Aduocatio abrogata.

COROLLARIVM
ad Caput quartum.

1. Cuſtodum Forenſium) *Plura hûc adferre poſſem de Cuſtodibus, ſed ſufficiet Lectorem remittere ad fontem, ad Andream Tiraquel. l. 15. Connubialium ſuarum.*

2. Capſarij dicebantur) *Explicat Vlpianus in l. ſi collactaneus ff. de manu. vindict. Capſarium qui portat libros, & in hac ſignificatione vſurpatur à Sueton; in Nerone. Dicuntur & Capſarij l. 3. §. vltimo de offic. Præfect. vigilum, qui mercede conducti ſeruanda in balneis veſtimenta ſuſcipiunt, à capſis, quibus ea includebant.* Capſarij.

3. In quam primus commiſit) *Hanc commendationem Cato Vticenſis, qui ei iudicio præerat admotis ad aures manibus legi non eſt paſſus, auctor Plutarchus in eius vita. Adde Valer. Maxim. libro 6. cap. 2.* Cato.

ARGVMENTVM.

¶ De Oratoribus, & Rhetoribus, eorum ortu, progreſſu, & differentia.

Caput 5.

VT Cognitores cunctanter primùm recepti ſunt, ità ijs multò ſeriùs Oratores, illos peritia forenſis, & vſus litium gerẽdarum habitu cõfirmatos, hos dicendi audax elegantia, tractandorũque Oratores.

animorum artifex lingua, eò prouexit, vt neceſſaria eorũ profeſſio foro videretur. Itaque ij quorum lingua conducebatur, ad explicandam Iudicibus cauſam, eandemque perſuadendam tùm rationibus, tùm motibus concitatis, in initio naturæ ſolius dotibus freti, operam quamuis rudem exigentibus præſtabant, nulliſque præceptis inſtructi, quò natura, ingeniúmue duceret, ſequebantur. Tandem dicendi virtutes inſigniores, & motuum ciendorũ ſchemata, paulatim adnotata ſũt, & à poſteris maiores imitatis, in vſum traducta ſunt, donec tã multa obſeruata ſint, vt ex ijs præcepta fierent, neque videretur bene dicere, qui contempto ritu ſecus diceret. Ex præceptis verò tãdem ars conflata eſt, quã Eloquẽtiam Oratricem, *Rhetorica.* dicendique artem Latini, Græci Rhetoricen appellauêre, quæ primũ cõtempta, *S. C. contra Rhetores.* damnata prohibitaque eſt, tàm Cenſorio edicto quàm Senatuſconſulto. Huius verba deſcripſit primùm Sueto. in libello de claris Rhetoribus, quæ eadem Gell. [1] lib. 15. repetiuit. Hęc autem ſunt: C. Fannio Strabone, M. Valerio Meſſ. Conſſ. M. Pom-

Pomponius Prætor Senatum conſuluit, quod verba facta ſunt de Philoſophis, & Rhetoribus, de ea re Senatuſconſulto ità cenſuerunt, vt M. Pomponius Prętor animaduerteret, curaret, vt ſi ei è Republica fideque ſua videretur, vti Romę ne eſſent. Edicti verò Cenſorij hæc: Cn. Domitius *Edictum.* Ænobarbus, Liuius Licini⁹ Craſſus Cēſſ. ità edixerunt: Renũciatum nobis eſt, eſſe quoſdã homines, qui nouum genus diſciplinæ inſtituerunt, apud quos iuuentus in ludos conueniat, eos ſibi nomẽ impoſuiſſe Latinos, Rhetores, ibi homines adole- *Rhetores.* ſcentulos totos dies deſidere. Maiores noſtri, quę liberos ſuos diſcere, & quos in ludos itare vellent, inſtituerunt: Hæc noua, quæ præter conſuetudinem ac morẽ maiorum fiunt, neque placent, neque recta videntur, quapropter & ijs, qui eos ludos habẽt, & ijs qui eò venire conſueuerunt, videtur faciundũ, vt oſtendamus noſtram ſententiam, nobis non placere. Hactenus *Ratio Edicti.* Edictũ. Cuius ſui edicti reddit rationem idẽ Craſſus dialogo 3. de Oratore: quòd ſcilicet nihil præter impudentiam illi docuiſſent Rhetores, quàm propagari in ci-

uitate prudente, videnteque Cenſore, nefas eſt. Vocabantur Scholaſtici, Rhetores iſti apud Tacitum, qui lib. de Oratoribus, de iſtis Ludimagiſtris ità malè ſcribit, vt pridem illi veteres antè ſanxerant. Taciti verba ſunt hæc: At nũc adoleſcentuli noſtri deducuntur in ſcenam Scholaſticorum, qui Rhetores vocantur, quos paulò antè Ciceronis tempora extitiſſe, nec placuiſſe maioribus noſtris ex eo manifeſtum eſt, quod M. Craſſo, & Domitio Cenſſ. cludere (vt ait Cicero) ludum impudentiæ iuſſi ſunt, vbi huius gentis tota profeſſio damnatur. Idem Tacitus ibidem: Nam lucroſæ huius, & ſanguinantis Eloquentiæ vſus recens, & malis moribus natus, atque, vt tu dicebas Aper, in locum teli repertus: Vbi dicendi artem non ita veterem non potuit contumelioſiùs tractare, & appellare, quàm telum cruentum, & ſanguine ciuium madens. Eadem ferè ſcribit in Catone Cenſorio Plutarchus, vbi multa diſputantur contra Græcos & Philoſophos. Differre autem Oratorem & Cauſidicum à Rhetore docet manifeſtè Martial. lib. 1.

Scholaſtici.

Eloquẽtia telum cruentũ.

Differũt Cauſidicus & Rhetor.

Dum

Dũ modò Cauſidicũ,dũ te modò Rhetora fingis
Et non decernis, Taure, quid eſſe velis.

Poëtę certè Rhetores & Grammatici Liuio & [2] Ennio antiquiores non fuerunt: Ideò profeſſio illa, vel teſtibus Plutarcho, Tacito, & Suetonio, non erat admodum vetus illorum temporibus. Iſti ergò Magiſtri ſcholarũ Tyrones præceptis inſtructos, domique condocefactos ad Forum fœlicius ingrediendum, comparabant, vt non immeritò, iactetur prouerbium, fieri quem Oratorem, Poëtam naſci, quòd Oratoria maximè præceptis, Poëſis natura iuuetur. Ii non tantùm inſtituendæ iuuentuti, informandæque præceptis domi vacabant, ſed & cauſas aliquandò actitabant, vt C. Albutius Silus & alij. Sępiùs verò Acturis in foro actiones ſcribebant. Cicero in Diuinatione: Si mihi hodiè reſpondere ad hæc, quæ dicam, potueris, ſi ab iſto libro, quem tibi Magiſter ludi, neſcio quis, ex alienis orationibus compoſitum dedit, vno verbo diſceſſeris, poſſe te, & illi quoque iudicio non deeſſe, & cauſæ, atq; officio ſatisfacere, arbitrabor. Sueton. in libro de

Prouerbium.

Rhetores in foro.

Rhetores Acturis actiones vendebant.

claris Rhetoribus: Lucius Plotius Gallus, Cratino accuſaturo M. Cælium de vi, Actionem ſcripſit, quem ob id Cælius hordearium Rhetorẽ, id eſt, inflatum, leuem, & ſordidum in morem hordei vocauit. Quod & Græci Rhetores factitarunt, apud quos nõ licebat procuratorio nomine agere. Fabius lib. 2. ca. 16. Socrates inhoneſtam ſibi reddidit Orationem, quam ei Lyſias reo compoſuerat: Et tum maximè ſcribere Litigatoribus, quæ illi pro ſe ipſi dicerent erat moris, atq; ità iure, quo non licebat, pro alio agere fraus adhibebatur. Fuit tamen gens Rhetorum humilis ſemper, vt abierit in prouerbiũ, quod in ore eſt omnium, factum eſſe quem de Conſule Rhetorem, qui Fortunæ maleficio à ſummo dignitatis gradu, ad infimam vitæ conditionem deturbatus ſit, quaſiq; ad incitas redactus. Iuuenal. 7.

Hordearius Rhetor.

Procuratores non erant in foro Græcorum.

Rhetor de Conſule.

Ad incitas.

Si fortuna volet, fies de Rhetore Conſul,
Si volet hæc eadẽ, fies de Conſule Rhetor.

Dyoniſij Tyranni caſum quis neſcit? qui cum Syracuſis exactus eſſet, Corinthum profugerit, ibique ludum aperuerit. Plinius lib. 4. ad Minutianum: Nunc eò decidit,

Fortuna ludus.

cidit, vt exul de Senatore, Rhetor de Oratore fieret. Quos tibi Fortuna ludos facis? Facis ex profeſſoribus Senatores, ex Senatoribus Profeſſores. Ex quo apparet quã miſera ſit cathedrarũ conditio, quàm puluis ille ludorum obſit captãtibus maiora. Ità in omni genere diſciplinarum actio ipſa quàm cognitio fœliciores ſortitur ſucceſſus, pinguioreſque habet aſſertores Praxis quàm Theoria. Iſti Rhetores nonnunquam, more Clientium ſportulas captantium, ciuium primariorum domos colebant, eorumque liberos erudiebant, declamantibus aderant, vitiorum admonebant, honeſta ſeruitute victum quæritantes. Iuuenal. 7.

Cathedrarum conditio.

Praxis & Theoria.

Rhetores potentiorum limina colebãt.

——*Sed vos ſæuas imponite leges,*
Et præceptori verborum regula conſtet,
Vt legat hiſtorias, auctores nouerit omnes
Tanquam vngues, digitoſq; ſuos &c.

Obijcit M. Cicero in Philipp. Antonio ingenti mercede domi habitũ Rhetorem S. Clodium Siculum, his verbis: Tibi & ioci cauſa magiſtrũ ſuffragio tuo & Cõpetitorum tuorum Rhetorem cõceſſiſti, vt in quem vellet diceret, ſalſum omninò

 homi-

hominem, ſed materia facilis & in tuos dicere. At quanta merces Rhetori data eſt, audite P. C. & cognoſcite Reipublicæ vulnera: duo millia iugerum campi Leontini Sexto Clodio Rhetori aſſignaſti, & quidem immuni, vt tanta mercede nihil ſapere diſceres. Facit ad arguendam amplius ſcholarum miſeriam, quod ſcribit Martialis 1. ad Flaccum:

Quid petis à Phœbo? nūmos habet arca Mineruæ
Hæc ſapit, hæc omnis fœnerat vna Deos.
Quid poſſunt hederæ Bacchi dare? Palladis arbor
Inclinant varias pondere nigra comas.

Et paulò pòſt.

Romanum propius, diuitiuſq; forum eſt.
Illîc æra ſonant, & circum pulpitâ noſtra,
Et ſteriles cathedras, baſia ſola crepant.

Vbi comparat artem dicendi orandíque in foro, quam dicit eſſe lucroſam ſplendidamq;, cū Rhetorica ſcholaſtica, & Poëtica, & reliquis, quæ in ſcholis nullo penè lucro docentur. Receptum autem eſt, Rhetores. vt Rhetores iam & pridem vocentur magiſtri, doctoreſq; artis dicendi, vt fuerunt primi Tiſias & Corax, poſt eos Gorgias & Iſo-

& Iſocrates,& reliqui: Oratores verò,qui non docerent, ſed,quæ ipſi edocti eſſent, in actum vſumq; deducerent: Quanquam Cic. in Oratore ad Brutum, Rhetorẽ vertat eloquentem & Oratorem, qui non alio diſcrimine diſtinguuntur, quàm natali,cùm hic Græcis ſit,ille Romanis. *Oratores.*

CorollariVM
ad caput quintum.

1. Gellius li.15.) *Ad ſubleuandã curioſi Lectoris inueſtigationẽ Gellij locũ c.11. Noct. Att. citauimus.*
2. Liuio & Ennio antiquiores) *Vide Suet. in principio libelli de Illuſtribus Grammaticis.*

ArgvmentVM.

¶ De munere, & analogia Oratoris, Fori veteris maieſtate,& Adoleſcentum Accuſationibus.

Caput. 6.

AMplivs eſt Oratorum munus, quàm Patronorũ: hi in cauſis agendis tantùm occupabantur, illi è Foro aliquando excedunt in Roſtra concionem habituri ad Populum,in Senatũ ſententiam dicturi, ludunt nonnunquam ad oſtentationem orationes epidicticas, encomia, nænias, aliaque argumenta iucunda magis, quàm ſeria. Quid multis? *Orator à Patrono differt.*

In tribus

In tribus cauſarum generibus, Demonſtratiuo, Deliberatiuo, & Iudiciali verſantur, cùm hi ſeſe in tertio exerceant tanquam eius ſeptis & cãcellis concluſi. Obeunt illi ad exteras gentes legationes, in quibus, ſi bellum indicunt, aut inimicitias denuntiant, res repetunt Legati, & Fœciales vocantur: ſi pacem expoſcunt, veniam orant, fœdus rogãt Oratores, tanquam ſupplices, & amici legati dicuntur. Vergil. 7. Æneid.

Legati et Fœciales.

Tũ ſatus Anchiſa delectos ordine ab omni,
Centũ Oratores, auguſta ad mœnia regis,
Ire iubet, ramis velatos Palladis omnes,
Donaq; ferre viro, pacẽq; expoſcere Teucris.

Q. Curtius [1] lib. 5. Indè triginta Oratoribus ad deprecandum, triſte reſponſum à rege redditur, non eſſe veniæ locũ. Idem lib. 6. Conſilium Græcorum, quid fieri placeret, conſulit, à quo Lacedæmonij nihil aliud, quàm vt Oratores mittere ad regem liceret, precari &c. Ab orando deprecandoq;, quam analogiam puto conſequutos, qui cauſarum Patronos Oratores vocarunt, quaſi cauſa non tam rationibus perſuadenda eſſet, quàm vi orationis, & preci-

Analogia Oratorum.

& precibus artificioſis, animumq́ue mouentibus exorandi Iudices, maximè Romæ, vbi non tam iurati in Iuſtitiæ verba erant,qũa Areopagitæ Athenis,aut nunc apud nos: Nã penè vniuerſum fori artificiũ ſublatũ eſt,relictæq́; ſolę altercatiões, quibus inuicẽ obſtreperent Rabulæ. Venerãda enim Fori veteris maieſtas, quam Conſules,Conſulares,Triumphales,Prętorij, Senatores,cęteriq́; vrbis Principes, eloquentiſſimiq́ue Iuriſconſulti, & Oratores ſuis actionibus auguſtiorem faciebãt,neſcio, quo pacto paulatim imminuta,eoq́; redacta, vt nullis ferè quàm à Rabulis colatur: Quod eleganter diſputatur apud Tacitum in dialogo de Oratoribus, vbi mores cum ſæculis mutantur, & rationes dicendi, cuius rei etiam ibidẽ cauſa adfertur: atque eò rem deueniſſe dicit, vt Oratorum nomẽ vix in Foro retẽtum ſit ſuo ſæculo, ſed paulatìm exoleuerit in Cauſidicos, & Aduocatos, adeò vt ſub Veſpaſiano, Tito, Domitiano, Nerua, Traiano, Impp. vix quiſquam Orator vocaretur in Foro. Verba ſunt Taciti in pręfatione eius dialogi: Noſtra potiſſimum

Areopagitæ.

Veteris Fori maieſtas.

Oratorum nomen quando ex Foro exoleuit.

ætas deſerta, & laude orbata, vix nomen ipſum Oratoris retinet, neque enim ità appellamus, niſi antiquos: horum autem temporum diſerti Cauſidici, & Aduocati, & Patroni, & quiduis potiùs quàm Oratores vocantur. Hactenus Tacitus. Et ſanè hoc noſtro ſæculo, pauci admodum prçter Principũ Legatos, & Chriſtianos Eccleſiaſtas, dignitatem, ſplendoremque veterum Oratorum noſtris oculis referunt. Quid dici aut cogitari potuit auguſtiùs, quàm Cõſulem ex ſella Curuli, circumſtantibus Lictoribus, & Accenſis in prætexta & purpura, pro Reo apud Iudices ſurgere dicturum? At hoc fecerunt Hortenſius, Cicero, Plinius Iunior, & alij plurimi, quanquam hoc magis Forum ipſum, quàm Magiſtratũ decuerit, vt docet Plin. lib. 1. ad Pomp. Falconẽ: Primũ (inquit) quòd deforme eſt, aſſurgere, cui loco cædere omnes oportet, hunc omnibus ſedentibus ſtare, & qui iubere poſſet tacere quemcunque, huic ſilentium clepſydra indici, & quem interfari nefas eſſet, hunc etiam cõuitia audire, & ſi multa pateretur inertem, ſi vlciſceretur inſolentem

Deceatné Magiſtratum cauſarum actio.

lentem videri. Res tamen vſque adeò viſa eſt honeſta, ad gloriam laudemq; comparata, vt ſępiſſimè Magiſttatuum purpura, in foro Soli oppoſita, ſedētium aſtantiumque oculos ſplendore perſtrinxerit. Prima indè adoleſcentibus primarijs Romæ petebatur commēdatio ad populum, vt ſi domi eſſent meditarentur actiones, quas quùm in foro exhibuiſſent, populo de ſe opinionem afferrent, ſe quondam maximè ſalutares fore Reip. ciues. Itaque Craſſus vnum & viginti annos natus, nobiliſſimum hominem & eloquētiſſimum C. Carbonem in iudicium vocauit, vt dicit de ſe 3. de Oratore, vel vt Corn. Tacitus ſcripſit in dialogo de Oratoribus, nouendecim. Idem fecit adoleſcens Marcus ille Antonius: etiam Publij Sulpitij eloquentiam Accuſatio illuſtrauit, cùm ſeditioſum & inutilem ciuem C. Carbonem in iudicium vocauit. Sed cùm duplex eſſet ratio iudiciorum, nam ex Accuſatione & Defenſione conſtat, laudabilior eſt Defenſio, & gratioſior, in adoleſcentibus autem Accuſatio non improbatur, in quam etiam proniores

Adoleſcentes dicendi ſtudioſi.

Mos laudatus.

Defendere quàm accuſare laudabilius.

erant, vt docetur 2. Officiorum. Fabius libro 12. ca. 7. eleganter: Principes in Republica viri non detrectauerũt hanc officij partẽ: creditiq; ſunt etiam clari Iuuenes obſidẽ Reip. dare malorum ciuiũ accuſationẽ, quia nec odiſſe improbos, nec ſimultates prouocare, niſi ex fiducia bonæ mentis videbantur. Idq; cum ab Hortenſio, Lucullis, Sulpitio, Cicerone, Cęſare, plurimis alijs, tùm ab vtroque Catone factum eſt. quem morem commẽdat Plutarchus ad initium Luculli ſui. Cicero in Diuinatiõe videtur triplex hominũ genus, Accuſationibus impediri ſolitum ſtatuiſſe his verbis: Atque is nõ tam propter Verrem laborat, (de Hortenſio loquens) quàm quòd eum minimè res tota delectat: videt enim, ſi à pueris nobilibus quos adhuc eluſit, ſi Quadruplatoribus, quos non ſine cauſa contempſit, ſemper ac pro nihilo putauit accuſandi voluntas ad viros fortes, ſpectatoſque tranſlata ſit, ſe in iudicijs dominari non poſſe. En, illo in loco Adoleſcẽtes, Quadruplatores, & Viros cõfirmatos in Oratoria Accuſatiõibus obeundis conſtituit. Aliàs frequẽtius

Accuſatorũ triplex genus.

Centum-

Centumuiralibus litibus, in quibus tutiùs, quid poſſent, experirentur, ſeſe exercebant. Plinius lib. 2. ad Maximum: Verum opinaris, diſtringor Centumuiralibus cauſis, quæ me exercent magis, quàm delectant: Sunt enim pleræque paruæ & exiles, rarò incidit, vel perſonarum claritate, vel negotij magnitudine inſignis. Ad hęc perpauci, cum quibus iuuet dicere, cæteri audaces, atque adeò magna ex parte adoleſcentuli, obſcuri, ad declamandum hûc tranſeunt tàm irreuerenter, & temerè, vt mihi Attilius noſter expreſsè dixiſſe videatur, ſic in Foro pueros à Cẽtumuiralibus cauſis auſpicari, vt ab Homero in ſcholis: Nam hîc quoque, vt illìc, primum cœpit eſſe, quod maximum eſt. At herclè ante memoriam meam (ità maiores natu ſolent dicere) ne nobiliſſimis quidem adoleſcẽtulis locus erat, niſi aliquo Conſulari producente, tanta veneratiõe pulcherrimum opus colebatur: Nũc refractis pudoris, & reuerẽtiæ clauſtris, omnia patent omnibus, nec inducũtur, ſed irrũpunt. Hactenus ille: Quem veterem morem de Tyrocinio interpre- *Adoleſcentes in Centumuiralibus.*

tamur: Nam quod Quintilianus dicit: Demoſthenem adhuc puerum, actiones pupillares habuiſſe, hoc ad Græcos, non Romanos mores pertinuit: Romæ enim in prætexta puerili, nemo agit in Foro Iudiciali. Nam quod idem dicit, Auguſtum prætextatum duodecim natum annos auiam pro Roſtris laudaſſe, & Tranquillus narrat, egiſſe Tyberium nono ætatis anno, id ad iudicium nihil pertinet, cùm oſtentationis gratia ſint hæ declamationes comparatæ, nec quiſquam propterea de capite, aut fortunis periclitetur. Itaque pueris cauſæ iudiciales non committebantur, cùm pueritia pares annos numero habeat annis prætextæ, exporrigitur enim ad decimum ſeptimum ex inſtituto Seruij Tullij Romanorum Regis quarti, à quo ad quadrageſimum ſextum iuuenta, hînc ad rogum ſenectus, Teſtis Tubero apud Gellium libro decimo capite penultimo.

Orationes ad oſtentationem.

Pueritia anni.

Iuuenta.

Senectus.

Corol-

Corollarivm
ad Caput ſextum.

1. Q. Curtius) *Has Curtij auctoritates ab auctore noſtro inſertas hûc & multis in locis alijs prætermittere noluimus, licet parum ponderis ad Hiſtoriam noſtram habere viderentur, cùm Curtius Romanorum geſta non deſcribat, ſed Alexandri Macedonis, neque enim id ei licere putabam, qui operis incrementum, & perfectionem meditabatur.*

Argvmentvm.

¶ De Tyrocinio, depoſitione Prætextæ, & ſumptione virili. togæ, & pompa, quæ fiebat, de contubernio adoleſcentum cum viris principibus, & de Prætoris edicto de poſtulando.

Caput 7.

ANNO ergò decimo ſeptimo, quo die depoſita puerili Prætexta toga[1] virilis ſumebatur, Tyrocinium cauſarum agendarum in foro auſpicabatur: Sic enim vocãt ingreſſum illum in forenſem profeſſionem, metaphora à Caſtris ducta, vbi Tyrones diem ſui Tyrocinij etiam habent. Fab. lib. 12. Non differendum eſt Tyrocininm in ſenectutem. Dies etiam Prætextæ, quo Tyrones forenſib⁹ ſacris initiabãtur Tyrociniũ dicebatur.

Tyrocinium Fori.

Dies togæ & Tyrocinij.

Tranquillus in Tyberio: Neronē & Druſum Patribus commendauit, diemq́ue vtriuſque Tyrocinij congiario Plebi dato celebrauit. Sumebatur autem toga Prætexta ad initium decimi ſeptimi. Idem in Auguſto: Quadrimus patrē amiſit, duodecimum annum agens auiam Iuliam defunctam pro Concione laudauit, quadriennio pòſt virili toga ſumpta, militaribus donis triumpho Cæſaris Africano donatus eſt. Aliquando etiam decimus ſeptimus non expectabatur, ſed citiùs ex permiſſu Principis [2] more cõtempto togam ſumebant. Idem ibidem: Liberis Senatorum, quo celeriùs Reip. aſſueſcerent, protinùs virilem togam, latum clauū induere, & Curiæ intereſſe permiſit. Id fortaſſis ſequutus eſt Pretor, cùm in edicto ſuo de poſtulãdo, decem & ſeptem annis natos ad poſtulandū admittit, niſi quod eos in totum vult eſſe completos, cùm olim ſatis fuerit attigiſſe, non exegiſſe. Mirū autem eſt in Procuratore [3] & Cognitore deſideratum fuiſſe quintū & vigeſimum, vt docent Iuriſconſulti. Deponebatur autē Prætexta in Capitolio, ſi licebat. Idem in Clau-

Prætexta.

Prætoris edictum.

Prætexta in Capitolio deponebatur.

in Claudio: Togæ virilis die circa mediam noctem, ſine ſolemni officio lectica in Capitolium delatus eſt. Aliâs alibi, & ſeriùs decimo ſeptimo. Idem in Caligula: Tranſijt ad Antoniam auiam, & vndeuigeſimo ætatis anno accitꝰ Capreas à Tyberio vno & eodem die togam ſumpſit, barbamque poſuit, ſine vllo honore, qualis cõtigerat Tyrocinio fratrum eius. Magnam autem fuiſſe pompam illius honoris credo, quòd eo nomine plurimùm lætati ſunt Arpinates. Cicero ad Atticum lib. 9. Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus Arpinæ potiſſimũ togã purã dedi, idque Municipibus noſtris fuit gratum. Trãquillus in Nerone: Deductus eſt in forum Tyro, Populo Cõgiarium, Militi Donatiuum propoſuit, indicta decurſione: Nam deductio admodum ſolemnis erat, vbi non minùs pompæ quàm in noua nupta. Fiebat autem à primarijs viris. Plinius ad Maximum: In foro ne nobiliſſimis quidem adoleſcentibus, locus erat, niſi aliquo Conſulari producente. Tranquillus in Auguſto: Rurſùs tertium decimum Conſulatũ biẽnio pòſt vltrò petijt,

Pompa Tyrocinij.

Deductio in Forum.

vt Caium & Luciū filios,ampliſſimo prę-
ditus magiſtratu in forum ſuo quemque
Tyrocinio deduceret.Fiebat aūt à prima-
rio parente,vt apparet ex ſuprà allatis exē
plis de Cicer.& Auguſto. Idem in Tybe-
rio: Romā reuerſus filium Druſum in Fo-
rum deduxit. Et quo die Iulius cæſus eſt
in Senatu, Caſſij filius magna comitatus
pompa poſt ſumptam virilem togam in
forum deducebatur: Plutarchus in Bru-
to. Conuocabantur autem omnes ferè
amici, & Clientes quorū frequentia ho-
noratior erat deductionis comitatus. Pli-
nius lib.1.ad Minutium:Nam ſi quem in-
terroges, hodiè quid egiſti? reſpondeat,
officio virilis togæ interfui. Et aliquando
eodē die, vbi initiati eſſent, grauiſſimas
cauſas ſuſcipiebant. Valerius libro 5. M.
Cotta eo ipſo die, quo togam ſumpſit
virilem, protinùs vt è Capitolio deſcen-
dit,C. Carbonem, à quo pater eius dam-
natus fuerat, poſtulauit. Hînc illud Fa-
bianum libro duodecimo: Quem iuue-
nem teneriſque adhuc viribus nitentem
in forum deduximus &c. Habet enim
deducere tacitū pompæ inceſſum, quan-
quam

Comitatus deductionis.

Tyrocinij die grauiſſimæ cauſæ agebantur.

Deducere.

quam producere, & inducere Plinius in ea re vſurpet. Poſt prætextam puerilem depoſitam dabantur in contubernium [4] viris magnis & grauibus, in quos tanquam in exemplar intuiti, Tyrocinium ſuum componerent, fingerentque ſibi ea quæ in reliquo vitæ curſu ſeruarent. Tacitus in libro de Oratore: Ergò ad maiores noſtros iuuenis ille, qui foro & eloquentię parabatur, imbutus iam domeſtica diſciplina, refertus honeſtis ſtudijs educebatur à patre, vel propinquis ad eum Oratorem, qui principem locum in ciuitate tenebat, hunc ſectari, hunc proſequi, huius omnibus dictionibus intereſſe, vtque ſic dixerim, pugnare in prælio diſceret. Magnus ex hoc vſus, multum conſtantiæ, plurimum iudicij iuuenibus ſtatim contingebat, in media luce ſedentibus, atq; inter ipſa diſcrimina &c. Cic. in dialogo de amicitia: Ego autem à patre ità eram deductus ad Scæuolam, ſumpta virili toga, vt quoad poſſem & liceret, à ſenis latere nunquam diſcederem. Idem ſecũdo Officiorum: Facillimè autem & in optimã partẽ cognoſcuntur

Contuberniũ Principium.

adoleſcentes, qui ſe ad claros & ſapientes viros benè conſulentes Reipub. contulerunt, quibuſcùm ſi frequentes ſunt, opinionem afferũt Populo, eorum fore ſe ſimiles, quos ſibi delegerãt ad imitandum. P. Rutilij adoleſcẽtiam ad opinionem, & innocentiæ & iuris ſciẽtiæ P. Mutij commendauit domus. Hûc pertinet ſanctiſſima & pulcherrima Iulij Cęſaris Cõſtitutio, qua ſanxit, ne quis Senatoris filius, niſi Contubernalis aut Comes Magiſtratus, peregrè proficiſceretur, vt teſtis eſt Suetonius. Ad quem morem, vt apud virum principem aliquem, tanquam apud Pędagogum, exigerent Tyrociniũ Adoleſcentes Romani, alluſit Vergilius libro 8. Æneid. vbi Euander filium Pallanta Æneæ committit in re bellica inſtruẽdum:

Cæſaris Conſtitutio.

Hunc tibi præterea ſpes, & ſolatia noſtri
Pallãta adiungã, ſub te tolerare magiſtro
Militiam, & graue Martis opus, tua cernere facta
Aſſueſcat, primis et te miretur ab annis.

Quam iuuentutis Pædiam, vt prudentiſſimè inſtitutam, quis eſt tã inimicus conſilio & moribus bonis, qui reprehendat? quam

quã ex parte aliqua tenemus: Adoptãtur enim iã nobiles pueri in comitatũ, & familiam cuiuſq; procerũ, vbi vſq; dũ ex ephæbis excedant arctiſſimo famulitio diſtinentur, Pageos vulgus vocat, quòd fortaſſis pagani ſunt, rudeſque morum aulicorum & caſtrenſium, cùm in aulam deducuntur. Locus eſt elegans & aptus ad hanc rem apud Q. Curtium lib. 8. Alexandrinæ hiſtoriæ in hæc verba: Moris erat (ait) Principibus Macedonũ, adultos liberos Regib⁹ tradere ad munia nõ multũ ſeruilibus miniſterijs abhorrentia. Excubabant ſeruatis noctium vicibus proximi foribus ædis, in qua Rex acquieſcebat. Per hos pellices introducebãtur alio aditu, quàm quem armati obſidebant. Idẽ acceptos ab Agaſonibus equos, cùm Rex aſcenſurus erat, admouebãt, comitabanturque & venantem & in prælijs omnibus artibus ſtudiorum liberaliũ exculti. Pręcipuus honor habebatur quod licebat ſedentibus veſci cum Rege: Caſtigãdi verberibus eos nullius poteſtas præter Regem erat. Hæc cohors velut ſeminarium Ducum Præfectorumque apud

Pagei Principum.

Macedones fuit, hînc habuêre poſteri, Reges, quorũ ſtirpi per multas ætates Romani opes ademerunt. Seſe autem adiungere alicui ad obſeruãdos eius mores, effingendoſque Latini dicunt aſſectari [5], ſectari, colere, quamuis in ff. aſſectari virginẽ in peſſimã recipiatur partẽ, pro attendere virginis pudicitiã. Quintil. apud Plinium: Aſſectabar Domitium Afrum. Tacitus in dialogo de Oratoribus: Quos ego in iudicijs non vtriſque modò ſtudioſè audiebam, ſed domi quoq; & in publico aſſectabar. Quod Cic. in Orat. pro Archia dicit colere, vndè & Aſſeclę: Sectari etiam idem ibidẽ: Iam verò iuuenes in ipſa incude ſtudiorum poſiti, qui profectus ſui cauſa Oratores ſectabantur, non ſolùm audire, ſed etiam referre donum aliquod illuſtre & dignũ memoria volunt. Cæterùm qua ratione mores primùm nõ receperunt ante diem togæ Tyrocinium forenſe, & tandem ſuo edicto id vetuit Prætor: eadem idem Prætor ab agendo, poſtulandoque mulieres remouit, contra illos ętas rebus agendis inepta, contra has ſexus imbecillitas: quamuis anteà mores

Aſſectari.

Sectari.

Mulieres è foro remotæ.

ſine

ſine diſcrimine temerè viros & mulieres admitterent, vt etiam multæ contra pudorem ſexus, & decorum cauſas ſuas confidentiſſimè perorarint. Iuuenalis Satyra ſexta.

Nulla ferè cauſa eſt, in qua nō fœmina litē
Mouerit, accuſat Manilia, ſi rea non eſt,
Componunt ipſæ per ſe, formantq́ libellos,
Principiū, atque locos Celſo dictare paratæ.

Fuerūt enim quædam Androgynę[6], quę animo, ingenio, viribus, cœptis, auſis viri eſſent, nihilque muliebre retinerent, præter ſexus inſigne, vt cōtrà viri quidam ità molles, anguſto, fractoque animo, vt cùm nihil viri, præter virile, haberēt, meritò hæc audiant: *Androgynæ.*

O verè Phrygiæ, neque enim Phryges.

Et illud Ennij:

Vos etiā iuuenes animū geritis muliebrem
Illaq́ virgo viri.

Taceo Amazones, Camillas, Chœlias veteris memorię: noſtræ verò, aut patrū Ioannam Aurelianā & Bonā Mediolanenſem: nā fori cancellos, quos mihi circūdedi, nō egrediar. Sēpronia mater Gracchorū eloquētiſſima fuit, q̄ filios ad eloquētiā infor-

informauit, & erudiuit. Anneſia item & Hortēſia Q. Hortenſij filia. Sed C. Afrania poſteras excluſit, cùm ſuo impudenti latratu tribunalia omnia exerceret, huius comploratus, proiectuſq; pudor cauſam Prætoris edicto de poſtulando attulit, vbi C. Afrania pro Calphurnia dudùm repoſitum eſt. Ità neſcio quo pacto ſanctiſſimum Pompilij Numæ circa mulieres in officio & modeſtia continendas inſtitutum antiquatum abuſu poſterorum fuerat, vt edicto honorario reuocandum fuerit: Nam adeò nouum, inuiſumque erat mulierem in foro audire, cauſam corā dicere, vt idem Numa, cùm hoc accidiſſet, Deos conſuluerit, quidnam hoc portenti Romanis minaretur, auctor Plutarchus in comparatione Numę & Licurgi.

C. Afrania.

Numæ inſtitutum.

COROLLARIVM.
ad caput ſeptimum.

Libera toga.

1. Toga virilis) *Hūc pertinet, quod hæc toga etiam libera dicitur apud Propertium.*

Martis & ante Deos libera ſumpta toga eſt.

Quam etiam Liberalibus induere ſolebant pueri in honorem Liberi patris .i. Bacchi. Ouidius.

Reſtat vt inueniam, quare toga libera detur,
Luce geri pueris candide Bacche tua.

Et pau-

Et paulò poſt:

Siue quòd es liber, veſtis quoque libera per te
Sumitur, & vitæ liberioris iter.

Cæterùm nec hoc omitti debet, quod in ſumptiõe huius, prænomina pueris imponebantur, Auctor Q. Scæuola apud Valeriũ in epito. lib. 10. Pueris (inquit) non priuſquam togam virilem ſumerent, puellis non antequã nuberent prænomina imponi moris fuiſſe: Quod ex Capitolino etiã probari poteſt. *Pueris quando nomina imponebantur.*

2. Sed citius permiſſu Principis) *Sic M. Antonius togam virilem ſumpſit decimo quinto ætatis anno, vt auctor eſt Iulius Capitolinus. Item Corn. Tacitus, ſcribit togam virilem Neroni maturatam, quò capeſſendæ Reipub. idoneus videretur. Sic horum exemplo, venia ætatis nunc temporis à principe impetratur: Vnde tit. lib. 2. C. de ijs qui veniam ætatis impetrauerunt. Sic etiam in magiſtratibus obeundis, quidam per populum olim ſoluebantur legibus annalibus, quorum exempla multa refert Cice. in 5. Antoniana. Hinc illud Scipionis dictum Ædilitatem petentis, cuius in Comitijs nullam habendam eſſe rationem dicebant Trib. Pleb. ob ætatis legitimæ defectum, quæ erat annorum 37. Si me (inquit) omnes Quirites Ædilem facere volunt, ſat annorum habeo.* *Venia ætatis.* *Soluere legibus.*

3. Mirum eſt in Procurat. & Cognit.) *Ad rem facit l. 1. §. initium. ff. de poſtulando. l. minor. de procurat. c. qui generali. §. licet. eodem, in 6. Cur autem ſufficiat ætas minor in Patrono & Teſte, quàm in Procuratore ad lites, ſiue ad iudicia, cauſa eſt, quod Procurator actione mandati tenetur, & condemnatur, quod non ſit in illis.* *Cur in Procuratore maior ætas requiratur.*

4. Daban-

4. Dabantur in contubernium) *De huiuſmodi aſſectatione principum virorum, quæ fiebat ab adoleſcentibus, vt mores eorum formarentur, tam in ſagata, quàm togata militia, elegãs eſt locus apud Plinium epiſt. lib. 8. ad Ariſtonem, qui hûc optimè quadrat, nec aliena ſunt, quæ adfert Valerius Max. lib. 2. de honore impenſo ſenibus à iuuenibus, & de maioribus dantibus exemplum virtutis iuuenibus, & quæ idem Plinius eodem lib. epiſtol. ad Marcel.*

5. Aſſectari, ſectari) *Gellius lib. 10. cap. 5. Percontabar Apollinarem Sulpitium, cùm eũ Romæ adoleſcentulus ſectarer. Aliquando etiam aſſectari in malam partem capitur. Diſcrimẽ ponit Vlpian. inter aſſectari, et appellare in l. item apud Labeonem. §. 17. de iniurijs. ff.*

Aſſectari in malam parti. Appellare.

Viragines.

6. Androgynæ) *Sic venuſtè Viraginem depingit. li. 6. c. de pudicitia Valer. Max. bis verbis: Romanæ pudicitiæ Lucretia, cuius virilis animus maligno errore Fortunæ muliebre corpus ſortitus eſt. Et lib. 3. de Portia Catonis filia. Sic Euripides in Oreſte: ô prædita animo quidem virili, corpore autem inter fœminas eximia. De Androgyno egregium eſt commentum apud Plat. in Conuiuio.*

Androgynũ.

7. Pro Calphurnia) *Vide Alciatum libro 2. parer. capite 37. De mulieribus verò, quæ pro ſe aut alijs apud Magiſtratum cauſas egerunt Val. Max. lib. 8. cap. 3.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

¶ Rurſus de Toga, ac de habitu, & amictu Oratorum, & veterum multa: Ciceronis verſiculus explicatur, & reſtituitur.

Caput. 8.

NVNQVAM ergò in Reorũ periculis, contentioſoq; & iudiciali cauſarum genere prætextati dicebant Oratores, ſed poſt diem virilis togę togati. Huiuſmodi toga pura erat, id eſt, nullo limbo purpureo prætexta, neque picta, vt triumphalis. Plinius maior in 8. hiſtoriæ de C. Cæcilia: Ea primùm texuit rectam tunicam, qua ſimul cum toga Tyrones induuntur nouæque nuptæ. Itaque Toga pro Eloquẽtia Metonymicῶs capitur, in illo ꝑuulgato Ciceronis verſiculo: *Toga Oratorum.* *Toga pro eloquentia.*

Cedant arma togæ, cõcedat laurea linguæ.

Vbi Togam, & Linguã facta Syncriſi rerum Forenſium, & Caſtrenſium pro facundia dixit, quãquam melius legeretur, *concedat laurea laudi*, vt ſcripſit idem auctor in Piſonem, nam ità Forum Caſtris, & vtriuſq; præmia conferrentur: vt enim laurea Triũphalis Imperatoribus armatis, & paludatis re bene geſta, ità laus *Locus Cicer. reſtitutus & explicatus.* *Laurea. Laus.*

Oratori-

Oratoribus togatis debetur. Haberetque verſiculus lepidam antitheſin, quæ amittitur ſi legatur, *concedat laurea linguæ*. Et ſanè Togam malim pro conſilio [1] domeſtico aut otio capere, quàm pro Eloquentia. Iuuenalis Satyra 8. de eodem loquēs Cicerone:

Toga pro conſilio aut otio.

Tantū igitur muros intra toga cōtulit illi
Nominis & tituli.

Vt idem Cicero videtur interpretari 1. Officiorum. Sed ſi vulgatam recipiamus lectionem, cui auctoritatem dederunt inuectiua Saluſtij in Ciceronem, & Quintilianus [2]: Si idem dicitur in priore hęmiſtichio, quod in poſteriore, Toga pro Eloquentia & arte dicendi in Foro, accipienda erit, vt paſſim Imperatores vtuntur in C. tit. de Aduocatis, Togatos appellātes, qui cauſis agendis operam locant, & maximè Impp. Theodoſius & Valent. Thalaſſio Pręfecto Prætorio per Illyricū: Iiſdem (inquiunt) priuilegijs, & immunitatibus potiri Togam illuſtriſſimæ per Illyricum Præfecturæ, quibus fruitur per Orientem Prætorianæ ſedis excelſæ, decernimus. Vbi Toga accipitur pro Magiſtratu

ſtratu iuridicundo præſidente,& minimè caſtrenſi, aut militari. Sed ſequar lectionem aliam,quam receptam facit Cicero, qui poſterius illud hęmiſtichium, *Concedat laurea laudi*, interpretatur:nemo enim fidelior interpres, quàm idem ipſe, qui auctor fuit. Sic autem habet in Piſonem: At in altero (inquit)hæres,*concedat laurea laudi*, Imò me herculè habeo tibi gratiã, hęrerem ſanè,niſi tu me expediſſes:Nam cùm tu timidus & tremens, tuis ipſe furaciſſimis manibus detractam cruentis faſcibus lauream, ad portã Eſquilinam abieciſti,indicaſti non modò ampliſſimę,ſed etiam minimæ laudi lauream conceſſiſſe: Quam laudem non à Foro, ſed à Senatu profectam ex ſupplicationibus decretis, gratiarum actionibus publicis, et cæteris magnificis Senatuſconſultis, propter diſiectam Catilinariorum cõiurationem intelligimus. Togæ vſus non proprius, verùm cum reliquis communis Oratoribus, cuius tamen elegantiorem formam in illis deſideramus,quàm in Proletarijs,cùm cultus diſſolutus, & neglectus ſupini, & torpentis animi ſit argumentum. Itaque

Toga pro Magiſtratu iuridicundo.

Togæ vſus.

P Rhetores

Rhetorũ minutię. Rhetores non piget, etiam minutias præceptorum circa togam componendam, aut colligendam tradere, vt fortaſſis non carent omninò vitio Leptologię. Vt auté attingamus ex illa antiquitate, quę omiſſa ſunt ab his, qui rẽ ³ veſtiariam excuſſerũt, *Toga Tunicis ſuperimponebatur.* Toga Tunicis ſuperijciebatur, vt Prætexta à Magiſtratibus, Chlamys à Militib⁹. Deducta olim fuit ad talos, etiam tẽpore *Toga decurtata.* Ciceronis, ſed poſteà decurtata. Fab. lib. 11. Togam Veteres ad calceos vſque demittebant, vt Gręci pallium, idque vt fiat, qui de geſtu ſcripſerunt circa tempora illa Plotius, Nigidiuſq; præcipiũt. Quò magis miror Plinij Secundi docti hominis, & in hoc vtique libro penè etiam nimiũ curioſi perſuaſionẽ, qui ſolitũ id facere Ciceronẽ velandarũ varicũ gratia tradit, cùm hoc amictus genus, in ſtatuis eorum quoq;, qui poſt Ciceronem fuerunt, *Liber Plinij Auunculi à Fabio citatus.* appareat. Hunc Plinij librũ puto eſſe vnũ volumen, ex ſex voluminibus, quibus tres ſtudioſi libri conſtabant. Plinius Nepos de his ità lib. 3. ad Macr. vbi indicem librorum ab Auunculo ſcriptorũ enarrat: Studioſi tres in ſex volumina propter am

plitudi-

plitudinem diuiſi, quibus Oratorẽ ab incunabulis inſtituit, & perfecit, quem librum ſi teneremus, defuncti pridem hoc labore fuiſſemus. Fuit ille vir ità diligens, vt poſteris non præberet, ſed præriperet ſcribendi in argumento, quod attigiſſet, materiam. Eadẽ toga Veteribus ſtrictior, & ſine vllis, aut perquã breuibus ſinibus, poſterioribus laxior, & multitudine ſinuum ambitioſior. Idẽ Fabius: Eſt aliquid in amictu, quod ipſum aliquatenùs tẽporum conditione mutatum eſt: nam veteribus nulli ſinus, aut perquàm breues fuerũt. Plebei & tenuiores ſtrictiorib⁹ togis, potentiores amplioribus vtebãtur, quod & noſtrates faciunt, qui togas laxiores, & ſpecie auguſtiores permittũt ditiorib⁹, habent aũt ſibi togulas anguſtas, quibus ſeſe conſtringũt & comprimunt. Horatius 1. epiſt. Clientibus & qui Comitum officio in deductionibus Potentiorum defungerentur tribuit arctas togas.

Toga veteribus ſtrictior.

Toga amplior.

——— ——— *Mecùm contendere noli,*
Stultitiã patiũtur opes, tibi paruula res eſt,
Arcta decet ſanũ Comitẽ toga, deſine mecũ
Certare.

Togatuli. Ideoque à togula, vocati togatuli, nō togati hypocriſticωs. Martialis:

Hoc quiſquam ferat, vt tibi tuorum
Sit maior numerus Togatulorum,
Librorum mihi ſit minor meorum.

Tunicata plebs. Aliâs plebecula tunicis ſolis vtebatur, quod etiam noſtris fit ſæculis, hînc apud Horatium:

Vilia vendentem tunicato ſcruta popello.

Tacitus de Oratoribus: Quos ſæpiùs vulgus imperitum, & tunicatus hic populus tranſeunteis nomine vocat, & digito demonſtrat? Non fuit autem Oratorum *Toga inſtar longæ chlamydis.* toga ſuccincta, ſed tunica, & latus clauus, ideoque eius ampliſſimi ſinus in hūc, vel in illum humerum reijciebantur, & facillimè decidebant ex humeris, vt inſtar lænæ iniecta magis eſſet, quàm induta, vt colligi poteſt ex Fabio, apud quem hæc: Lænā à faucibus ac ſūmo pectore abducere licet. Fortaſſis de toga accipiēda erūt, niſi ſignificetur chlamys togę ſuperiecta: *Penulati Patroni.* Nam Quintiliani tēpore etiam penulati dicebant Patroni. Corn. Tacitus teſtis in dialogo de Oratoribus, vbi non modò artes, ſed & habitus veteris eloquentię cum

recen-

recentiore comparantur: Quantum humilitatis (inquit) putamus eloquentiæ attuliſſe penulas iſtas, quibus aſtricti ac velut incluſi cum Iudicibus fabulamur? Quem morem referre mihi videntur Sacrifici quidam Hiſpani, qui togę, vel pallio circumiectam chlamydem intorquẽt, niſi quod ſuſpicor veteres togis non adiecisse penulas ex quodam Gellij loco lib. 3. vbi Titus Caſtritius Rhetor, ad diſcipulos quoſdam ſuos Senatores feriato die tunicis, & lacernis indutos, & Gallicis calceatos, ait: Equidem maluiſſem vos togatos eſſe, pigitum eſt cinctos ſaltem eſſe, & penulatos. Qui locus indicat ciues etiã primarios diebus nõ feriatis penulis vſos, non togis temporibus Hadriani Cæſaris. Itaque nihil mirum de Oratoribus penulatis apud Tacitũ, cum diebus non feriatis, ſed faſtis ij dicerent, cùm æquales ferè fuerint Tacitus & Gellius: Ille ſub Traiano, hic ſub Hadriano. Veteres profectò Oratores diligentiſſimi fuerunt in cultu apto, & amictu decẽti: Quidam etiam vſque ad ineptias, religionemque viris indignam, accurati fuerunt in veſtitus ve-

Sacrificuli Hiſpani.

Quo tempore Gellius & Tacitus.

nuſtate, qui dùm ad ſpeculum ornantur, comuntur, annus eſt, vt Demoſthenes, & Q. Hortenſius infames nimis accurato cultu apud æquales, & poſteros, teſtis Gellius[4]. Decet enim hominem vtcunque eſſe indifferentem, neque ità anxium in nitore cultus, dandaq; opera, vt dignitas quędam viros, venuſtas mulieres commendet. Nec minus eſt odioſa exquiſita, & diſſoluta munditia, quàm agreſtis & inciuils negligentia. Minutię Doctorum eò vſque peruenerunt, vt præter amictũ, de annulis & comarum perturbatione interdicta quædam ſancirent, quorum pondus ſi quis exigeret, æquè grauia reperiet cũ edictis[5] Claudij de benè picandis dolijs, de præſentia taxi aduerſus viperæ morſum, de danda venia ventris crepitibus in menſa. Olim tamen ex cenſu, veſtitu, annulis, clientelæ comitatu Oratorum facundia cenſebatur. Iuuenal. Satyra ſeptima.

Demoſthenis & Hortenſij cultus.

Minutia Doctorum.

Edicta Claudij.

——— ——— Purpura vendit
Cauſidicũ, vẽdũt Amethyſtina. cõuenit illis
Et ſtrepitu, & facie maioris viuere cenſus,
Vt redeãt veteres, Ciceroni nemo ducentos

Nũc dederit nummos, niſi fulſerit annulus ingens.

Et paulò pòſt:

——— Ideò conducta Paulus agebat
Sardonyce, atq; ideò pluris, quàm Coſſus agebat,
Quã Baſilus: rara in tenui facundia panno.

Corollarivm ad Caput ſextum.

1. Togam malim pro conſilio) *Sic Valerius lib. 3. de Publio Scipione Naſica: Togæ quoque fortitudo militaribus operibus inſerenda eſt, quia eandem laudem Foro, atque Caſtris meretur. Interdùm pro Magiſtratu. Cicero: A Cæſare ipſo ſi quæris quidnam egiſſet in vrbe, & toga: leges multas, reſponderet, ſe & præclaras tuliſſe. Lucanus de eodẽ Cicerone.* *Toga pro Magiſtratu.*

————— Cuius ſub iure togaq;
Pacificas ſæuus timuit Catilina ſecures.

Et fortaſsis inter ea, quæ vitam faciũt beatiorem à Martiale refertur toga rara, quæ pro Magiſtratu, ni fallor, & munere publico accipitur, quanquã nõ ignorem, ad matutinas ſalutationes, quæ à Clientibus togatis fiebant circa limina potentiorum ciuiũ, etiam adaptari poſſe. Vt autem toga Romanorum fuit, ſic pallium Græcorum. Idem Val. Max. lib. 2. c. 1. de maieſtate & obſeruantia linguæ Latinæ, de Græcis & Romanis loquens: nec illis deerant ſtudia doctrinæ, ſed nulla non in re, palliũ togæ ſubiici debere, arbitrabantur. *Toga pro ſalutatione.* *Pallium Græcorum.*

3. Quintilian.) *Lib. 11. c. 1. Inſtit. Orat.*

3. Ab his qui rem veſtiariam) *De re veſtiaria doctè ſcripſit Lazarus Baifius. Quod verò paulò pòſt dicitur olim ad talos dimiſſam Togã, probari etiam poteſt ex l. Romuli* Quiſque demiſſam ad talos togam in vrbe habeto.

l. Romuli.

4. Teſtis Gellius) *Lib. 1. cap. 5. Noctium Att. Qualis autem cultus virum deceat, deſcribit Martialis lib. 2. Epigram. ad Pannicum:*

Cultus virilis.

Pectere te nolim, ſed nec turbare capillos,
Splendida ſit nolo, ſordida nolo cutis,
Nec tibi mitrarum, nec ſit tibi barba reorum,
Nolo virum nimiùm, Pannice, nolo parùm.

De cultu Oratoris vide etiam Fabium. lib. 11. cap. 3. Multa in hanc ſententiam de cultu virili ac muliebri notatu digna vide apud Andream Tiraquel. in gloſſ. ad l. 3. connubialem, poſt cuius copioſam meſſem ſuperfluum eſt aliquod ſpicilegium facere velle. Huiuſmodi autẽ Comptulos, Cirratos & Criſpatos iuuenes, vt fœmina comptos certare cum fœminis, & immundis munditijs ſe excolere Seneca dixit.

5. Edictis Claudij) *De huiuſmodi edictis, vide Suet ton. in vita eiuſdem Claudij cc. 16. & 32.*

ARGVMENTVM.

¶ De Cauſidicis, atque iterùm contra Fori Latratores, & Rixatores inuehitur, quos ita ſuis pingit coloribus, vt facilè ab Oratore internoſci poſſint.

Caput 9.

Oratores, Aduocati, Patroni, Cauſidici, pro ijſdem.

ORATORES, Aduocati, Patroni, Cauſidici ſæpè pro ijſdem, quãuis diuerſa analogia, atque etiã euẽtu, accipi-

accipiuntur: Nam Oratorum & Patronorum munus honeſtum eſt, Aduocatorum, & Cauſidicorũ quęſtuarium, & vęnale, tanquã illeges ſunt, iniurij, rapaces, trahaces, pecuniarũ accipitres, vt mures aliena rodentes, litium creatores & ſatores. Fab. lib. 12. cap. 1. Non enim forenſem quãdam inſtituimus Operam, nec mercenariã vocem, nec (vt aſperioribus verbis parcam) inutilem ſanè litiũ Aduocatũ, quem denique Cauſidicũ vulgò vocant. Cic. 1. de Oratore ad calcem: Operariũ quendam nobis Antoni Oratorẽ facis. Ibidem: Non enim Cauſidicum neſcio quem, neque Proclamatorẽ, aut Rabulã hoc ſermone noſtro conquirimus. Aduocatus nonnunquam in bonam partem. Fabius lib. 11. Eloquentiã quidem cùm pleniſſimã aduerſæ partis Aduocatis concederet Cicero, ſibi nunquã in agendo immodicè arrogauit. Rabulæ autem & Cauſidici, qui ad rauim vſque in foro, tanquã in foco Laurus virens, crepitant, alternis iurgijs conuitiantur, rixantur, latrant tenſo iecore, qui ſonitum verborum inanem, nulla ſcientia, nulla ſen-

Patronorum et Aduocatorũ munus diuerſum.

Aduocatus in bonam partem.

Rabula.

tentia crocitant, quibus

—— *Immenſa caui ſpirant mendacia folles,*
Conſpuiturq́; ſinus.

Quorum linguæ volubilitas inanis, ridenda, & puerilis eſt, coniunctaque cum aliquot legum rubricis, cancellis circumſcribitur forenſibus. Adſunt gratiſſimi vitili- *Vitilitigatores.* tigatoribus, & alumnis litium, qui litem mouent, ſi vel aſinus canẽ momorderit. Plinius in præfatione Naturalis Hiſtoriæ: Ergò ſecuri etiam contra vitilitigatores, quos Cato eleganter ex vitijs, & litigatoribus compoſuit. Quid enim aliud quàm litigant, aut litem quærunt? Hos Rabulas *Latratores.* Quintilianus Latratores vocat, libro 12. cap. 9. de conuitijs loquens: Super omnia perit illa, quæ plurimum Oratori, & auctoritatis, & fidei adfert, modeſtia, ſi à viro bono in Rabulam Latratoremq́ue *Rixatores.* conuertitur. Alibi Rixatores: Impudens (ait) tumultuoſa, iracunda Actio, omnibus indecora, ſed vt quiſque dignitate, ætate, vſu præcedit, magis in ea reprehendendus. Videas autem Rixatores quoſdam neque Iudicum reuerentia, neque agendi modo, & more contineri. Et vt Cice-

vt Cicero ſuprà Proclamatores, ità alibi Clamatores, & Latratores, cùm de Pericle ità ſcribit 3. de Oratore: At nõ hunc Clamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat, ſed, vt accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras, vir ſummus in maxima rerum ſcientia. Latrare, quod eſt Cynicum, quo ſignificantiſſimè exprimuntur rixarum prælia, coitiones conuitiorum, taliones dicteriorũ, quibus tanquã aſſiduis latratibus tribunalia exercentur. Idem in Diuinatiõe de Allieno Subſcriptore: In dicendo quid poſſit nũquàm ſatis attendi, in clamando video eum eſſe benè robuſtum & exercitatum. Vbi officijs diſtinxit Rabulam, & Oratorẽ, quod huius ſit dicere, id eſt, magna grauiter, mediocria temperatè, humilia ſubtiliter, & pro decoro eloqui: Illius clamare, non ad Iudicis animum, ſed ad ſtomachum Litigatoris, vt dicit Fabius. Huius leuitas tantùm ignominiæ foro inuſſit, quantum eidem attulit decoris Oratorum auctoritas. Illi enim debemus rem Forenſem ad tantam humilitatem è ſummo faſtigio honorum deiectam, qui tantum abeſt ab Oratore,

Proclamatores.

Clamatores.

Latrare ad clepſydram.

Latrare Cynicum.

Officijs diſtinguuntur Rabulæ & Oratores.

Clamare ad ſtomachum Litigatoris.

Diſcrimen Oratoris & Rabulæ.

Oratore, quantū Sycophantæ, & Leguleі à Iuriſperitis, Sophiſtæ à Philoſophis, Literatores à Literatis, Veteratores à Veteranis, Loquentia ab Eloquentia. Eſt enim amicus luto & ſordibus, vt pro dupondio ſeſe enecet ad rauim vociferando, natus ad imponendum imperitis, producendum improbitate, quæ certiſſima ſunt ratione, miſcendum omnia ſurſùm, deorſùm, ità tamen vt ſeptis Centumuiralibus non egrediatur in Fori lucem, ſed omnis eius ſudor ſit circa cauſas obolares: Nam quis huiuſmodi hominibus caput, exiſtimationem, fortunas tuendas volet committere? Itaque in priuatis veteratores, in publicis infantes, vt de Cethego loquitur in Bruto. Quanquam priuatas cauſas apud Centūuiros, grauiſſimi Patroni dixerunt, vt Curiana cauſa à ſummis Oratoribus in Baſilica cōcertata eſt, L. ſcilicet Craſſo eloquentiſſimo, & Q. Scęuola Iuriſconſultiſſimo: Præterea cauſa Quintiana, Cæcinnana, Roſciana pro Comœdo priuatæ ſunt, actæ tamen à Cicerone. Et Plinius ſępè apud Centūuiros, vt de ſe frequentiſſimus, & locupletiſſimus in

Apud Centūuiros grauiſſimi Oratores dixerunt.

mus in epiſtolis teſtis eſt. Sed quia Orator eam de ſe habet conceptã opinionẽ, vt Eloquentiam ſibi à Dijs datam putet, non ad quæſtum priuatum, patrocinium bonorum eorum, quæ fluxa, caducaque ſunt, ſed ad publicam patriæ vtilitatẽ, mauult eam ad accuſationem improborum, defenſionẽ bonorũ, conciones ad populũ ſalutares, deliberationes in Senatu graues conuertere, relictis litibus latrandis iſtis Vitilitigatoribus operarijs. Neq; inſulſè omnino diſiunget Rabulã ab Oratore, ſi quis antiphraſticῶs definit eum eſſe virum malum dicendi imperitum, vt Herennius Senecio apud Pliniũ [a] de M. Regulo dicebat: Sũt enim illiberales, obſcœni, petulantes, flagitioſi, cùm vacua conuitijs replent, quæ Eloquentia prorſus canina eſt, turpiſque ex ea voluptas, & inhumana, nullique audientium bono grata, & cùm ad Oratorũ gratiam virtutemque aſpirant, retrò ſublapſi in contraria procumbunt vitia. Martialis de liberto ſuo libro 5.

Orator non quæſtum priuatum, ſed publicam vtilitatem ſpectat.

Antiphraſtica Rabulæ definitio.

Eloquentia Canina.

Lis erit, ingenti faciet conuitia voce,
Eſſe pudor vetuit triſtia verba mihi.

Orato-

Oratores ſi quid criminis veri, cùm cauſa exigit, obijciũt, vt Subſcriptiones Criticorum, & Cenſorum vitæ obiecta accipiuntur, ſi idem conentur Rabulæ, non gratiùs audientur, quàm maledicorũ contumeliæ, & petulãtiæ: ſi ludant illi iocos, vrbana, ingenioſa, elegãtia apophtegmata dicentur: ſi iſti, ſcurrilia ſcommata, & illiberalia dicteria, vſque adeò geniũ ſuum diſſimulare non poſſunt, vt temerè omnia miſcent, & conturbant, digna atque indigna relatu vociferati, quod ſatis peritè faciunt. Non enim huiuſmodi homines ſuo ipſi Marte poſſunt cogitare, aut eloqui, ità malè nati ſunt, ſed tùm demùm linguam, & caput exerunt, cùm omnia in Foro tribunalia clamoribus Commilitonũ fremunt: ibi enim in medijs illis rixis, & tumultibus vnà cũ alijs collatrant, qui ſi ſoli dicturi eſſent, conſcij ſuæ ignorantiæ, & infantiæ, quietiùs quàm piſcis obmuteſcerent, atq; ex eorum grege vnum Næuolum naſutè exagitat Martialis hoc epigrammate:

Dũ clamãt omnes loqueris tu Næuole ſemp,
Et te Patronum Cauſidicumq; putas.

Hac

Hac ratione poteſt nemo non eſſe diſertus,
Ecce tacent omnes, Næuole dic aliquid.

Quin in conuitijs ità ſtolidi, & inconſiderati, vt eorum petulantiam ſæpiſſimè luat Litigator. Quid enim potuit cogitari audacius, quid & Cauſidico, & Litigatori periculoſius, quàm Græculum quendam non Aduocato aduerſæ partis, quod ferendum eſſet, non Iudici ignobili, & proletario, ſed Claudio Cæſari, in medio foro palam omnibus audientibus, & ſpectātibus illudere inſano iſto dicterio, καὶ σὺ γέρων εἶ καὶ μωρός, id eſt, & tu ſenex es, & ſtultus. Tulit tamē Cæſar non æquo ſed fracto potiùs animo, parumque generoſo, neſcias, fueritné Græculus inſolentior, an Cæſar ſtolidior, qui quaſi ſuæ poteſtatis non eſſet conſcius,

Græculi inſolentia & Cl. Cæſaris ſtoliditas reprehēſa.

Tanquam dura ſilex, tanquam Marpeſia cautes,

Surdis auribus præterierit: multū dignus ſanè ludibrijs Cauſidicorum, qui retinebant lacinia togæ abeuntē, nonnunquam pede compreſſo ſiſtebāt, faciem pugillaribus iniectis perſtringebāt, ad omnemq; occaſionē ſtultiſſimo Cęſare ſuis ludificationibus

tionibus abutebantur. Hoc enim nõ tàm reprehendendum fuit in Claudijs Patritijs, qui vſque adeò plebi erant infeſti, vt ſacroſanctos eius Tribunos in altercatione, & iurgio pulſare auſi ſint: Nã animos illis dabat gentis nobilitas, maiorũ auctoritas, & ſtemmatum frequentia.

Corollarium
ad caput nonum.

Locutu'ei blaterones.

1. Rabulæ autem) *Huiuſmodi Blaterones, quorum lingua tam prodiga, volubilis, infreniſq; eſt, vt fluat ſemper & æſtuet colluuione verborum humidorum, & lapſantium, egregiè à principibus vtriuſque linguæ viris taxantur, apud Aul. Gell. lib. 1. cap. 15. Noct. Att. Eorum ſermonem (inquit) benè exiſtimatum eſt in ore naſci, non in pectore, quos morbus tenet loquendi, tanquam veternoſum bibendi & dormiendi.*
2. Apud Pliniũ) *Li. 4. epiſt. ad Auliũ Lepidũ. epi. 7.*

Argumentum.

¶ De Patronis & Clientibus, Clientelarum & Feudorum origine, & ſimilitudine.

Caput 10.

Patronus vix vnquã in ſiniſtram partẽ.

PATRONI vocabulum honeſtũ eſt, & vix vnquam in ſiniſtrum ſenſus vel partis omen traductum, & licet auxiliatorẽ ſonet, vt eius opera videatur tota impendi

impendi in defenſionem, patrociniũ, fa-
uoremq́ue propenſum, tamen ſæpè pro
quocunque honeſtiore Cauſidico, & O-
ratore cauſarum, vt etiam tùm nomen
ſuũ retineat, cùm petit, accuſat, alijs per-
niciem, periculumq́ue creat ſua delatio-
ne facunda. Cic. pro Quintio: Verùm ità ſe res habet, vt ego, qui neque vſu ſatis, & ingenio parum poſſum, cum Patrono diſertiſſimo comparer. Et deinde de eodem Hortenſio: Cùm præſertim Q. Hortenſius, qui hoc iudicio partes Accuſatoris obtinet, contra me dicturus ſit. Dein illìc Patronum eundem, & Accuſatorem vocat. Ità & Aduocatus temerè pro Accuſatore & Patrono, cùm videatur acceritus ad opem non perniciem ferendam. Plinius lib. 5. ad Vrſum: Iterùm Bythini poſt breue tempus à Iulio Baſſo, etiam Rufum Varenum Proconſulem detulerũt, quem nuper aduerſus Baſſum, Aduocatum & poſtularunt, & acceperunt, id eſt, Accuſatorem: Porrò Patroni, vt extra forum habent Clientes & Libertos multis officiorum generibus ſibi obnoxios, ità & in foro Litigatores, qui cõduxerunt

Patronus etiam Accuſator.

Aduocatus pro Accuſatore.

Patroni & Clientes l ari.

Aduocatorum & Cauſidicorũ operam, rectiſſimè Patronorum ſuorum vocantur Clientes & Liberti, vt iſta ſint relatiua Patron⁹ & Cliẽs aut Libert⁹, ſicut Pater & Filius, Dominus & Seruus. Auſonius:

——— *Eſto Patronus,*
Et defende Reos, ſed gratia rara Clientis,
Eſto Cliens, grauis imperij perſona Cliẽtis.

Martial. lib.8.

Et cauſam quoties agis Clientis.

Et apud Plautum in Menęhmis, vbi Cauſidicus ſibi & ſuis obijcit, quod

Res quæritur magis, quàm Clientum fides.

Tacitus in Dialogo de Oratoribus: nõ minùs rubore quàm præmijs ſtipulabantur, ne Clientulorum potiùs, quàm Patronorum numerarentur. Apud quem etiã Libertus dicitur Litigator forẽſis in eodem Dialogo: Non me fremitus Salutantium, nec anhelans Libertus excitet. Sed altiùs repetatur Patronorum Hiſtoria, quia aliundè in Forum deducta eſt. Ratio Patronatus, & Clientelæ in vrbem primùm à Romulo [1] inuenta eſt diuiſo Populo in duos primùm ordines, Plebeium & Patritium. Vt autem in cenſus æqualitate, mutua in-

Libertus, forenſis Litigator.

Origo Patronorum, & Clientum Romanorum.

tua inter ciues ſocietas, officiorumq; neceſſariorum cõmunicatio retineretur, inſtituit, liberumq; fecit Plebeis (vt quoniam pauptas malè tuta eſſet à diuitijs, ſemperq; ſibi diffidit) in fidẽ, cliẽtelam, & patrociniũ, cuius vellẽt ex Patritijs ſeſe quaſi mãciparent, operas, obſequia, & omne genus officij præſtãdo: Ità viciſſim Patritij, vt tutores & vindices Cliẽtum in fidẽ receptorum, nihil beneficij omitterent, vt Cliẽtum officijs paria facerent. Itaque ius quoddã arctę neceſſitudinis inter Patronos & Clientes natum, & ad poſteros tranſmiſſum, cuius veſtigia extãt in ff. ad titu. de operis Libertorum. Quanquam enim omnes Cliẽtes ex Seruis nõ eſſent: fuerunt tamen omnes Liberti ex Clientela Patroni ſimul cum vniuerſa familia. Huius autem inſtituti Romulei teſtis eſt Dionyſius ab Halicarnaſſo lib. ſecũdo antiquitatum: quod primùm excogitatum à Romulo nõ credo, ſed mutuatum ex vicinis populis Sabinis & Latinis, apud quos fuit & hæc Clientelæ ratio. Tranquillus in Tyberio: Patritia gens Claudia orta eſt ex Regillis oppido Sabinorum,

Nõ omnes Clientes ex ſeruis, Liberti tamen omnes ex Clientela.

Romulus mutuatus eſt Clientela rationẽ à vicinis populis.

indè Romam recens conditam, cum magna Cliẽtum manu commigrauit auctore Tito Tatio cõſorte Romuli. Et paulò pòſt: Agrũ inſuper trans Anienẽ Clientibus, lucumq; ſibi ad ſepulturam ſub Capitolio publicè accepit. Ex quo loco

Origo Feudorum.

videtur mihi tanquã ex vena ſcatere fons Feudorum noſtratium: nam acceptum agrum publicè veriſimile eſt Clientibus aſſignaſſe certis portionibus æqualibus, aut inæqualibus ad libidinem, imperaſſeq́ue operas, ſalutationes, fidẽ perpetuam, quam tanquam ex Sacramẽto deberent, & præſtarent requiſiti. Ità cùm deuictæ Prouinciæ ager [a] victoribus veteranis ab Imperatore in prǽmium, & quaſi donati-

Aſſignatio agrorum.

uum aſſignaretur, credo Imperatorẽ militibus; & rurſus milites colonis, perpetuarijs, emphyteucarijs, & alijs pro agri portione imperaſſe certa officiorum, quibus eos agros ſe Dominis acceptos ferre ſignificarent, conſtituto certo iure, quod cõmune eſſet hìnc indè pro ratione cuiuſque, in quod quaſi percuſſo fœdere iu-

Feudum à fœdere.

rarent: Vndè Feudum appellatum credimus, à communi vinculo, & quaſi fœdere officio-

officiorum,& beneficiorum,quaſi fœdus, aut quia Imperator cum Pyrrho dicebat:

Quorum virtuti belli fortuna pepercit,
Eorundẽ me libertati parcere certum eſt:

Acceptis in deditionem eas leges victis imponebat,vt haberent illi ſua,ſed fidem, operam, obſequiorum omne genus promitterẽt, ille viciſſim patrocinium & tutelam,vt vindex,ſuſciperet.Vtrum fuerit, à fœdere Feudum nomẽ habet, immutatumque eſt barbarè, habetque cũ Patronatu multa communia: Debet enim non minorem quàm Cliẽs Domino Vaſallus fidelitatem, debet operas, Galli *coroueés* vocant,ſed ſalutandi officium conuerſum eſſe puto in aliam ſeruitutem,vt recognitionem dominij, & releuamentum, ſymbola quædam annua, vt fruges præcoces, armatos homines, & cataphractos, lanceas, corollas, & alia infinita quæ ad conſtitutum diem repræſentari debent, niſi precio redimãtur, & latiniſſimè Honoraria dicerentur. Et nunc ſi fiat negotium Vaſallo,ſtatim adeſt præſtò Dominus vindex,& aſſertor: ſi lis intendatur, idem in iudicium ſubſcribit frequẽtiſſimè, neque

Feudum cum iure Patronatus multa habet communia.

Salutandi officium conuerſum in alias ſeruitutes.

Honoraria.

ſe tàm Dominum,quàm Patronum profitetur. Ità ſi Vaſallus Dominum percuſſerit, iniuria affecerit, in ius vocauerit ſine venia, æquè capitale eſt, ac ſi Cliens vel Libertus eadẽ erga Patronũ ſit auſus experiri. Et ab hac ſubſcriptione in iudiciũ, qua litem Cliẽtis ſuam facit Patronus, videtur deriuatum in forum, vt qui alios fideliter tuerẽtur, Patroni vocarẽtur, Rei, Cliẽtes, vt qui nõ minùs Oratoribus ſuis, & Defenſoribus obnoxij eſſent, quàm Clientes Patronis: Iſtà enim Patronorũ cõſuetudo comparata eſt à tenuibus auxilij gratia, vt ſi à potentioribus opprimerentur, haberent ſuos vindices, qui iniuriam aut vlciſcerentur illatam, aut inferendam propulſarent, quod ità propagatum eſt, vt ex Cliẽtibus multi Patritij iuſtos conſcripſiſſent exercitus: Vndè initium bellorum ciuilium, quæ non ali modò, ſed excitari quidẽ potuiſſent, niſi Auctores Clientum fide, & frequentia freti animos ſuos ſuſtuliſſent: Vndè enim in tàm diuerſa ſtudia, factioneſque ciues ſciſſi tranſijſſent, niſi ſe quiſque ad Patroni partes tutandas contuliſſet? Vndè Italiæ ciuitates & pro-

Vndè deriuatum Patrocinium in Forum.

Ciuilium bellorũ apud Romanos materia.

& prouinciæ ipſæ diuerſarum partium, niſi ſingulæ cum Patronis coniuraſſent? *Ciuitates & Prouinciæ in Clientelis.* Tranquillus in Auguſto: Bononienſibus quoque publicè, quòd in Antoniorum Clientela antiquitus erant gratiam fecit coniurandi cum tota Italia cum partibus ſuis. Idem in Tyberio: Claudius Druſus ſtatua ſibi cum diademate ad Appij Forum poſita, Italiam per Clientelas occupare tentauit. Neque tantùm priuati, aut familiæ, aut ciuitates Italiæ in Clientela erant, ſed etiam prouinciæ ſuos Patronos in Senatu habebant. Idem ibidem de Tyberio: Per Siciliam quoque & Achaiam circumductus, ac Lacedemonijs publicè, qui in tutela Claudiorum erant, demandatus. Plinius libro 3. ad Macrinũ. Legati rurſùs inducti iterùm me iã præſentem poſtulauerũt Aduocatũ, implorãtes fidem meam, quam eſſent cõtra Maſſam Bæbium experti, allegantes Patrocinij fœdus. *Patrocinij fœdus.* Qui locus omnino cõfirmat, q̃ de Feudo ſuprà diximꝰ, cũ eiꝰ rationẽ, ſi nõ ſpeciẽ, ſaltẽ inſtar veteris Patrocinij referre diximus, deducẽtes à Patrocinij fœdere, & q̃ forẽſib. Patronis accõmodabimus:

dabimus: nam hîc in Senatu petebāt Aduocatum in cauſa repetundarum eũ cum quo percuſſerant fœdus Patrocinij, vt is Patronus pro ijs diceret, quorum Patronus eſſet. Ità etiã Siculi M. Ciceronem, in cuius tutela erant,& clientela aduerſus Verrem Accuſatorem nacti ſunt, vt is eſſet Orator, qui eſſet Patronus. Nam ità de ſe in procemio Diuinationis: Cùm Quæſtor in Sicilia fuiſſem Iudices, itaq; ex ea prouincia deceſſiſſem, vt Siculis omnibus iucundam, diuturnamq́; memoriam Quæſturæ,nominiſq́; mei relinquerem,factum eſt, vti cùm ſummum in veteribus Patronis multis, tùm nonnullum etiam in me præſidium ſuis fortunis conſtitutum eſſe arbitrarentur.Et paulò pòſt de hoc more, vt Patroni pro Clientibus dicerent: Adductus Iudices officio, fide, miſericordia,multorum bonorum exemplo, veteri conſuetudine, inſtitutoq́; maiorũ.Rurſùs deindè: Scit is,qui eſt in conſilio, C. Marcellus, ſcit is,quem adeſſe video, Cn. Lentulus Marcellinus, quorum fide atque præſidio Siculi maximè vtuntur, quòd omninò Marcellorum nomini

Idem Patronus in foro qui extra forum.

tota

tota illa prouincia adiuncta eſt. Tacitus in Dialogo de Oratoribus: Adeò te Tragœdiæ iſtæ non ſatiãt, quo minus omiſſis Orationum & curarum ſtudijs omne tempus modò circa Medæam, ecce nunc circa Thieſtem cõſumas? cùm tot Amicorũ cauſæ, tot Coloniarũ, & Municipiorum Clientelæ te in Forum vocent? Quod idẽ apud nos factitatur in aulis Principum Sanctioreque illo Conſilio: Ciuitates & Prouinciȩ habent, cum quibus fœdus Patrocinij, aut neceſſitudinem hoſpitij inierunt, quam fouent, & conſeruant honorarijs xenijs, quæ quotannis mittunt, vt illi viciſſim apophoretorum loco opem, fidemque ſuam Cliẽtibus, & Hoſpitibus, cùm tempora deſiderarent, requiſiti non denegent. Aliâs non licuit aduocare Patrocinium potẽtiorum per Edictum Diui Claudij, quod repetitũ eſt, & cùm deſuetudine quaſi obſoleuiſſet in vſum reuocatum per Impp. Dioclet. & Maxi. C. ne cui liceat potentioribus patrocinium litigantibus præſtare, vel actiones in ſe transferre, & reliquæ quatuor ſequentes Rubricȩ, quas intelligendas cenſco, niſi

Prouinciarũ et Ciuitatum in magnis curijs Aduocati, & Patroni.

Patrocinium Potentiorum Edicto Claudij prohibitum.

 iure

iure Clientelæ, & fœdere Patronatus ad hoc potẽtiores inuitentur. De Clientum Romanorum habitu, & Sportulis pauca diximus libro primo. Sed ad Patronos Forenſes quid pertinent?

Corollarivm
ad Caput decimum.

Feudorũ origines variæ ex varijs au-ctoribus.

1. Primum à Romulo) *Hinc l. adſcripta eidem Romulo in veteri Iuriſprudentia Pardulphi Pratej I.C*: Plebeij, quem ſibi ex Patricijs Patronum volent, deligunto. *De Feudorum autem antiquiſſima origine multa in hanc ſententiam adfert Do. Zazius in ſuis doctiſſ. ſcholijs ad l. 2. de origine iuris, & in Epitom. in vſus Feudorum 1. parte: cuius coniectura deſumpta videtur ex Budæi adnotatione in l. Herennius. de euict.* ff. *Quam multi viri docti poſteà ſequuti ſunt. Alij referunt Feuda ad Militias, de quibus in iure noſtro frequens fit mentio, vt Beneficia militaria, & Militiæ illæ eadem ſint, de quibus Haloander ad nouellas Iuſtiniani. Do. Viglius vigilantiſſimus Præſes, & Cancellarius, quem honoris cauſa nomino, ad Rubricam de Teſtamento militari. Alij à Limitrophis Romanorum fundis, qui militibus aſcribebantur, vt fines Imperij Rom. tutarẽtur animoſiùs, Feuda deriuare conantur, de quibus vide Lælium Taurell. in libello de milit. ex caſu, & Laz. lib. 1. de Repub. Rom. c. 2. Dominus Cuiacius originẽ deducere conatur ex moribus Populi Rom. quòd appellatiõe Hominũ (quo-*

Zazius.
Budæus.
Haloander.
Viglius.
Lælius Taurel.
Lazius.
Cuiacius.

rum

rum crebra in C. Iuſtinian. fit mētio) Actores, Procuratores, Cuſtodes prædiorum, Inſularij, Conductores, Emphiteuticarij, Chartularij, precarij Poſſeſſores, quibus poſſeſſio ad tempus, quæ poſtea perpetua cōcedi cœpit, contineātur: Vndè Hominium pro eo, quòd à Feudiſtis Homagium dicitur: Quod ex varijs hiſtorijs diligenter obſeruat, quodque veriſimilitudinem accipit vel ex eo, quod adhùc, vt pleraque, à Romanis Hominum nomen retinemus, tàm in re Feudali, quàm Cenſuali. Franciſcus Conan. li. 2. Commentariorum iuris ciuilis. c. 9. deducit ius Feudorum à primis Gallis, pro quo facit Cæſar lib. 3 6. & 7. Commentariorum, qui de Beneficiarijs, Clientibus, Solduris, ſeu, vt alij legūt ex Athenæo, Soldunis, Ambactis meminit. Horum doctiſſ. virorum pulchrum inuentū, præſertim D. Zazij, & Sequacium refutat Carolus Molinæus tit. 1. in conſuetud. Pariſien. nec longiùs originem deducit, quàm ab ipſis Longobardis ſecundū cōmunem opinionem DD. præſertim quòd nullibi in iure Rom. nec apud probatos auctores Rom. hiſtoriæ Feudi aut Vaſalli fit mentio. Etſi verò priſca illa Clientela cū militari Beneficio magnā habeat affinitatem, tamē maximū eſt diſcrimen, quòd illud Patronorū & Clientū ius ſola beneuolētia cōſiſtit: hoc aūt Feudū, rei immobilis inueſtitura conſtituitur. Quantū attinet ad donationem, et diuiſionē agrorū Veteranis, et Emeritis ob rem bene geſtam, vnico verbo reſponderi poteſt, quod huiuſmodi donationibus, & diuiſionibus directum dominium, & proprietas transferebatur. Quod diuerſum fit in fundo Cliētelari, cuius poſſeſſio aut vſusfructus perpetuus, quē vtile dominium

Hominium.

Conanus.

Carolus Molinæus.

vocant

vocant, ſolùm tranſit in Vaſallum, & Clientulum retento penes concedentem Patronum directo dominio, aut proprietate, atque hoc modo eleuat opinionem Lucæ de penna in l. quicunque. 2. C. de omni agro deſerto, & Guilel. Benedict. in repetit. c. Rainutius num. 524. cū ſequent. qui interpretantur in §. per traditionem. de rerum diuiſione, ſtipendiaria prædia, quæ militibus dabātur, pro Feudis: Cum illo §. atque toto tit. agat Iuſtin. de acquirendo rerū dominio. Sunt tamen ex Neotericis, qui dicāt apud Francos hunc contractum etiam vſitatū ante Longobardorum aduentum in Galliam, adeò illud verum ſemper obtinet,

Lucas de penna.
Guilelmus Benedictus.
Neoterici.

Cædimus, inq; vicem præbemus crura ſagittis,

Freti præſertim auctoritate Amonij, qui ait lib. 1. cap. 7. Clodoueum regnum ſuū vſque ad Sequanam, atque poſtmodum vſque ad Ligerim flunios ampliaſſe, Milidunum caſtrum Aureliano cum totius Ducatu regionis iure beneficij conceſſiſſe: Nā conſtat Clodoueum Regem Francorum regnaſſe tempore Zenonis Iſaurici, & Anaſtaſij Imperatorū, atq; Miliduni arcem expugnatam fuiſſe ab eodem Clodouco anno ſalutis 498. diu antequam Longobardi in Italiam appellerent, quorum aduentus fuit regno Imperatoris Iuſtini Secundi. Vndè conuincitur Francos diu antę Longobardos iure beneficij, id eſt, Feudi vſos. Atque de originibus ſatis. Certè non alienū à iure cliētelari videtur antiquiſſimum ius Applicationis, de quo Cicero lib. 1. de Oratore ſic habet: Quid quod item in Centumuirali iudicio certatum eſſe accepimus? qui Romam in exiliū veniſſet, cui Romæ exulare ius eſſet, ſi ſe ad aliquem

Amonij locus.
Milidunum.
Clodoueus.
Longobardi.
Ius Applicationis.

tanquam

tanquam Patronum applicuiſſet, inteſtatoq́; eſſet mortuus, nonne in ea cauſa ius Applicationis obſcurum ſanè, & ignotum patefactum in iudicio, atque illuſtratum eſt à Patrono? Terent. in Andria.

——— Tum ille egens fortè applicat
Primùm ad Chryſidis patrem ſe.

Hoc aũt ab Athenienſib. ortũ putat Adria. Turneb. li. 24. ca. 32. aduerſ. Quo autem in gradu officio- Cliẽtes quo in gradu officiorum. *rum & ordine olim reponebantur Clientes, vide apud Gellium lib. 5. cap. 13.*

2. Ità cùm deuictæ Prouinciæ ager) *Prædiorum militarium mentionem facit Cõſtantin. apud Harmenopulum li. 1. tit. 16. eaq́; vocat κτήματα ςρατιωτικὰ & ςρατιωτικοῦς τόπους. De diuiſione* Diuiſiones agrorum. *agrorum exẽpla ſunt obuia apud Liuiũ li. 2. decadis* Horatius Cocles. *1. de Horatio Coclite, & C. Mutio Scæuola, qui-* Mutius Scæuola. *bus ob egregia facinora in rempub. agri publicè dati ſunt. Quibus cõſonat quod ſcribit Plinius lib. de viris illuſtribus in M. Dentato, facit l. Lucius* M. Dentatus. *Titius. de Euiction. Proximè verò accedunt ad naturam Feudorum Parochiæ, quæ militibus daban-* Parochiæ. *tur à Conſtantino Conſtantij Pij filio, vt auctor eſt Pomponius Lætus in Compendio Rom. hiſtoriæ in eius vita: Idem Conſtantinus (inquit) ſanxit, vt agri, villæ, oppida, quæ ad victum Emeritorum contributa erant, ad hæredes tranſirent, quod ante eum fecerat Alexander Seuerus, ſi Lampridio credimus in vita eiuſdem Seueri.*

3. A fœdere Feudum nomen habet) *Idem putat Zaz. ad l. 2. de Origi. iuris in principio: Videtur enim Vaſallus fidelitatis iuramentum Domino præſtando, cum eo fœdus inire. c. vnic. qualit. Iur. debeat*

Feudum à fide.

beat Vaſal. Feudum tamen à fidelitate dici vel fide apparet ex c.vnic.in fin.per quos fiat inueſtit: Hinc Fidelis, Vaſallus non vno in loco nominatur.

ARGVMENTVM.

¶ De Honorarijs Cauſidicorum,& beneficij hoſtimento, de SC. & l. Cintia contra Aduocatorum ſordes.

Caput II.

Operarum Forenſium mercedibus Nero precium fixit.

ANte Neronis [1] tēpora arbitrariæ erant Operariorum Forēſium mercedes, tanti enim quiſq; cōducebatur, quanti ars Patrocinij & eloquentia eſſet. Sed Neronē Domitiū fixiſſe precium, auctor eſt Trāquillus his verbis: Cōſtituit vt Litigatores pro Patrocinijs certam, iuſtamque mercedem, pro Subſelliis nullam omninò darent, præbēte Ærario gratuita. Fabius putat gratis agendum, ſi ſuppetat res familiaris ad vſus neceſſarios: Nam vendere operam & precio tāti beneficii auctoritatem eleuare, ſordidū eſt, cùm plæraq; hoc ipſo vilia videri poſſint, quod precium habent. Rurſus hoc in alteram verſat partem, vt ſi res anguſta domi ampliùs aliquid exigat, ſecūdum omnium Philoſophorum leges patiatur ſibi gra-

An gratis agendum.

bi gratiam referri, cùm & Socrati collatũ ſit ad victum, & Zeno, Cleãtes, Chryſippus mercedes à diſcipulis acceptauerint: Neq; enim (ait) video, quę iuſtior acquirendi ratio, quàm ex labore honeſtiſſimo, & ab his, de quibus optimè meruerint, quique ſi nihil inuicem præſtant, indigni fuerint defenſione, quod quidem non iuſtum modò, ſed neceſſarium etiam eſt, cùm hæc ipſa opera tẽpuſué omne alienis negotiis datum facultatẽ aliter acquirendi recidant: ſed tùm quoq; tenendus modus, & plurimùm refert, & à quo accipiant, & quantùm, & quouſquè. Crimẽ tamen ſordium abeſſe longiſſimè debet, ne ex viro bono, & honeſto in Rabulam auarum, & ſordidum cõuertatur infami metamorphoſi. Plin. lib. 5. ad Valerianum: Quàm me iuuat quod in cauſis agendis non modò pactione, dono, munere, verùm etiam xenijs ſemper abſtinui. Sequutus eſt conſilium præceptoris ſui Quintiliani: Nam cùm ampliſſimam rem familiarem haberet, gratis commodabat patrocinium,, operamque ſuam: Quod idem ſuis Deus ille Medicorum

Modus in accipiendo tenendus.

Plinij integritas.

Hippo-

Hippocratis iuſiurandū. Hippocrates imperabat, & iam ſolemniter inter cæteros Iuriſiurandi Hippocratici articulos concipitur ab ijs, qui gradus quem fecerunt in ea diſciplina inſignibus donātur, ἄνευ μισθοῦ καὶ συγγραφῆς, id eſt, ſine mercede, & pactione, hoc eſt, ſine mercede pacta, conuentaque per Endiadin figuram vſitatam: Non enim mercedis perceptio, ſed depactio, aut conuentio pro mercede prohibetur: Merces enim eſt operæ hoſtimentū, nemo militat ſuis ſtipendijs, *Merces operæ hoſtimentum.* vt dicit Paulus. Quod ſi ea ſacramenti religione adſtringuntur Medici, ne mercedem capiant, ne [2] cum ægris paciſcantur, *Iuſtitiæ Satellites.* quanto æquiore nomine Iuſtitiæ Satellites, & Myſtes tam ſalutari ſacramento *Iuriſprudent. precio nummario æſtimanda non eſt.* adigi decet? Quorū profeſſio precio nūmario æſtimanda non eſt, vt ait Vlpian. [3] Fabius lib. 12. Paciſcēdi quidem ille pyraticus mos, & imponentiū periculis precia, procul abomināda negotiatio, etiam à mediocriter improbis aberit, cùm præſertim bonos homines, bonaſque cauſas tuenti non ſit metuendus ingratus, qui ſi futurus, malo tamen ille peccet. Nihil ergò acquirere volet Orator vltra quàm

ſatis

ſatis erit, ac ne pauper quidem, tanquam mercedem accipiet, ſed mutua beneuolentia vtetur, cùm ſciat ſe tantò plus pręſtitiſſe, quia nec vęnire hoc beneficium oportet, nec perire: Vndè puto factũ, vt hoſtimentum operæ Oratoriæ non merces, aut ſalarium, ſed honorarium vocetur, quaſi quodam antidoro beneficium compenſetur, non de opera ſatiſfiat, ſed honor recognoſcatur. Vocatur & Palmarium [4], nõ minùs honeſto vocabulo, quòd tanquam laurea, ciuica, muralis, myrtea, oleagina, poſt victoriam demùm detur. Itaque qui antè peractam litem quid petunt, committunt in leges, aut etiam paciſcuntur de eo, quod poſt ſentẽtiam ſunt conſequuturi. Amittitur enim honorarij nomen, & tranſit in mercedem pactam, vel debitam: Quis enim hoc appellet honorarium, palmarium, xenium, quod imperatum, & ſtipulatum eſt ab eo, qui accepturus eſt? Honorarij ea vis eſt, vt animo dantis æſtimetur: Iam non alio nomine dat Cliẽs, quàm quia pactus eſt, de qua re apud Martialem lib. 8.

Honorarium.

Palmarium.

De honorario nulla pactio.

Egi Sexte tuam pactus duo millia cauſam

 Miſiſti

Miſiſti nũmos quot mihi? mille: quid eſt?
Narraſti nihil, inquis, & à te perdita cauſa eſt,
Tantò plus debes Sexte, quòd erubui.

Itaque poſt Fabium eleganter Vlpianus l. 1. ff. de extraord. cognit. in hæc verba: Si cui cautum eſt honorarium, vel ſi quis de lite pactus eſt, videamus an petere poſſit. Et quidem de pactis ita reſcriptum eſt ab Imperatore noſtro & diuo patre eius: Litis cauſa malo more pecuniam tibi promiſſam, ipſe quoque profiteris: Sed hoc ità eſt, ſi ſuſpenſa lite ſocietatem futuri emolumenti cautio pollicetur: Si verò poſt cauſam actam cauta eſt, honoraria ſumma peti poterit vſque ad probabilem quantitatem, & ſi nomine palmarij cautum ſit, ſic tamen vt computetur id, quod datum eſt, cũ eo quod debetur, ne vtrumque compoſitum licitam quantitatem excedat. Licita autem quantitas intelligitur, pro ſingulis cauſis vſq; ad centum aureos. Meminit Plinius cuiuſdã Senatuſcõnſulti, quod pertinuit ad modum, preciumque præfigendum honorarijs, & ſacroſancti ſacramenti, quo adigebantur litiga-

Vlpian. reſpõſum.

Honorarij licita quãtitas.

Senatuſcõſultum de merce-

litigaturi, ſe neque dediſſe, neque cauiſſe quicquam de mercede Patroni. Eius hæc verba ſunt ad finem li. 5. Cauſa dilationis Nepos Prætor, qui legi de muneribus propoſuerat breue Edictum, admonebat Accuſatores, admonebat Reos, exequuturum ſe, quæ Senatuſconſulto continerentur. Suberat Edicto Senatuſcõſultum hoc, omnes qui quid negotij haberent, iurare prius, quàm agerent, iubebantur, nihil ſe ob aduocationem cuiquã dediſſe, promiſiſſe, cauiſſe: His enim verbis, & mille præterea, & venire Aduocationes, & emi vetabantur, peractis tamẽ negotijs, permittebantur dũtaxat pecuniã decem millium dari: hanc ſummam Tacitus denis Seſtertijs æſtimat: nam decem millia Seſtertiorũ numũ, & dena Seſtertia eadẽ ſunt, cũ ſingula mille nummum valuerĩt, & noſtratis nũmi vigintiquinq; Coronatos: Itaque dena ſeſtertia CCL aureos efficient, quę ſumma, vt maxima, cõſtituta eſt honorarijs Aduocatorũ in ſingulas cauſas. Hoc Senatuſcõſultum cauſam, & initiũ dedit Cõſtitutionib. Cęſarũ, & maximè Iuſtiniani, quib[9] ſolẽnibus verbis cõ

dibus Aduocatorum.

Litigantium iuramentum.

Precium honorarij.

cepti dictatur formula iuriſiurandi, quod à Litigātibus propter calumniā pręſtatur: Quæ formula omninò ſimilis eſt ei, quæ per Senatuſconſultum à Plinio ſuprà memoratum concipitur, etſi iuramentum propter calumniam alia capita cōtineat, vt diſci poteſt ex Conſtitutione Iuſtiniani, quæ inſcribitur, vt litigantes iurent. Cornelius Tacitus libro vndecimo Annalium eius Senatuſconſulti legem Cintiam refricantis ſic meminit: Incipiente Caio Silio Conſule deſignato, conſurgunt Patres, legemq́ue Cintiam flagitant, qua cauetur antiquitùs, ne quis ob cauſam orādam pecuniam, donumuè accipiat. Deindè obſtrepentibus ijs, quibus ea cōtumelia parabatur, diſcors Suillio Silius acriter incubuit, veterum Oratorum exempla referens, qui famam in poſteros præmia Eloquentiæ cogitauiſſent pulcherrima, alioquin & bonarū artium principē ſordidis miniſterijs fœdari, nec fidem quidem integram manere, vbi magnitudo quæſtuum ſpectetur. Deindè paulò pòſt: Talia dicente Conſule parabatur ſententia, qua lege repetundarum teneren-

Lex Cintia.

teneretur,cùm Suillius,& cęteri circumſiſtunt Cæſarē anteacta deprecantes. Deindè rurſùs: Hæc ità haud fruſtrà dicta Princeps ratus, capiēdis pecunijs poſuit modum vſq; ad dena ſeſtertia, quæ egreſſi repetundarum tenerentur. Idem lib. 13. de Suillio: Eius opprimendi gratia repetitum videbatur Senatuſconſultum, pœnaque Cintiæ legis aduerſus eos, qui precio cauſas orauiſſent. Quod Senatuſcōſultū factū eſt Cōſule Claudio, vt dicitur li. 11. Idem eodem libro: Nec defuit fides, multaq; arbitrio Senatus cōſtituta ſunt, ne quis ad cauſam orandam, mercede, vel donis emeretur. De initio principatus Neronis loquitur, quaſi lex Cintia repeteretur. Ex quibus amplior explicatio haberi poteſt. §. illius in l. 1. ff. de extraordi. cog. Nam cùm nominatim legitima actio conſtituta non ſit, ex Tacito intelligimus eos, qui ſordibus maioribus cē tum aureis ſeſe inficiunt, teneri repetundarum: Quod & reſpondet Venuleius *Venuleij reſponſum.* I. C. in l. eadem. ff. ad l. Iuliam repetundarum. Quod caput ex l. Cintia traductum quis nō videt? Iam exclamare licet:

O tẽpora,ô mores,quæ nundinę, qui conuentus mercatorum depactas ſtipulationes frequentiores habent, quàm Forũ iudiciale? in quibus triclinijs, aut ſportulæ, aut cœnæ rectæ magis palàm & crebriùs dantur, quàm in Forenſibus Baſilicis? Sed hîc non vt Cenſores inuectiuam ſcribimus, ſed Commentarium Miſcellanearum ad idem argumẽtum pertinentium conſuimus. Sed habemus virorum magnorũ exẽpla,quibus ſordes ſęculi noſtri tegamus. Obiectum eſt M.Ciceroni à Salluſtio,quod ſanguine,& periculis Reorum immenſas ſibi comparauit opes, obiecta eidẽ domus magnificentiſſima in palatio,quą̃ vna Actione pro P.Sylla nactus eſt, nota eſt non Synanche ſed Argyranche Demoſthenis, & Hortenſij Sphynx. Fabius li.6.cap. de riſu:Ex hiſtoria etiam ducere vrbanitatem eruditum, vt Cicero fecit,cùm ei Teſtem in iudicio Verris roganti dixiſſet Hortenſius, nõ intelligo hæc ęnigmata, atq; debes, inquit, cũ Sphyngẽ domi habeas. Acceperat autẽ ille à Verre Sphyngẽ magnæ pecuniæ. Tota iſta ratio quęſtus forenſis elegantiſſimè

Magnis viris obiecta ſordes in induijs.

Argyranche Demoſthenis, & Hortenſij Sphynx.

ſimè tractatur à Cornelio Tacito li. 11. ſuprà citato, vbi longam, & eruditã in hanc rem ludit parecbaſim. Ego autẽ ſtatuendum idem cẽſerem de iſtis honorarijs forenſibus, quod de xenijs Proconſulũ aliquando reſcripſerũt Verus, & Antoninus Imperatores, vt non moroſè ab honorarijs in totũ abſtinendum ſit, neque etiam auarè modus excedatur, vt paſſim & ab omnibus omnia rapiantur. Vetus verbum eſt, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων. Verba Imperatorum ſi quis volet, legat apud Vlpianum in l. ſolet. ff. de officio Proconſulis: vt habeatur ab Oratoribus, & Aduocatis ratio Clientum, ſpectetur etiã momentũ cauſę, & fortunę Litigantiũ, vnà cũ conſuetudine Prouincię.

In honorarijs idem ſeruandus modus qui in xenijs.

Laudo morem noſtratiũ, qui Aduocatis per Iudices curãt certũ præfigi ſalarium in ſingulas cauſas, vt hoc more cõſulatur Litigantibus, qui ideò tuti ſunt à concuſſionibus, atque etiam Aduocatis, qui honeſtè, & citra reprehenſionẽ petunt merita taxari: Sunt enim Clientes, ità ingrati, poſtquàm beneficio Aduocatorũ litẽ ſunt cõſequuti, vt vix laborũ inſumptorũ memi-

Taxatio Honorarij Aduocatorum laudabilis.

Ingrati Clientes.

meminerint, quos lepidè Martialis chiragra laborare dicit lib. 1. ad Flaccum:

Litigat, et podagra Diodorus Flacce laborat,
Sed nil Patrono porrigit, hæc chiragra eſt.

Quorundam Cauſidicorum miſerabilis cõditio. Quorundam autem Cauſidicorum adeò miſerabilis eſt profeſſio, vt cùm peſſimè audiãt apud quoſuis de latrocinijs, & concuſſionibus, vt tamen domi eſuriant, tenuemq́ue adeò quęſtum faciant, vt longè inferior ſit patrimonio Mimorum, & Hiſtrionum, aut etiam Aurigarũ: quod notatur Satyricè à Iuuenale 7. Satyra.

——— *Veram deprendere meſſem*
Si libet, hinc cẽtũ patrimonia Cauſidicorũ,
Parte alia ſolũ Ruſſati pone Lacertæ.

Vbi fortunas vnius Aurigæ audet Satyricus opponere bonis centũ Cauſidicorũ. Imò coguntur [5] nonnunquam adhûc infœliciore fato quidam Cauſidici paciſci cum Pragmaticis, & Formularijs, quos Procuratores vocamus, vt de mercedibus quas meruerunt partem aliquã cædãt nebulonibus, quò poſteà ad alias cauſas opera eorum promoueantur, quod etiam inter alias forẽſes miſerias numerat idem Satyricus;

Si quater

Si quater egiſti, ſi contigit aureus vnus,
Indè cadũt partes in fœdera Pragmaticorũ.

Totaque illa Satyra nihil aliud Iuuenalis quàm irridet, & exagitat miſellos Cauſidicos, qui vociferando ità vocẽ intẽdunt, vt iecoris, & pulmonis fibras ſibi rũpant lucelli leuiſſimi cauſa, vt non tàm ſpectetur peritia dicentis, quàm cenſus, aut nobilitas: nam

AEmilio dabitur, quãtũ petit, & meliùs nos
Egimus, huius enĩ ſtat currus aheneus etc.

Corollarivm
ad caput vndecimum.

1. Ante Neronis tempora) *Tamen ex Cornelij Taciti li.* 11. *apparet Claudium Cæſarem, vſque ad dena ſeſtertia capiendi modum ſtatuiſſe, vt etiam ex ſequentibus liquet.* *Claudius Cæſar.*
2. Ne cum ægris paciſcantur) *Hûc quadrat l.* 3. *de ext. cog.* ff. *& cap.* 39. *lib.* 2. *parerg. Iur. And. Alciat.*
3. Vt ait Vlpianus) *l.* 1. *tit. de extraord. cognit.* ff.
4. Vocatur & Palmarium) *Solatium etiam dicitur in l. poſt duos. de Aduocat. diuerſ. Iud. & l. laudabile, tit. ſeq. C. l. penult. de prædijs decur. lib.* 10. *C. l.* 3. *de agẽtib. in reb. li.* 12. *& alijs in locis. Accurſius putat in l. prouidendum. C. de poſtula. Aduocatos ſalaria accepiſſe de publico. Multa de honorarijs Aduocatorũ vide apud Andreã Tiraquel. de nobilit. c.* 29. *et Andreã Alciat. li.* 3. *diſpũct. c.* 9. *Solatium.*

5. Imò coguntur nonnunquam) *Idem deplorat Ioan. Imbert. lib. Inſtit. Forenſ. hancq; cautionem putat adhibendam ſedulò Aduocato, ſi velit meſſem auream facere in ſolo forenſi, vt Procuratores adſectetur, obſeruet, & eorum beneuolentiam promereatur. Sed quã difficile ſit hoc facere viro cordato, et liberali animo is demũ teſtari poteſt, qui periculũ fecit: Itáque ad vitandas, vel ſaltem deuorãdas has moleſtias iuris Candidato cõſultum velim, antequã Tyrocinium aliquod edat vel in ſcholis, vel foro, vt Praxim, per aliquot annos delibet in contubernio horum Procuratorum, ſeſe illis applicando, vt formulas eorum, & Iudiciariũ ordinem percalleat. Quod etiam ei profuerit, maximè ad legũ introductionem: alioquin poſt Lauream & forenſe Tyrocinium moleſtè & cum rubore addiſcẽda ſunt ab huiuſmodi magiſtris, quæ antè nota eſſe poterant ac debuerant.*

Cautio pro Iuris Cãdidato.

ARGVMENTVM.

¶ De Aduocatorum Subſellijs, Actuarijs, Orationum retractatione, atque de recitatione.

Caput 12.

Reorum Aduocati paribus ſubſellijs conſidebant.

CVM Accuſator dicebat, adeò Reorum Conſeſſores, Aduocati temerè, & paribus ſubſellijs cõſidebant, vt neſciretur, quiſnam ex illis dicturus eſſet pro Reo: Nam vbi Delator dixerat, tũ demùm Patronus ad dicẽdũ ſurgebat.

Cic.

Cic. pro Roſcio Amerino: Perorauit aliquãdo, aſſedit, ſurrexi ego. Paulò antè: credo, cũ vidiſſet, qui hõies in hiſce ſubſellijs ſederẽt, quęſiſſe nũ ille aut ille defenſurus eſſet, de me nihil ſuſpicatũ quidem, quòd anteà cauſam nullã publicã dixerim. Porrò quæ ab Agentibus memoriter dicebãtur, eadẽ ab Actuarijs [1] & Notarijs excepta notis deſcribebãtur. Trãquillus in Iulio: Orationes aliquas reliquit, inter quas temerè quædam feruntur, vt pro Quintio Metello, quam non immeritò Auguſtus exiſtimabat magis ab Actuarijs exceptã, malè ſequentibus verba dicẽtis, quàm ab ipſo editam: qui locus induxit nobis occaſionem ſcribendi pauca quædam de Orationibus, quas edebant Oratores. Repetendũ ergò diſcrimen monſtratũ à nobis alibi [2] inter Actionẽ, Orationẽ, & Declamationẽ: Media in ſcripto cõſtat, extremę duæ ipſo actu pereunt, niſi ſcripti beneficio cõuertantur in Orationes, quanquam Declamationes ſuũ nomẽ retineãt, vt Fabianæ ſunt, & Senecanę: Itaq; Oratores, qui fortaſſis tãtũ in ſcribẽdo poterãt, quãtũ agẽdo, quę inter agendũ dixerãt, domi diſpun-

Actuarij & Notarij.

Diſcrimen inter Actionem, Orationem, et Declamationem.

Oratores quæ inter agẽdum dixerãt, domi diſpungebant, & retractabant.

diſpungebant & retractabāt, diſpunctaq; & recognita in lucem emittebant. Sunt autem propria huius induſtriæ vocabula diſpungere, & retractare [3]: Illud enim eſt recognoſcere & relegere, hoc reuocare ad incudem, & quaſi recoquere. Plinius lib. 8. ad Senecionem: Retracto Actiūculas quaſdam. Idem lib. 4. ad Vrſum: Habebis hāc interim epiſtolam, vt prodromō, expectabis Orationem plenā, onuſtamque, & expectabis diù, neque enim leuiter & curſim de re tanta retractādum eſt. Verùm huiuſmodi recognitiones, & deſcriptiones Actionum variè cōparabantur, aliâs enim plura, quàm dixerant inter agendum, ſcribebant, aliâs pauciora. Plin. lib. 1. epiſt. ad Tacitum: Ego, ait Plinius, contrà puto, teſtes ſunt multæ multorum Orationes, & Ciceronis pro Murena, pro Vareno, in quibus breuis & nuda quaſi ſubſcriptio quorūdam criminum ſolis titulis indicatur. Ex his apparet illum permulta dixiſſe, & cùm ederet, omiſiſſe. Idē pro Cluentio ait, ſe totam cauſam veteri inſtituto ſolùm peroraſſe, & pro Cornelio quatriduò egiſſe, ne dubitare poſſim[9], quæ per

Variæ Actionum retractationes.

quæ per plures dies, vt neceſſe erat, latiùs dixerat, poſteà reciſa, ac purgata in vnum librum grādem quidem, vnum tamē coarctaſſe. At aliud eſt Actio bona, aliud Oratio, quę Plinij opinio confirmari poteſt eo, quod ſcripſit Macrobius lib. 2. Saturnaliorum, M. Ciceronem ioci oportunitate Reum Lucium Flaccū Iudicū damnatione exemiſſe, qui iocus in eius Oratione, quam iam in manibus habemus, nuſquam eſt. Huic tamē ſuæ hæreſi idem Plinius aduerſus, aliquando plura ſcripſit quàm egit, vtar enim eius gladio ad eū iugulandum: Sic enim ait lib. 9. ad Romanum: Tertia epiſtola continebat eſſe tibi redditam Orationem pro Clario, eamq́; viſam vberiorem, quam dicente me, audiente te fuerit: Eſt vberior, multa enim poſteà inſerui. Memini & aliquādo legere me apud Aſconiū, illam ipſam Actionem, quā Cicero pro Milone ad Iudices habuit bonitate inferiorem, & magnitudine imparem ei, quam poſteà emiſit, & ab omnibus paſſim teritur: Nā cùm prior Actio excepta de ore dicētis per Actuarios, & imprudente Cicerone per Librarios de-

Pro Plinio.

Contra Plinium.

Oratio pro Milone.

rios de-

rios deſcripta, & vulgata non ſatisfaceret ipſi auctori, idem argumentum domi retractauit, Orationemq́ue prolixiorem, & perfectiorem domi compoſuit, & priore quaſi damnatá euulgauit, quę ità accuratè & ingenioſè ſcripta eſt, vt multi non dubitarint dicere, victurũ Ciceronem in eo iudicio fuiſſe, ſi ea fuiſſet vſus: Quin & Annius Milo damnatus, cùm ei Maſſiliæ in Narbonenſi Gallia exulanti oblata eſſet, perlegiſſetq́ue, exclamauit, M. Tulli, ſi ſic egiſſes, T. Annius Milo iam barbatos Maſſiliæ piſces nõ eſitaret. Itaq; pauciora dixit in Actione, quã in ipſa Oratione Cicero. Nituntur & contra Plinium, quæ ab eo cũ quo pugnabat obiecta ſunt, Orationes optimas fuiſſe breuiſſimas, vt Lyſiæ apud Græcos, Gracchorum, & Catonis Romæ: nam & eodem teſte Orationes illæ optimæ, mille figuras extemporales habent, etiam in his quas tãtum editas ſcimus, vt in Verrem, quarum Diuinatio & altera Actio habitæ ſunt, reliquæ tantum ſcriptæ, cùm Hortẽſius patrocinium deſtituiſſet, & conſciẽtia ſcelerum Verres ſpontè exulatũ demigraſſet. Et

Actiones in Verrem.

ſet. Et idem: Tacitus omninò videtur cō-
demnare maiorū ſuorū peruerſum iudi-
ciū, qui lōgiſſimas Orationes breuioribus
præferebant, vt meliores. Sic enim ait in
dialogo de Oratoribus: Prior iſte Popu-
lus, vt imperitus, & rudis imperitiſſimarū
Orationū ſpatia, atque id ipſum laudabat,
ſi quis diē dicendo eximeret: Ità verò lō-
ga principiorum præparatio, & narratio-
nis altè repetita ſeries, & multarū diuiſio-
nū oſtētatio, & mille argumētorū genera,
& quicquid aliud aridiſſimis Hermagorę,
& Apollodori libris pręcipitur, in hono-
re erat. Verū nihil poteſt definiri in alte-
ram partē. Sunt enim quædā, quę non niſi
magna delectāt, vt templa, porticus, ſunt
quorum minutiæ, ſunt gratiſſimæ, vt na-
uis, aut currus [4] Myrmecidis, gemmę, la-
pilli habentur in delicijs à Magnatibus,
quià ità in Orationibus fit, vt mēſura, aut
numero verborum non cenſeantur, ſed
inuentione & eloqutione apta. Itaque
quod illîc dicit, Orationem eſſe archety- *Archetypon Actionis.*
pon, & exemplar Actionis, magis pro-
babile, & cauſæ ſuæ ſeruiens, quàm ve-
rum. Quis enim neſcit Actionem ipſam
quaſi

Actio, Idea orationis.

quaſi in Oratione repræſentari, eſſeque veluti Idęam quandam, quę Oratione exprimeretur, cùm & natura prior, & dignitate, vt authenticum deſcripto, & exemplum viuũ pictura? Figuræ enim extẽporales, quæ in mutis Orationibus, tanquã ſydera elucent, quomodo aptè cogitari, aut recipi poſſunt, niſi animus eas ad Actionẽ, tãquã ad Idωlon referat? Vt enim præpoſterè facit, qui Declamationem ſui thematis exẽplar dicit: Ità qui Orationẽ Actionis archetypõ, formãque primam ſtatuit, niſi intelligamus Orationem dici primum Oratoris fœtum, cùm dicenda meditaretur, quem referebat in commentarios, aut aduerſaria, vel pugillaria, ne præſumpta memoriæ fiducia, frigefactæ inuentionis fructus periret omnino. Sed rarò hoc quiſquam Orationẽ appellauit, ſed libellum, inſtrumentum, formulam litis, vbi quaſi ſummis, rudibus, & neceſſarijs tamen lineamentis Actio futura deſignata erat, cùm multa ex tẽpore dicenda eſſent, quæ præcogitari non poterant, ideò nec in commẽtarium memoriæ gratia reijci, ſed de illis nulla nunc nobis men-

bis mentio, neque de ijs, quas Reis imperitis Rhetores componebãt, ſed de retractatis ab ipſis, qui eas egerant oratione perpetua,cauſis. Certè in ijs, qui ſcriptas Orationes recitabant, Plinij hæreſis vera eſſe potuit, quia Oratio Actionis exemplar eſſet, vbi nulla fortaſſis Actio, ſed amiſſo nomine metamorphoſis facta eſt in Recitationem, per quam vniuerſa gratia, & energia Actionis perit. Plinius lib. 2. ad Cerealem: Hortaris vt Orationem amicis pluribus recitem, faciã quod hortaris,quamuis vehementer addubitẽ:Neque enim me præterit, Actiones,quæ recitantur,impetum omnem, caloremque, ac propè nomen ſuum perdere. Et paulò pòſt (nam quæ interiecta ſunt, ad recitationem,quæ fiebat publicè in Auditorijs, pertinent) Recitantiũ, (ait) præcipua adiumenta oculi, manus præpediuntur,quò minùs mirum eſt, ſi Auditorum intentio relangueſcit, nullis extrinſecùs aut blandimentis capta, aut aculeis excitata.Porrò multi extra forum in grauiſſimis negotijs fecerunt, vt nõ ex memoria pronuntiarent, ſed ex ſcripto recitarent, diffiſi

Recitatio.

S breuis,

Viri magni Orationes recitarunt.

breuis, inconſtantiſque memoriæ infœlicitate, vt mallent Actionis commodum abijcere, quàm turpis titubationis, medijque ſilentij infamiam ſubire. Tranquillus in Auguſto: Ac ne periculum memoriæ adiret, aut in ediſcendo tempus abſumeret, inſtituit recitare omnia: Sermones quoque cum ſingulis, atque etiam cũ Liuia ſua grauiores, non niſi in ſcriptis, & in libello habebat, ne plus minúſue loqueretur extempore. Eſt & aliquando in Senatu deliberatum ex libello, vbi tamẽ nõ tam Actiones quàm Altercationes ſunt in dicendis ſententijs. Plinius libro 6. ad Vrſum de rixa quadam in Senatu mota: nam & Celſus Nepoti ex libello reſpondit, & Celſo Nepos ex pugillaribus. Cicero Philippica 10. Hoc verò Q. Fuſi ſine offenſione amicitiæ noſtræ ſicut tecũ, aut à te diſſentiens Senator quæro: Ità enim dixiſti (& quidem de ſcripto) literas Bruti rectè atque ordine ſcriptas videri. Quod quid eſt aliud, quã Bruti Librariũ laudare, non Brutum? Quam conſuetudinem reuocarunt ad noſtra ſæcula magni viri, maximè Profeſſores, vt Declamationes ſuas

In Senatu recitata ex libello ſententia à deliberantibus.

Profeſſores.

nes ſuas proluſorias in ſolemnibus prælectionum auſpicijs ex ſuggeſtu nõ memoriter pronuntient, ſed ex libro lectas recitent. Quod cùm faciunt, ingenuè ſe extemporales non eſſe fatentur, aut maleficium infœlicis memoriæ accuſant publicè, & condemnant. Verùm Grammaticorum, Poëtarum, Hiſtoricorũ, Rhetorum recitatio ad exigendam populi cenſuram de opere aliquo recens nato inſtituta eſt: Cũ enim populus ſit naſutiſſimus, oculatiſſimus, auritiſſimus, vix quicquam in opere elabitur olidi, quod à naribus nõ reijciatur, fœdi, quod oculi tot nõ deteſtentur, ingrati, quod ex tã multis auribus aliquæ nõ excipiant. Itaq; & Cæſares ipſi eius ſuperbã cẽſurã ſubire voluerũt, & corã eo, tanquã Ariſtarcho, Criticoq; rectiſſimo, palã recitarũt. Trãquil. in Domitiano: Simulauit & ipſe inire modeſtiã, imprimiſq; Poëticę ſtudiũ tã inſuetũ anteà ſibi, q̃ poſteà ſpretũ & abiectũ: recitauitq; etiã publicè. Recitauit & frequentiſſimè hiſtorias. In principatu (ait idẽ Sueton.) & ſcripſit plurimũ, & aſſiduè recitauit ꝑ Lectorẽ. Auditoriũ verò Recitantiũ erat in Palatio.

Recitatio in Auditorijs.

Cæſares recitarunt.

Auditorium in Palatio.

Palatio. Plinius libro 1. ad Senecionem: Magnum prouentum Poëtarum annus hic attulit, toto menſe Aprili nullus ferè dies, quo non recitaret aliquis. Et pauló pòſt: At herculè memoria parentũ Claudium Cæſarem ferũt, cùm in Palatio ſpatiaretur, audiſſetque clamorem, cauſam requiſiſſe, cumque dictum eſſet recitare Monatianum, ſubitum recitanti, inopinatumque aduenisse. Sed quod ad propoſitum vtcunque facit, Cæſares aliquandò voce aliena cõcionabantur ad Populum, aut in Senatu Orationes recitabãt. Tranquillus in Auguſto: Pronuntiabat dulci & proprio quodam oris ſono, dabatque aſſiduè Phonaſco operam, ſed nonnunquam infirmitatis faucibus Præconis voce ad Populum concionatus eſt. Idem in Nerone: Ac poſthæc tantùm abfuit à remittendo laxandoque ſtudio, vt conſeruãdæ vocis gratia, neque milites vnquam niſi abſens, aut alio verba pronuntiante, appellaret, neque quicquam ſeriò iocóue egerit, niſi aſtante Phonaſco, qui moneret, parceret arterijs, ac ſudarium ad os applicaret. Idem ibidem: Orationes ad

Cæſares voce aliena concionati.

Sena-

Senatum miſſas, prӕterito Quӕſtoris officio, per Conſulem plӕrumque recitabat. Recitabant & Comœdi Comœdias, ſed ſinguli ſingulas, quas Hiſtriones geſtibus mutis reprӕſentabant: Comœdi enim nomen commune eſt Hiſtrionibus & Recēſitoribus, vt Roſcius ille Comœdus, Turpio Ambiuius, qui quamuis nihil pronuntiarent, ſed tantùm geſticularentur [5], Comœdi tamen dicebantur: Nuſquam enim legitur aliquid de facundia Roſcij, aut aliorum Hiſtrionum, ſed tantùm de arte, & dexteritate mouendorum corporum, & geſticulandi, quibus inſignes erant, & Populo commendatiſſimi Hiſtriones. Quod autem Recēſitores, ſiue Recitatores, cuiuſmodi fuit Calliopius apud Terentium, Comœdi dicti ſint, argumenta peti poſſunt clariſſima ex prologis Plautinarum Comœdiarum, vndè colligi poteſt, recitatas tantùm fuiſſe Populo Comœdias, cùm interim Hiſtriones tacerent, geſtus tātùm perſonarum reprӕſentantes, quod alibi apertiùs docebimus.

Recitabāt Comœdi, Hiſtriones geſticulabantur.

Corollarium ad caput duodecimum.

1 Ab Actuarijs, & Notarijs) *De his plura dicentur à nobis lib. 5. in Paralipomenis.*

2. Monſtratum à nobis alibi) *Lib. 2. c. 12.*

Cognitio. Recognitio. Diſpunctio.

3. Retractare) *In eadem ſignificatione cauſa retractari dicitur apud Vlpian. ff. de iur. fiſci. Cognitionis, recognitionis, & diſpunctionis meminit idem Vlpian. in l. 15. de reb. auct. iud. poſſid. & l. 55. de verb. ſignificat.*

Quadrigæ et nauis Myrmecidis.

4. Nauis, aut currus Myrmecidis) *Huius meminit Cic. 4. Academicarum, & Plinius lib. 36. c. 5. Hic autem quadrigas ex ebore minutas confecit, vt muſcæ alis tegerētur, & nauem, quam apicula pinnis abſconderet. Ælian. promiſcuæ hiſtoriæ lib. 1. Varro lib. 6. de ling. Lat.*

Hiſtrionum muta loquacitas.

5. Nihil pronuntiarent, ſed tantùm geſticularentur) *Licet hoc paradoxō videtur Hiſtriones tātū geſticulatos, non pronūciaſſe, illud tamē facilè ex prologis Plauti, & Terentij in Aſinaria, Pœnulo, Hecyra, & Heautontimorumeno probari poteſt. Mirè etiam euincit, quod apud Caſſiodorum legitur ſub fin. lib. 4. dùm Symmacho Theod. Rex theatrales ludos deſcribit: his inquit addita ſunt Horciſtrarū (ſic enim lego) loquaciſſimæ manus, linguoſi digiti, ſilentium clamoſum, expoſitio tacita, quam Muſa Polyhymnia reperiſſe narratur: oſtendens homines poſſe, & ſine oris affatu ſuum velle declarare. Et paulò pòſt: Pantomimo igitur, cui à multifaria imitatione nomen eſt, cùm primùm in ſcenam plauſibus inuitatus aduenerit, aſſiſtunt conſoni chori, diuerſis organis eruditi, tūc illa ſenſuum manus ocu-*

Geſticulatio expoſitio non vocalis.

lis,

lis canorum carmen exponit, & per ſigna compoſita quaſi quibuſdam literis, edocet intuentis aſpectum, in illaque leguntur apices rerum, & non ſcribendo facit, quod ſcriptura declarauit. Pronuntiabant autem Hiſtriones interdum mimos, pro logos, lepidiores ſententias, & diuerbia, quæ in fabula occurrebant. Valer. Max. lib. 6. c. 2. Diphilus Tragœdus cùm Apollinaribus ludis inter actum ad eum verſum veniſſet, in quo hæc ſententia continetur, Miſeria noſtra magnus eſt, *directis in Pompeium Magnum manibus pronunciauit. Quod & ex Macrob. lib. 2. cap. 7. Saturnaliorum palàm ſit, vbi de ſentētijs, ac dictis Laberij & Publij Mimographorum tractat, de Pilade ac Hyla Hiſtrionibus. Cicero etiam lib. 7. epiſt. 1. C. Mario mirificum ludorum apparatū deſcribit, ac narrat de Æſopo quodam Hiſtrione, quem vox defecit, iurare cùm cœpiſſet in illo loco,* ſi ſciens fallo. *Polus quidam Tragœdus apud Gellium geſtus & claritudine vocis commendatur. Vide quædam apud Magnum Eraſ. in Dialogo de pronunciatione.* *Hiſtriones quæ pronunciarent.*

ARGVMENTVM.

¶ De partibus Orationis, motu, & vi eloquentiæ, ſtatu, & habitu Reorum, Parecbaſis de Spectris.

Caput 13.

ORatorū Actiones nō temerè paucioribꝰ partibꝰ quā quatuor abſoluebātur, Exordio, Narratione, Cōfirmatione & Peroratione. Medię duę ad docēdū, *Orationis partes.*

extremæ ad ciendos affectus accommodatæ, quorum cùm ſit duplex genus, mites & vehementes: illos ſibi Exordium, hos Epilogus vendicat, in quem Orator omnes eloquentiæ ſuæ opes impēdit. Si enim ſuſtuleris Oratori facultatem rapiē-di, conuertendi ſurſum deorſum animos motibus violentis, quid à garrulo Dialectico differat, non video, niſi quod vnus ſtrictiùs, & quaſi argumentorum pūctis, & aculeis rem tangit: Alter quaſi cæſim pugnat, perpetuitateque orationis hoſtem impetit: Rhetorica enim pugno extenſo, Dialectica contracto ſimilis Zenoni videtur. In affectibus verò regnat Orator, quorum naturam cùm à Philoſophis, maximè Stoicis diſcat, vſum tractādorum à ſuis habet Rhetoribus, quem explicat in ijs maximè conſeſſibus, vbi ratio aliqua humanitatis, & ciuilitatis habetur, vbi Iudices ſeſe homines ſentiunt, neque à ſe humanos affectus alienos putant: Nā triſtis, & rigidus ille Athenarum Areopagus, & pluſquam Stoicus, magis fungos, aut ſaxa in ſubſellijs ſuis videtur habere, quàm homines, quos vix periſtaſeis mouent,

Diſcrimē Rhetoricæ, & Dialectica.

Areopagus.

uent, quæ in maleficijs, quorum Areopagitæ ſunt Quæſtores, plurimùm valent in vtramque partem: Noctu enim iudicant, Præconem habent aſſiduum, qui affectibus interdicat. Ideoque Romanorum Patronorum eloquentia, non modò neceſſarias ad vitam retinendam partes habet, ſed & artus quoſdam ad ſpeciẽ tributos, quibus, tanquàm toris & lacertis, Oratio ſtantia, rectique aduerſa expugnaret. Sed Eloquentiæ laudes elegantiſſimè proſequitur M. Aper in Dialogo de Oratorib. apud Tacitum, cui Eloquentiæ eædẽ omninò ab auctoribus tribuuntur vires, quas olim Vergilius virgæ, & Caduceo Mercurij dedit lib. 4. ſuæ Æneidos: *Eloquentia.*

——— *Hac animas ille euocat Orco*
Pallentes, alias ſub triſtia Tartara mittit,
Dat ſomnos, adimitq́, & lumina morte reſignat,
Illa fretus agit vẽtos, & turbida tranat
Nubila.

Quos verſus allegoricos Oratoris eloquẽtiã ſignificare iuſtiſſimè dicere poſſemus, vt Mercurius virga euocans Manes ab inferis, intelligatur Orator, qui ſua facundia *Caducei Mercurij allegorica explicatio.*

in Reatu conſtitutos periculo mortis liberet:alios autem ſub triſtia Tartara mittit, quum ſuis accuſationibus & inuectiuis Reorum caput, & fortunas in periculum trahit. Dat autem ſomnos, & adimit, cũ Auditores vel infeſtos placat, & mitigat, vel beneuolos concitat,& exaſperat, aut parùm attentos, veluti dormitantes ſuſcitat, & erigit. Agit aũt ventos ſua virga, cũ motus populi, & ſeditiones cōponit,aut regit, vt quōdam Hercules Gallicus [1] pingebatur,cathena aurea linguę alligata circumducere populos quocũque vellet. Vis tamen Eloquẽtiæ nō in verborum quodam impetu, & fulmine, ſed in extrinſecis multis cōſiſtit, vt cũ illa Phryne Rea ſpecioſiſſimũ corpus ſuum Iudicibus nudauit, quo ſpectaculo magis commoti ſunt Iudices, quàm Hyperidis Oratoris Actione quàm admirabili. Item M. Antonius M. Aquilium defenſurus, cùm ſciſſa veſte cicatrices, quas ſex pro patria aduerſo pectore ſuſcepiſſet, oſtendit,non Orationis habuit fiduciam,ſed oculis Populi Rom.vim attulit. Et Sergius Galba, cũ nō ſolũ liberos paruulos ſuos in cōcionem

Vis eloquẽtia in extrinſecis.

Phryne.

Vis affectuũ.

nē produxiſſet, ſed et Galli Sulpitij filium ſuis manibus circũtuliſſet, elapſus eſt iudicio. Ad hæc Cicero pro Flacco filium paruulum produxit flentē, & quaſi deprecantē à patre cōdemnationis periculum: Quod cautè faciendum, inſtruendiq; pu- elli producēdi: nam ſæpè eluſæ ſunt huiuſmodi productiones, vt quidã flēte pucro, date, inquit, puero panem, aut alius cur cũ fleret rogaretur, reſponderat ſe à Pędago vellicari, & alia huiuſmodi affectuum ludibria, quæ obſeruata ſunt Rhetoribus, vt cauerētur in poſterũ. Omnium autem maximè miſerabilis erat Rei cauſam dicē tis facies, habituſque corporis totus, ſqualor vultus, promiſſio barbæ, & capillorum, veſtitus ſordidatus, & proximorum Cognatorũ, qui aduocati ſimul pro Reo ſupplices erant: quod poſteà ſolis [2] parentibus, & affinitate coniunctis permiſſum eſt, & intra certum gradum. Venuleius in l. Veſtem. ff. de iniurijs: Veſtem ſordidam Rei nomine in publico habere, capillúmue ſubmittere nulli licet, niſi ità coniunctus eſt affinitate, vt inuitus in Reum teſtimonium [3] dicere cogi non poſſit.

Cautio in extrinſeca eloquentia.

Squallor Reorum.

Quibus cognatu permiſſum eſt eſſe ſordidatis.

Fuerunt

Qui in reatu habitum mutare ſunt dedignati. Fuerunt tamen nonnulli Romæ, qui nunquam Iudicibus mutata veſte ſupplicare ſuſtinuerũt. Sueton. in Tyberio, de Claudiorum Patritiorum gẽte: Hæc Optimates Aſſertoreſq; vnicos dignitatis, ac potentiæ Patritiorum habuit, atque aduerſus plebem adeò violentos, & contumaces, vt ne capitis quidem quiſquam reus apud Populum mutare veſtem [4], aut deprecari ſuſtinuerit. Plutarchus narrat de Milone, qui neq; comam, neque veſtem mutauit cùm cauſam diceret. Habitus huiuſmodi Reorum, *Reatus.* Reatus primùm à M. Meſſala vocatus eſt, vt, quãdiu delatus ſit quis, & receptus inter Reos, dicatur eſſe in Reatu. Martialis:

Si det iniqua tibi triſtẽ Fortuna Reatum,
Squallidus hærebo, pallidiorq́, Reo.

Rei diuturni. Hînc Rei diuturni, qui diu apud Ærariũ pependerunt, de quibus li. 4. dicemus fuſiſſimè. Hi, quãdiu Accuſatio nõ abolebatur, in perpetuis Reatus ſordibus erant. Tranquillus in Auguſto: Diuturnorum *Sordes Reorum.* Reorũm, & ex quorum ſordibus, nihil aliud quã voluptas inimicis quęreretur, nomina aboleuit. Tantę autem erant hæ ſordes, vt

des, vt ſudarium album Reo obiectũ ſit. Fabius lib. 6. cap. de Riſu: Sunt quædam etiã veriſimilia, vndè Vatinius dixit hoc edictum: Cùm Reus agente in eum Caluo, candido frontem ſudario tergeret, idque ipſum Accuſator in inuidiam vocaret, quamuis ſim Reus, inquit, & panem candidum edo. Veſtes non quotidianæ ſed ſordidatæ, & ad luctum comparatæ. *Mutatio veſtis.* Liuius in cauſa Virginiæ: Venit poſtridiè in Forum obſoleta veſte. Et Cicero luxiſſe Senatum mutata veſte in ſuo exilio, vbique ad faſtidium vſque legentium inculcat. Nõ tãtùm in luctu priuato, ſed etiam publico. Abijt barba Reorũ in prouerbium. Martial. lib. 2. *Barba Reorum.*

Nec tibi mitrarũ, nec ſit tibi barba Reorũ.

Vbi autem abſolutus erat Reus, tundebatur promiſſus capillus, barbaque ponebatur, gratiaſq; acturus Dijs aſcendebat Capitolium cum ingenti, & faſtuoſo comitatu aduocatorum. Idem Martialis: *Mos ſeruatus poſt abſolutionem Rei.*

Cinctum togatis pòſt & antè Saufellum,
Quanta reduci Regulus ſolet turba,
Ad alta tonſum templa cùm Reum miſit
Materne cernis.

Narrat

Narrat Plutarchus in Cicerone, eodem Prætore Licinium Macrum cauſam dicẽtem ſperaſſe abſolutionem Macri & aliorum commendatione, domum redijſſe, ſquallidam barbam poſuiſſe, cãdidam veſtem ſumpſiſſe, tanquã iã abſolutus eſſet, cùm tamẽ eodem iudicio dãnatus ſit. Plinius li. 7. ad Suram de puero, cui per ſomnũ tonſi eſſent capilli: Nihil (inquit) notabile ſecutũ niſi fortè, quod non fui Reus, futurus ſi Domitianus, ſub quo hæc acciderunt, diutiùs vixiſſet: nã in ſcrinijs eius datus à Caro de me libellus inuentus eſt: Ex quo cõiectari poteſt, quia Reis moris eſt ſubmittere capillũ, reciſos meorũ capillos, depulſi quod imminebat periculi, ſignũ fuiſſe. In qua epiſtola multa eleganter de ſpectris[5], & nocturnis idolis diſputantur: nam res valdè olim, vt & nunc in noſtra religione, controuerſa fuit: Eſſéntne ſcilicet aliquid phantaſmata, prędităue numine aliquo, & figura: an inanes, & vanæ imagines, quas metus nobis vacuis referret. Pro altera Phyſicæ rationes pugnant, pro altera autem quotidiana[6] exempla, non ſoli vulgo, ſed magnis

Submiſſio capili.

Parecbaſis de ſpectris.

etiam

etiam viris obſeruata, & literis prodita: nã præter paradigmata quæ ibi ab auctore narrantur, Suetonius etiam in Auguſto videtur meminiſſe, ſic enim de agello, vbi Octauius natus credebatur, ſcribit: Hûc introire niſi neceſſariò, & caſtè religio eſt, quaſi temerè adeuntibus horror quidam, & metus obijciatur, ſed & mox confirmata: nam cùm poſſeſſor villæ nouus ſeu fortè, ſeu tentandi cauſa cubitũ ſe eò contuliſſet, euenit, vt poſt pauciſſimas noctis horas exturbatus indè ſubita vi, & incerta, penè ſemianimis cum ſtrato ſimul ante fores inueniretur. Idem Tranquillus in Caligula: Cadauer eius clàm in hortos Lamianos aſportatum, & tumulario rogo ſemiambuſtum leui ceſpite obrutum eſt. Satis conſtat, priùs, quàm id fieret, hortorum cuſtodes vmbris inquietatos. Hûc concedunt & Poëtæ, ſed fortaſſis non tàm Phyſica ratione, quàm more ſuo ſeſe ad vulgi perſuaſionem demittentes. Vergilius libro quarto Æneidos.

Omnibus vmbra locis adero, dabis improbe pœnas.

Apud

Apud Horatium Epode 5. puer quidam raptus à veneficis, & iam iam mactandus ità imprecatur.

Diris agam vos, dira deteſtatio
Nulla expiatur victima.
Quin vbi perire iuſſus expirauero,
Nocturnus occurram furor,
Petamq́ vultus vmbra curuis vnguibus,
Quæ vis Deorum eſt Manium,
Et inquietis aſſidens præcordijs
Pauore ſomnos auferam.

Idem tamen Horatius alibi Manes fabulas vocat, vt cui tanquam cæteris Epicureis [7], & Atheis anima mortalis ſit, vmbrarumque cõtemptum inter cætera boni fortiſque animi argumenta collocat ad finem lib. 2. Epiſt.

Non es auarus? abi. quid cætera? num ſimul iſto
Cum vitio fugère? caret tibi pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine, & ira?
Somnia, terrores magicos, miracula, ſagas,
Nocturnos lemures, portentaq́ Theſſala rides?

Taceo in ſacris Euãgelijs locos quoſdam: Exiſtimabant ſe ſpiritum videre, & in Apoſto-

poſtolicis actis: Angelus Petri eſt, qui ſtat pro foribus, & alios: nam pronunciare in hanc vel illam partem, temerarium fortaſſis eſſet. Malim enim in re tam ambigua Socraticos imitari, qui à rebus dubijs aſſenſionem cohibent, tutiorque eſt Academiæ aporia, quàm reliquarum hæreſum iuratiſſima dogmata. Hoc vnũ ſcio, quædam eſſe, quæ nocturnis ſpectris imputantur, cùm certiſſimam veriſſimamque [8] in Phyſiologia rationem habeãt, vt Ephialtes, Latinis Incubus, quem vulgus Calcomarem à calcandis maribus vocat. Et Lycanthropi, quos etiam lupos varios vocamus: Ille enim repręſentatur ſupinè dormientibus, onerato ventriculi ſtomacho multis & impuris humoribus. Hi genere quodam vehementis peratræque inſaniæ ex melancholia laborant, vt noctu per ſepulchreta errabundi lupinis ſimiles vlulatus imitentur. Vtcũque res habeat, Græci perſuaſionis iſtius cauſam, vera vel fictáne ſit, nihil moror, Phantaſias, Phantaſmata, Idola, Phaſmata, Latini Imagines, Formas, Simulachra, Spectra, Species, Viſa, Viſiões, aliâs Lemures, Empuſas,

Acatalepſia Academiæ.

Incubus.

Lycanthropia.

Vmbras, Manes etiã auctores vocãt. Cui parecbaſeos breuitas nos fatigatos iã duobus libris huius Commentarij perfectis, vtcunque recreauit, animumq́ue ad reliquum cœpti laboris percurrẽdum altiùs excitauit, tanquam ex aſpero rupibus iugo, præcipitijſq́ue procliuibus periculoſo, in ſubiectam vallem amœnã, apricam, floridam, delicijſq; voluptatum mentem feſſam recreantium ditiſſimam ſuccedentes, animo tantiſper indulgeremus, eundemq́ue ſpecioſa vallis facie paſceremus: nam iam iam in aduerſum montem, non minùs arduum & pręruptum nonnunquã nitendũ eſt, vnoque ſpiritu accliue, altero decliue ſuperato cacumine cõficiendum.

Corollarivm
ad caput decimum tertium.

1. Hercules Gallicus) *Sub hoc nomine inſcribitur Dialogus apud Lucianum: de eo etiam ludit noſter Alciatus in ſuis emblemat. ſub hoc elogio, Eloquẽtia robore præſtantior.*

2. Quod poſteà ſolis parentibus &c.) *Nam anteà immodicè fiebat: cõſtat enim ex Ciceronis Oratione pro Reditu, & Plutarcho Senatum, & Equeſtrem ordinem ad viginti millia hominum ſordidatos fuiſſe Romæ cum ipſo Cicerone. Quin etiã Hebræi olim ſilicio & ſacco cum cineribus capiti inſperſis*

Sordidatorũ immenſus numerus.

Hebræi ſordi-

ſperſis ſordidabantur, quod faciebāt, vt ità abiecti, & humilitati miſericordiam, & opem conſequerentur. Exempla ſunt Danielis 9. Ionæ 3. & Heſter. 4. dati.

3. Vt inuitus in Reum) *Qui ſunt illi, quibus inuitis teſtimonium non denunciatur. l. Iulia Papia publicorum iudiciorum cauetur. l. 4. et 5. de teſtib. ff. De quibus conſule Oldendorpium tit. de teſtib.* *Quibus inuitis teſtimoniū non denunciatur.*

4. Mutare veſtem, aut deprecari) *Liuius tamen lib. 3. & 6. ab V. C. ait Appio Claudio in vincula ducto C. Claudium Appij fratris filiū inimicum Claudiamque omnem gentem ſordidatā fuiſſe: quod quomodo conuenire poſſit cum hoc Suetonij loco in textu allegato non ſatis video. Cæterùm inter illos qui in reatu ſordidati non fuerunt, numerari poteſt P. Scipio Africanus de quo vide Gellium libro 3. cap. 4. Noct. Att.* *Liuij locus.*

5. De ſpectris & nocturnis Idolis) *Hanc parecbaſin de ſpectris omninò decreueram tollere, quia longiùs petita parum, aut nihil ad rem facere videbatur: Verùm intereadùm cunctantior eſſem in diruendo (nam auctionē potiùs meditabar) ſuaſu quorundam amicorum mutato cōſilio reliqui tanquam in Foro noſtro quendam receſſum locum, in quo quis animum oblectare poſſit: Quin etiam abuſus amplitudine loci & materiæ, neſcio quomodo imprudēter acceſſio quædam facta eſt, quæ omnia quidem inſtar ſigillariorum haberi cupio. Quid autem mirùm, ſi in forum, tam varia, & peregrina ferantur? Si cui tamen hæc merx non placet, illa præterita ad alia ſe cōuertat, quandoquidē & alia ſuperſunt: nobis aūt nequaquā placet Lector, qui foro vti neſcit.* *Sigillaria.*

6. Quotidiana exēpla) *Multa refert Alex. ab Alex. in ſuis Genialibus lib. 2. cap. 9. & lib. 4. cap. 19.*

Epicurei Athei. 7. Vt cui tanquam Epicureis & Atheis) *Caſſius apud Plutarchum in Bruto, Thyciades apud Lucianum in Philopſeude, Chorus apud Senecã in Troade ex ſententia Democriti, & Epicuri contendunt nullos eſſe dæmones, aut ſpiritus, atque animã vnà cum corpore interire, in qua quidẽ hæreſi adeò confirmatus erat idem Democritus, vt cùm in tenebris per laſciuiam quorundam adoleſcentulorum è ſepulchris mortuorum noctu veluti laruis infeſtaretur, impauidus & ſemper ſui ſimilis illos ſtatim admonuit, vt ineptire deſinerent. Tantũ potuit addere conſtantiæ ſemel hæc concepta opinio. Sed apageſis Atheos.*

Democritus laruarum cõtemptor.

8. Certiſsimam veriſsimáque in Phyſiologia) *Præter Phyſicas rationes, quas adfert auctor noſter de Melancholicis, multæ concurrunt impoſturæ, et ſtrophæ, quæ fiunt ab ipſis viuis ſub regno tenebrarum, & noctis, quas meticuloſi, & parùm naſuti, dũ fucum non olfaciunt, ſpectris, & mortuorũ pijs Manibus falſo tribuũt, nec deſunt etiam Curios ſimulantes, qui religionem ſuperſtitioſis incutiant. Huiuſmodi Veteratorũ exempla etiã domeſtica narrare poſſemus, ſed nõ ſunt huius loci, qui otio abuti volunt, multa videbũt in Nouellis Italicis, & Gallicis, quæ paſſim circũferuntur. Notior aũt eſt Poli, & Fauni acta fabula, quã vt recenſeri, aut locũ indicari hîc ſit operæprecium. Sed vt ſint ſpectra, & viſa quædam (nam omninò negare nõ poſſumus nullas non fieri apparitiones ab vtroque angelo lucis et tenebrarũ) certè illud meritò dubitari audio, vtrũ apparitiones, quæ mortuorũ Manibus tribuuntur, ab ipſis animabus repræſententur, nam ſi præſentiam earum ſemper requiramus, quid de apparitioni*

Strophæ.

Poli fabula.

Vtrum apparitiones animarum ſint.

tionibus viuorũ, quæ fiunt ipſis viuis dormientibus, aut vigilantibus maximo interuallo inter ſe ſemotis, ac ne his quidem conſcijs quorum imagines repræſentantur? Qualiter Eulogio Rhetori profitẽti Rhetoricam Carthagini apparuit ipſe Auguſtinus, qui Mediolani agebat. Qua de quæſtione vide Auguſt. lib. de Cura pro mortuis. & Thomam 3. parte quæſt. 69. artic. tertio. Hoc tamen admonere videtur operæprecium, quod cum apparitionibus, & viſis affine, à Foro autem iudiciali nequaquam alienum eſt, de Maleficis ſiue Mathematicis. Optarem equidem, vt maiore cum pondere, & diligentiùs fierent anacriſes Sagarum ſiue Strygum (quas vulgus à ſortibus, vt puto, Sortierias vocat) neque tàm faciles eſſent Iudices ad credendũ, tanquam vera, quæ quotidie de illuſionibus, & præſtigijs dæmonũ referuntur, adeò vt confeſſioni deliratis anus, et malè ſanæ de ſuis epulis, choreis nocturnis, confeſſoribus, & concubinis, ſtatim non adhibeant fidẽ. Quid enim non communiſcuntur? Quaſi hæc corporaliter, & reuerà, non imaginariè, aut ſenſuum quadam faſcinatione, & in ſpiritu fiant, vt in Cõcilio Acquirenſi habetur, quod à Gratiano recẽſetur 26. quæſt. 5. can. Epiſcopi. Quod ſi cui mirum videatur, tantos errores gigni poſſe ex humoris, ſucciue prauitate, mirari deſinet, poſtquam legerit Galenum lib. 3. de locis affect. vbi abradentis Melancholiæ miros effectus narrat. Velim etiam in alijs id genus exactius iudicium adhiberi, vt non præpoſterè, et veluti Lesbij Fabri regulam materiæ, ſic ex euentu facta, ſed ex cauſis potiùs effectus metirentur, atque omnia rationi et veritati exigerent. Quod ſi fieret, non dubito, quin multæ ad Anticyras relegarentur, aut

Anacriſes Maleficarum.

Melancholia.

Lesbij Fabri.

tur, aut

Ad Agnatos, & Gentiles reducere.

tur, aut Pæonia purgarẽtur potiùs, quã Vulcano, et flãmis vltricibus expiarẽtur, niſi malimus ad Agnatos, & Gentiles illas reducere, vt eſt in prouerbio. Nolim tamẽ aliquẽ exiſtimare me Veneficarum, & Maleficarũ cauſam, & patrociniũ ſuſcipere velle, vti quoſdã ex Neotericis facere video, quas, eo ipſo quòd peſſimã ſuã nocendi voluntatẽ exerũt, etiamſi nihil efficaciter (vt ità dicam) præſtiterint, neque cauſa ſint ſæpiùs patrati ſceleris, quod volũtate geſtiunt, quia iã mala mens, malus earũ animus ad actũ propinquũ acceſsit, incidere in l. Corneliã de veneficijs puto, argumẽto l. is qui cũ telo. ff. eodẽ: atq; tãtò magis quod ferè à fide Chriſtiana deſciuerũt Apoſtatæ, & quòd pluſquã Trãsfugæ, cũ hoſte Chriſti, & generis humani Perduelles fœdus et pactũ coẽũt ſeſe eidẽ mancipando, ſupplicio dignas exiſtimo: ſed hoc tantũ obiter aſſcripſi illuſionum dæmonis occaſione, ne quis ſemper oĩa vera et nõ præſtigioſa earũ facta dictáue putet, deceptus cõfeſsione erronea,

——— Cuius velut ægri ſomnia vanæ
Fingentur ſpecies, vt nec pes, nec caput vni
Reddatur formæ,

atque vt diſcrimẽ aliquod fiat, vt debet, inter leprã et leprã. Quia tamẽ video illud etiã inter doctos cõtrouerti, vtrũ Lamiæ, et Stryges ad cõuiuia et ludũ verè & realiter, an tãtũ in ſpiritu deferãtur, lubet hîc vtrinque auctores laudare, vt curioſo aliqua ex parte ſatisfaciã Lectori. Pro altera vide Thom. 22. quæſt. art. 5. bona. 3. ſentẽ. diſt. 29. quæſt. 3. Sylueſt. tract. de Strygib. Picũ Dialogo Stryx. Paulũ Ghyrlãdũ in ſuo tract. de Lamijs, & Sortilegis, nec non libellũ, quẽ vulgò Maleũ maleficarũ vocãt. Pro ſecũda vide Ioan. Franciſcũ Pozinnibiũ in ſuo tract.

Utrum Stryges in corpore deferantur, an tantùm in ſpiritu.

de Lamijs. Alciat. li. 8. Parer. c. 22. Ioan. Baptiſt. Magiæ Naturalis. li. 2. cap. 26. Copioſè apud Ioã. VVier. de præſtig. Dæmon. pro quibus facit d. ca. Epiſcopi. ex Cõcilio Acquirẽſi, niſi quis calũniari velit. De Incubis, et Succubis licet multũ diſputari poſſit, an ſpirit⁹ corporaliter cũ hominib. cõmiſceri queat, audio Theologos maiorũ gẽtiũ affirmatiuã aſſerere. De Metamorphoſi etiã variè diſputatur (adeò ſunt oĩa probabilia) ac de Lycãthropis, ſic Ioã. Bodinus in ſua Methodo Hiſtor. Olaus ſæpè incredibilia narrat: ſunt tamẽ nõnulla, q̃ ſcriptorũ, ac teſtiũ multitudine, & cõſenſu quodãmodo pſuaderi poſſũt. Nã quæ de Neruiorũ (hi nũc Liuones appellãtur) in lupos trãſſiguratione, et μετεμψυχώσει ab Herodoto, Põponio Mela, & alijs Hiſtoricis olim peruulgata ſunt, ea Iuniores cõprobarũt. Hoc enim Gaſpar Peucerus vir magnæ eruditiõis, et minimè vanus, tũ etiã Linguetus nõ minus doctrina, q̃ diurna totius Europæ peragratione clarus, ſe ab incolis accepiſſe mihi cõfirmauit. Quod verũ ſiat occulta quadã vi Naturæ potẽtis, vt de Parrhaſio traditur, vel vltione diuina, vt de Nabuchodonoſore, nõdũ mihi cõpertũ eſt. Hactenus ille. Si aũt numerãdæ ſint vel ponderandæ ſentẽtiæ eorũ in hãc, vel illã partẽ deſcẽdẽtiũ, neſcias ad q̃ partẽ potiùs accedẽdũ ſit, tãta eſt in huiuſmodi rebus caligo, tanta nox mẽtes humanas occupat, vt veluti, qui in nube & cymmerijs tenebris verſantur, palpitantes ſæpiùs vmbras captemus, q̃ rẽ ipſam & veritatẽ nudã teneamus. Verũ in tãto opinionũ Euripo ſatiùs erit ad Eccleſiæ iudiciũ, tanquã ad ſacrã anchorã recurrere, vt quicquid illa ſtatuerit, illud firmiter ſit amplectendum.

Incubi. Succubi. Metamorphoſis. Ioan. Bodin.

❧ SVMMARIVM Libri tertij.

LIBRO TERTIO DE MAGISTRATIBVS CVM PVBLICAS, TVM PRIVATAS CAVSAS DISCEPTANTIBVS TRACTATVR.

HISTO-

HISTORIAE
Fori Romani
Liber Tertius.

ARGVMENTVM.

¶ De Iuriſdictione & Imperio, atque vtriuſque accommoda exempla proponit.

Caput primum.

FORO cõſtituto, ſubſellijſque diſpoſitis, auctoritas Magiſtratuũ diſceptãtium cauſas poſtulabat, vt illi primi in tribunali, & ſubſellijs collocarentur: Atque tùm, vbi conſediſſent, Litigantes cũ ſuis Aduocatis in aduerſis & inferioribus ſubſellijs locum caperent. Quem tamen ordinem, quamuis rectiorem, & ciuiliorem non ſumus ſequuti, ſed præpoſterè rerum ſerie conuerſa, faciliorem methodum ingreſſi, Magiſtratuum Iudicumque hiſtoriam iudi- *Ratio ſeruati ordinis.*

 ciorum

ciorum rationi, & formulis cognatam, & affinem coniunctis libris adiunximus, vt nullo extranei ſanguinis argumento huiuſmodi cognatio dirimeretur, & Iudices ipſos in ipſis iudicijs ſpectaremus. Magiſtratuum ergò eſt propria Iuriſdictio, id eſt, iuris dicendi poteſtas (nam corruptè legitur in ff. Iudicis dandi poteſtas) diſtrahendi controuerſias ſcilicet. Hanc Præfecturam [r] etiam Latini vocant, vt dicere præfecturam Plauto in Captiuis, vbi Ergaſilus cùm domi eſſet relictus, eique credita penus cum eſculentis omnibus, ſibi hanc prouinciam gratulatus, quaſi vſurus ſuo iure in annonam, vt Iudices in Reos, ità loquitur:

Nũc ibo, vt præfecturã, et ius dicã larido,
Et quæ pendent indemnatæ paruis vt auxilium feram.

Iudicandi etiam poteſtas Iudicatus dicitur Ciceroni 1. Philippica. Diſquiſitionẽ etiam Trãquillus vocauit in Iulio: Primo Præturæ die Q. Catullum de refectione Capitolij ad diſquiſitionem populi rogauit, rogatione promulgata, qua curationẽ eam in alium transferebat. Examen etiam dicitur

Iuriſdictio. *L. imperiũ. ff. de Iuriſdict. om. Iud.* *Præfectura.* *Iudicatus.* *Diſquiſitio.* *Examen.*

dicitur. Auſonius: At poſtquam in examen Paſtoris lis Dearum eſt deducta. Co-gnitio autem vſitatiùs eſt pro iuriſdictione, quàm argui auctore laudato debeat, ità tamen ſonat, vt abſque imperio exerceatur. Sunt enim multi, qui cùm cognoſcendi, & diſquirendi poteſtatem habeāt, imperium tamen non habent, vt ſunt Recuperatores, Arbitri, & etiam Iudices in publicis quæſtionibus Prætore prҿſidēte: nam vt cognoſcunt, ſententiamque tabella conceptam ferunt tantùm, ità Prætor in ijſdem iudicijs nullam iuriſdictionem habet, ſed merum, nudumque imperium, vt numerū Iudicū ineat, ſortes ducat, Iudices citet, cōtumaces mulctet, tempora clepſydrarū præſcribat, Iudices in cōſiliū mittat, ſortes eductas numeret, & collato numero pro maiore pronūtiet, quҿ planè meri ſunt imperij, & à iuriſdictione ſeiūcti: Nam ſi Prҿtor in ijs cognitionem aliquam haberet, etiam iuratus vt reliqui Iudices ſederet. Cōſtat autem iniuratos Prætores publicas quæſtiones exercuiſſe. Cic. 2. Verrina de M. Metello: Quē ego hominem, ſi eius fidei diffiſus eſſem, Iudicem

Cognitio.

Qui tantùm Iuriſdictionem habeant.

Prætor in publicu merū imperium habet.

Prætor non iuratus.

Iudicem non retinuiſſem: nunc tamen in eo ſum animo, vt eo Iudice, quàm Prętore hanc rem tranſigi malim, & iurato ſuã quàm iniurato aliorum tabellas committere. Ex quibus conſtat, neq; iuraſſe Prętorem, neque tabellas habuiſſe, itaq; nec iuriſdictionem, cùm tamen imperium haberet, & ſententiam pronuntiaret poſita Prætexta. Valerius lib. 9. Conſimili impetu mortis C. Licinius Macer vir Prætorius, repetundarum reus, dum ſententiæ dicerentur, in mœnianum conſcendit: ſiquidem cùm M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat, Prætextam ponentem vidiſſet, miſit ad eum qui diceret, ſe non dãnatum, ſed Reũ perijſſe, nec ſua bona haſtę poſſe ſubijci, ac protinùs ſudario, quod fortè in manu tenebat, ore & faucibus ſuis coarctatis incluſo ſpiritu, morte pœnam præcurrit. Itaque non ità probatur mihi hæreſis eorum, qui Vlpiani verba in l. imperium. ff. de Iuriſdict. omn. Iud. ità capiunt, vt omninò hæc hiſtoria intelligi non poſſit, neque alia infinita in Iure noſtro: Iſta enim, merum imperium eſt habere gladij poteſtatem, nõ definitio eſt [a], ſed pa-

Tabellas nõ habuit Prætor.

ſed paradigma, tanquam interijcienda eſſet particula (vt) quæ exemplorum index eſt: Merum imperium eſt, vt habere gladij poteſtatem: Merum enim imperium amplius, & latius eſt gladij poteſtate, cũ extendatur ad ea, quæcunque citra cauſę cognitionem expediuntur, quæ plurima compræhenduntur ſub l. omnia quęcunque cauſæ.ff. de reg. Iur. Cæterùm quoniam Honorarię iuriſdictionis deſcriptio in hac l. imperium. ff. de iuriſdict. omn. Iud. fundanda eſt, vt reliqua intelligi poſſint, quæ deinceps conſequẽtur: & ex aduerſò, ità reſponſum illud ex hiſtoria pẽdet, vt citra eam parùm commodè explicari poſſit: Statuamus ad eius exegeſim Dicæodotarum, id eſt, iura reddentium officia, merum imperium, mixtum, & iuriſdictionem. Merũ eſt, quod cognoſcendi, cenſendiq; poteſtate deſtitutũ eſt, mixto inferius minuſque ſolemne. Dictum merum quaſi nudum, ſimplex, & purum, vt pura toga ſine prętexta, aut adiũctione clauorũ, & merum purumque [3] vinũ ſine aqua, quale imperiũ habent Legati Tribunorum Militum, quos Præpoſitos vocamus

Explicata l. imperium. ff. de Iuriſdict. om. Iud.

Dicæodotæ.

Quid merum imperium, & vnde ſic dictum.

Legati Tribunorum.

camus Mareſchallorum, quorum intereſt Reos perquirere, cõprehendere, peragere, & ſummo ſupplicio afficere, quæ ſunt meri imperij, non tamen poſſunt ex nouiſſimis Principum conſtitutionibus cauſas huiuſmodi Reorũ cognoſcere, ſed cogũtur adhibere Iuriſperitos, aut Magiſtratus proximarũ ciuitatũ in conſilium, qui cauſas Reorũ cognoſcant, & ius dicãt. Habent ergò ij imperiũ nudum ſine iuriſdictione. Accõmodum eſt huic diſcrimini

Bailliui, & Homines Feudales.

arguendo Bailliuorũ noſtratiũ & Hominum Feudalium (vt vocant) ratio & officium: nam Bailliui habent nudũ imperiũ ſine vlla iuriſdictiõe, & Homines Feudales, quos Clientes ſuprà vocauimus, nudã habent cognitionẽ ſine vllo imperio: Tãtùm enim cognoſcunt de cauſis, & ius dicunt, ſed nihil, quod pertineat ad imperium, exercent, vndè nõ citant, non comprehendũt Reos, non in carceres conijciunt, non ſupplicio afficiunt, non pignora capiunt, denique nullo modo ſententiam ſuam exequuntur, ſed pronuntiatam tradunt mãdandam executioni ſuo Bailliuo, qui tùm imperium exercet; vbi clariſſimũ

& di-

& diſtinctiſſimum eſt diſcrimen inter imperium merum, & iuriſdictionē meram: Illi mandant, ius dicunt, & reddunt, iſte lege agit,& exequitur mandata, cauſa tamen priùs cognita per illos, adeò vt hic nihil aliud ſit, quàm merus exequutor, illi ediuerſò tantùm cognoſcunt & mandant faciendum, vt Delegati & Arbitri tantùm cognoſcunt, nudamq́ue habent cognitionem: Ordinarij autem ſententias Delegatorum [4] & Arbitrorum exequuntur,qua in re nudum tantū exercent imperium,vt etiam cùm Delegatos committunt:quod ſi faciūt cū cauſę cognitione,tùm mixto vtuntur imperio. Et multæ ſpecies negotiorum, & cauſarū afferri poſſunt ex iure,in quib⁹ is,qui cognoſcit, ſentētiam nec pronuntiat,nec exequitur: Quod cū ſit,cognitio nuda eſt, & qui huiuſmodi ſimplicium Cognitorum, & Iudicum ſententiam exequitur, is mero tantùm vtitur imperio, cùm cognitio, & iuriſdictio præceſſerit, & ab alijs diſcuſſa fuerit. Et vt ex veteri hiſtoria noſtra lex explicetur, olim Prætor Romanus in priuatis cauſis habebat mixtum imperium:

Ordinarij Iudices.

Meri, mixtiq́; imperij,et iuriſdictionis exercitia.

Prętor in priuatis habuit mixtum imperium.

De illis

De illis enim & cognoſcebat, & ius, quod in illis dixerat, exequebatur: In publicis autem, & capitalibus iudicijs tantũ merum habebat imperium, & Iudices ſolam cognitionem, vt priùs dictum eſt: Et ex hiſtoria Iudicum, & Prætorum, quæ infrà enarrabitur, ſatis planum euadet: Non poteſt enim eruditius [5] thema iſtius reſponſi proponi, quam diſcrimen Prętoris, & Iudicũ in capitalibus cauſis, quod idẽ ferè eſt cum illo, quod inter Bailliuos, & Clientes Feudales ſuprà poſuimus. Tribuni, cùm apud populum cauſa aliqua agitabatur, merum habebant imperium: Populus autem ſolam iuriſdictionẽ, quã tabellaribus punctis expediebat, ſine imperio, & legis actione. Poteſtas pro mero imperio accipitur. Cic. in proœmio pro domo ſua: Quod ſi vllo tempore magna cauſa in Sacerdotum Populi Rom. iudicio, & poteſtate verſata eſt. En illîc iudiciũ pro diſceptatione nuda, & poteſtatẽ pro mero imperio, & vtroque periphraſin mixti expreſſit: Quod & merũ, Pontificiũ appoſitiuè diceremus, à poſſe [6] & facere: Vndè etymon habent Pontifices non tan-

Iudices ſolam cognitionem.

Tribuni Plebis.

Populus.

Poteſtas.

Iudicium.

Pontificium.

non tantùm in foro collegij Sacerdotum, ſed & in prophano vſu & non forenſi, pro quacunque auctoritate. Plaut. in Rudẽte:

——————— *Túne Pontifex periurio es?*

Gellius cap. 13. lib. 1. Sunt non pauci, qui ſententiam ſuam vna in parte defixerunt, & re ſemel ſtatuta deliberataque ab eo, cuius negotium id pontificiumque eſſet, nequaquam putauerunt contra dictum eius faciendum. Atqui huiuſmodi exemplorum facili propoſitione ſine negotio magno intelligetur ſenſus iſtius legis, quã miſerè veteres peruerterũt fingẽtes gradus in mero imperio, & in mixto, arbitrati idem eſſe merum, quod ſummũ, non ſine magno, & pudendo errore. *Error veterũ.*

Philippi Broidæi I.C. corollarium ad Caput primum.

1. Præfecturam) *Quid propriè dicatur Præfectura, explicat Carolus Sigon. lib. 2. de antiquo. iur. Italiæ.* *Præfectura*

2. Non definitio eſt) *Contrà Alciat. lib. 2. Paradox. cap. 7. Breuiter autem dici non poteſt, quàm variè ſe torquent Interpp. in definitionibus meri, et mixti imperij & iuriſdictionis, vt ferè ſint capita, quot ſenſus, tot homines quot ſententiæ. Multa autem in ſententiam auctoris doctè ſcripſit Ioannes*

Gilottus in ſuprema Curia Pariſienſi Senator exi-mius.

3. Merum purumque vinum) *Vndè Martialis quodam Epigrammate.*

Cùm peterem mixtum vendidit ille merum.

Sic etiam interpretatur Iſidorus lib. 2. Etymologiarum cap. 41. Nonio autem ſolum ſignificat: Hinc merula dicitur quaſi mera, id eſt, ſola volans, vt ait Quintilianus lib. 1. cap. 6. Ità merum ius gentiũ dicitur à Tryphonio in l. bona fide. ff. depoſiti, & merum ius l. 37. de adminiſt. Tutor. ſic mera ratio, merum officium, quod Theophilus μόνον, non vt quidam interpretantur nobile.

Merum, ſolũ.

4. Ordinarij ſententias Delegatorum) *L. à Diuo Pio. ff. de re Iud.*

5. Non poteſt enim eruditius thema iſtius reſpõſi proponi) *Vernacula exempla iuriſdictionis & imperij proponi poſſunt de Proprætoribus, Baillino, & Præpoſito huius vrbis, nã hic in priuatis, ille in publicis imperij exercitionem, Scabini verò vtrobique iuriſdictionem meram habent.*

Propretores et Scabini vrbis Duacenſis.

6. A poſſe & facere) *Hæc etiam appoſitè, meo quidẽ iudicio, aſcribi poſſunt verba Plutarchi in Numa Pompil. Iam etiam Sacerdotum, quos Pontifices vocant, adſcribunt ordines, & primordium Numæ, aiuntque ipſum inter eos Põtificẽ Maximũ fuiſſe: Indè ducto vocabulo (vt nõnulli volunt) quòd Deos curent, qui poteſtatem, & arbitrium habent omnium rerum. Sunt qui à dictione poſſe deducant exemptis quibuſdam litteris præcipiẽte Sacerdotibus Legiſlatore ſacrificia facere, quæ poſſent, nec ſi quod interuenerit maius impedimentum, fatigante eos*

Pontificis nomen vnde deductum.

maxima

maxima pars nomen omnium abſurdiſsimum appro bant, neque aliundè, quàm à ſacris, quæ peragebantur in pontibus ſanctiſsimis, & antiquiſsimis hoc cognomen inueniſſe, quorum tuendorum & reficiẽdorum, vt cæterorum perpetuorum, & ſolemnium ſacrorũ, ad hos Sacerdotes cura pertineat. Ad hanc poſtremam ſignificationem in Pontificum noſtratium nomine alluſit Andreas Alciat. in l. tabernæ ff. de verbor. ſignificat. quaſi pontem faciant in vitam æternam. Idem tamen lib. 2. Parer. cap. 6. explicat Pontificium pro iure et poteſtate faciendi, vt Q. Scæuola interpretatur Pontifices à poſſe & facere: Facere autem pro ſacrificare apud veteres dictum eſt. Varro autem à ponte arbitratur. Alciatus. Facere.

ARGVMENTVM.

¶ De verbis honorarijs, atque primo quæ ad articulum (do) pertinent, quæ meri imperij eſſe ait.

Caput. 2.

ATQVE vt altiùs ex hiſtoria res tota repetatur, Prętoris vniuerſa auctoritas tribus verbis continebatur, *Do, Dico, Abdico*. Quæcunq; ſub primo illo cõprehẽſa tenẽtur ad merũ pertinẽt imperiũ: Reliqua duo ad iuriſdictionem, quæ ſi colligantur cũ primo, ad mixtũ referẽtur: *Verba Honoraria.*

Dare ergò actiones, & exprimere meri eſt imperij, omniaque Prætorum edicta, tàm recentia, quàm tranſlatitia, cuiuſmodi ſunt in ff. plurima, & illud toties repetitum, *Actionem dabo, Actionē non dabo* ex hoc mero fonte ſunt: Indè etiā Publiciana, Pauliana, Seruiana, Caluiſiana, Velleia, Aquilia, & reliquæ Prætoriæ actiones: adiungo etiam extraordinarias à mero Magiſtratus officio imploratas, quas Perſequutiones vocamus, vtpote fideicommiſſorum, & ſi quæ ſint aliȩ, quæ non habēt iuris ordinarij exequutionem, & reliqua, quæcunque citra cauſæ cognitionem per libellum expediuntur. Itaque iubere cauere Prætoria ſtipulatione, & in poſſeſſionem mittere, imperij magis ſunt, quàm iuriſdictionis. Eſt liberum Prȩtori dare, vel negare. Vlpian. in l. ſi finita. §. & elegāter. ff. de damno infecto. Eleganter quæritur, ſi, dùm Prætor de danda ſtipulatione deliberat, damnum contigerit, an hoc ſarciri poſſit. Actionem dare [1], eſt recipere, & admittere, non autem dictare eius formulam, vt quidam putant: Hoc enim quondam Pontificum fuit & poſteà

Perſequutiones.

Dare Actionem.

poſteà (furto Flauij Scribæ) Iuriſconſultorum, & Formulariorum, qui ex Commentarijs Ælianis, aut Flauianis in certã verborum legem concipiebant, quæ ideò ordinariæ vocatæ, quia ſolemnes, certæq; erant, vt vel ſyllabam immutare periculũ eſſet, quod lueretur per caſum à cauſa, quod Cicero grauiter exagitat in cauſa Cecinnæ. Sed iam extra ordinem, & periculum ius dicitur, ſublata hac verborũ lubrica ſuperſtitione per deſuetudinẽ, paulatim admiſſis quomodocunque cõceptis actionibus, & penitùs exacta foro tandẽ per Conſtantinum [a], Theodoſium, & Valentinum Cæſares: adeò vt non referat directa an vtili quis áctione agat, an conueniatur, quia (inquit Paulus) in extraordinarijs iudicijs, vbi conceptio formularũ nõ obſeruatur, hæc ſubtilitas ſuperuacua eſt. Actionem dare eſt, quod Plinius li. 6. Epiſt. dicit cognitionem recipere: Recepta (inquit) cognitio eſt, fui in cõſilio. Tacitus libro 3. Petitum à principe eſt, vt cognitionem reciperet. Quod faciũt noſtri Prætores, cùm ſuas commiſſiones decernunt ad citandas partes in ius. Permittere, &

Ordinariæ Actiones quare dictæ.

Formulæ actionum ſublatæ.

Cognitionẽ recipere.

tere, & decernere actionẽ, eſt dare. Imp. Gordianus [3], Poſt annum cauſa cognita eadem actio in ſimplum permittitur, quę cauſæ cognitio eò pertinet, vt ità demùm decernatur, ſi alia actio non ſit, C. de his quæ metus cauſa fiunt. Aliâs etiam dabat actionum formulas, vt interdictorum, in quas ſponſiones à Litigantibus committebantur, ni aduerſus eas factum eſſet. Cic. pro Cęcinna: His rebus ità geſtis P. Dolabella Prætor interdixit, vt eſt cõſuetudo, de vi hominibus armatis, ſine vlla exceptione, tantũ vt vndè deieciſſet reſtitueret. Reſtituiſſe ſe dixit, ſponſio facta eſt, hac de ſponſione vobis iudicandum eſt. Nam Recuperatores tantũ de ſponſionibus in edictum factis cognoſcebant, cùm eorum poteſtas illigata eſſet contractæ ſponſioni, in cuius verba dabãtur. Cic. 7. Actione in Verrẽ de Agyrinẽſibus: Quęrebant quæ in verba Recuperatores daret. Reſpondebat, ſi pateret aduerſus edictum feciſſe. Itaque nec actiones dabant, neque in ius vocabãt, aut aliàs liberè merum exercebant imperium, ſicuti neque iam Delegati, qui quomodo à Recuperatoribus

Sponſiones.

Recuperatores.

toribus

toribus differant, aliquando docebimus: cum illa, quæ meri ſunt imperij, delegari non poſſunt. Non tantùm actiones dabātur, ſed etiam Recuperatores, quos iam Commiſſarios vocamus. Eadem 7. Verrina de Seruilio: Cogere eum cœpit cùm ageret nemo, nemo poſtularet. H-S. duobus milibus ſponſionem facere cū Lictore ſuo, ni furtis quæſtum faceret: Recuperatores de cohorte ſua dicit ſe daturū. Iudices etiā à Senatu, aut Populo. Plin. li. 2. de cauſa Priſci: Nouiſſimè Cōſul deſignatus Iulius Ferox, vir rectus, & ſanctus, Mario quidem Iudices dandos cenſuit. *Iudices dare.*

Quæ ſanè ad illud (do) referri debent, cū delegare meri ſit imperij: Itaque corrupta eſt l. imperium. vbi definitur iuriſdictio, iudicis dandi licentia, cùm legendum ſit iuris dicundi, vt antè adnotatum eſt: Delegatus enim non delegat l. fin. ff. de officio eius cui mandat. Ad hunc primum auctoritatis honorariæ articulū reijciuntur dare bonorum poſſeſſionem, dare tutores, mittere in poſſeſſionem, manumiſſionibus operam auctoritatemque interponere, atque etiā adoptionibus, quę *Correcta l imperium.* *Quæ reijciantur ad primū articulum auctoritatis honorariæ.*

quatenus actus ſunt legitimi mero imperio, cùm accedit cauſæ cognitio, mixto exercentur. Sed quoniam in poſtremis duobus Adoptiõe, & Manumiſſione obſcuriùs latet ſolemnitas dandi, paucis cœlo oſtendatur. Ceſſio quædam [4] fit in iure eius, qui adoptatur à patre, & ei⁹ qui manumittitur à domino, id eſt, quædã abdicatio & mancipatio. Gellius li. 5. ca. 19. Adoptantur cùm à parente, in cuius poteſtate ſunt, tertia mancipatione in iure ceduntur, atque ab eo, qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio eſt, vindicãtur. Ità in iure ceſſus & à noſtra familia eiectus filius per Prætorẽ in alterius poteſtatem datur, à Patre cedi, à Prętore dari dicitur. Item in Manumiſſione à domino ceditur, & quaſi deſtituitur, à Prætore datur ſibiipſi, vt impoſterùm ſuus ſit, vt dominus tãtùm cedat, Prætor autem ſua Vindicta det. Perſius:

Adoptio & Manumiſſio.

Vindicta poſtquam meus à Prætore receſſi.

Aut pileo [5], cùm in tumultu ſtatim miles conſcribendus eſſet, neque ciues ſufficerent, ad pileum ſerui per Imperatorem vocabãtur, ſuit enĩ & illud meri imperij.

Et ll[illegible]er-

Et libertatem quam nobis pilea donant.
Verba autem, quæ Prætor concipiebat, erant: *Aio te iure Quiritium liberum eſſe:* Quæ cùm diceret, ſeruum circumuertebat. Idem Perſius:

——— ——— *Vna Quiritem*
Vertigo facit.

Verùm ſolemnitas veborum ſublata eſt l. manumiſſio. ff. de manumiſſio. vindicta. Sed quià in huiuſmodi negotijs vltrò citroque quaſi quidam dialogiſmus agebatur, & interrogatione Prætoris & reſponſione vel manumittendi, vel arrogandi, indè Arrogatio, quæ ſpecies Adoptionis nomẽ ſortita eſt: Eſt enim arrogare idem quod interrogare. Plautus in Rudente: *Arrogatio.*

—*Accede dũ hûc, Venus hæc volo arroget te.*
id eſt, interroget, & tibi iuſiurandũ concepturo voce præeat. Sed ad Adoptionis formam reſtitutum eſt vocabulum, circa quæ arrogantur, an velint fieri in poteſtate arrogantium. Inſuper quandò Prætor adiuuandi, corrigendi, ſupplendi iuris ciuilis gratia propter vtilitatem publicam edicta ſua promulgabat, rurſus in primo ſuæ iuriſdictionis [6] capite verſatur: Eſt

 enim

enim hoc dare iura. Verg. 1. Æneidos:

Tùm foribus Diuæ, media teſtudine templi
Septa armis, ſolioq́; altè ſubnixa, reſedit,
Iura dabat, legesq́; viris.

Petere iura. Cui aduerſum eſt petere iura, vt relatiua ſint, & reciproca petere, & dare iura. Curtius libro quinto. Hunc exitum habuit Regia totius gentis Orientis, vndè tot gentes antè iura petebant. Reddere autem & dicere ius magis ad Iuriſdictionem pertinent, cùm Magiſtratus conſulti, aditique inter Litigantes priuatos ius reddunt controuerſia definita. Plautus in Bacchid. *Reddere, et dicere iura.*

Itur illinc iure dicto.

Curtius lib. 8. de Rege Indiæ: Cùm capillum pectit, atque ornat, tunc reſponſa legationibus, tũc iura popularibus reddit, id eſt, reſpondet conſulentibus per libellos ſupplices & requeſtas, quod non eſt edicere: Nam edicere non eſt dirimere priuatorum controuerſias, ſed publicorum ius conſtituere, & iura generalia ſancire. Quicunque ergò ius edicẽdi habent, mero præditi ſunt, cùm edicere idẽ ſit, quod dare iura. Edicendi autem non *Edicere.*

tantùm

tantũ ius habent Prætores, & Ædiles Curules, ſed & Tribuni Plebis. Cicero pro domo ſua de Clodio Tribuno: Cùm edictis tuis tabernas claudi iubebas, non vim imperitæ multitudinis, ſed hominum honeſtorum modeſtiã, prudentiamq́; quærebas. Item & Cõſules. Idem ibidem de Gabinio & Piſone Coſs. Duo inuenti ſunt, qui Senatũ Tribuno furenti conſtrictum traderẽt, qui pro me P.C. deprecari, & populo ſupplices eſſe edictis, atque imperio vetarent. Plaut. in Capteiuis.

Baſilicas edictiones, atq; imperioſas habet.

Idem ibidem:

Euge, edictiones AEdilitias hic quidem habet,

Vbi edictiones dixit pro edictis. Edictis affinia ſunt Imperatorum Reſcripta, quæ quanquam in certa litis ſpecie reſponderentur, tamen non rei iudicatæ, aut præiudicij, ſed legis perpetuę, & cõſtitutionis principalis vim habebãt, ex quibus in certas rubricas digeſtis Codex noſter cõflatus eſt: non enim litem cognoſcebant, ſed quaſi de omnibus conſtaret, quid iuris eſſet, in tali themate ſanciebant. *Edictiones pro edictis.* *Reſcripta.*

Ideo-

Ideoque ſi de facto ambigeretur, ſub cōditione reſcribebant, tāquam iuriſdictionem ei Magiſtratui, qui conſuluerat, permittentes, præſcripta formula iuris, quam in dicendo, vel abdicendo ſequerentur, vt ſatis Reſcriptorum ſtylus arguit, in quem concepti ſunt. Plinius Secundus lib. 1. Epiſt. ad Traianum: Solemne mihi eſt, Domine, omnia, de quibus dubito, ad te referre. Quis enim poteſt meliùs, vel cunctationem meam regere, vel ignorātiam inſtruere? Nā cùm infracta eſſet Proconſulum, Prætorum, Præſidū in prouincijs auctoritas Cæſarum tyrannide, non vt olim libera Republica iure ſuo edicta proponebant, quæ vim legis haberent in ijs, quæ cauta iure nondum eſſent, ſed rē dubiam, cauſęq; hiſtoriam, in qua hærebant, libello ad Cæſarem referebāt, quibus ex conſilio Iuriſconſultorum quid iuris eſſet reſcribebatur. Tryphonius in ff. de diſtract. pignorum: Reſcriptum eſt ab Imperatore, libellos agente Papiniano, creditorem à debitore pignus emere poſſe, quia in dominio manet debitoris. Et in l. Item veniūt. §. Pridiè. ff. de petit. hæred.

l. ſed

l. ſed addes.§.fin.ff. locat. Imperator Antoninus cum Diuo Seuero ad libellũ exceptoris reſcripſit in hęc verba: Vndè meritò Reſcripta vocantur, quæ etiam Subſcriptiones. *Subſcriptiones.* Principes enim huiuſmodi libellis, & precibus priuatorum ſubſcribebant. Antoninus l. 1.C. quomo. & quan. Iud.ſentent.profer. debeat &c. Non ſemper (inquit) compelleris, vt aduerſus abſentem pronunties, propter ſubſcriptionem patris mei. Subſcribebant & Cæſares ſentẽtijs capitalibus. *Subſcribebãt Cæſares ſentẽtijs capitalibus.* Trãquill. in Nerone: Cùm de ſupplicio cuiuſdam capite damnati, vt ex more ſubſcriberet, admoneretur, quàm vellem, inquit, neſcire literas. Porrò nõ tantùm in precibus & libellis priuatorum ſubſcribẽdis occupabãtur Cæſares, ſed etiam relationibus iudicum reſcribebant, *Relationes.* vndè dictæ ſunt Relatiões in iure noſtro, quarum forma deſcribitur in tit. de relationibus. Quę Relationes etiam dicuntur Conſultationes apud *Conſultationes.* Vlpian. in l. 1.ff. de appellationib. vt mirum mihi videatur, diuiſos eſſe in Codice noſtro titulos de appellationibus, & relationibus, cùm in ff. cõfuſi ſint, & cõmixti.

Subſcri-

Subſcriptionum autem aut reſcriptionũ imperialium, atque etiam libellorum Imperatoribus offerri ſolitorum formas expreſſas habemus apud Plinium lib. 10. Epiſt. Vndè iam non dubito, quin Reſcripta Cæſarum in Codice noſtro ſint integra, & perfecta, quanquã breuiſſimis nonnunquam contineantur: nam aliquandò manca, & acciſa putaui, & ex iuſtis reſcriptis detracta, propter inſcriptionem l. ſi Barſatorã C. de fideiuſſoribus, quæ eſt eiuſmodi: Pars epiſtolæ Gordiani Auguſti ad Auxium. Sed fortaſſis tùm pluribus libelli prolixioris articulis reſcripſerat, epiſtola in totidem partes fracta. Hùc facit

Legis Actio. etiam legis Actio [7], quæ meri eſt imperij, neque apud eos eſt Magiſtratus, qui ſolam cognitionem habẽt, cuiuſmodi ſunt Recuperatores, Iudices, Delegati, Legati Proconſulum: nam cùm cognitio concluſa ſit litis conteſtatione, & ſententia,

Quando lege agitur. [8] legis Actio cognitione excluſa eſt: Itaque lege agitur ante iudicium acceptum, & poſt latam ſentẽtiam, cùm petuntur, dantur, negantur actiones, ſubmouentur tranſlatione, aut alia exceptione non perem-

peremtoria. Cicero primo de Oratore: Cùm egiſſet lege in hæreditatem paternam teſtamento exhæres filius, quæſitum eſt de iure ciuili, poſſétne paternorum bonorum exhæres eſſe filius. Agere lege dixit pro intendere actionem ex capite legis duodecim tabularum, quo filius patri ſuccedit. Valerius libro ſeptimo: Egregia Piſonis Præfecti vrbis conſtitutio: cùm enim ad eum Terentius ex octo filijs, quos in adoleſcentiam perduxerat, ab vno in adoptionem dato exhæredatum ſe querelam detuliſſet, bonorum adoleſcentis poſſeſſionem ei dedit, hæredeſque lege agere paſſus non eſt. id eſt, actionem proponere ex capite duodecim tabularum, quo ſcriptus hæres mitti debet in poſſeſſionem hæreditatis: Nam ante Prætorem conſtitutum omnes actiones ex quodam legis capite per Pontifices deducebantur, in quo quaſi fundatæ erant: Hînc legis Actiones dictę Pomponio Iuriſconſulto l.ſecunda.ff. de Origine Iuris: Factum eſt, vt in alijs actionibus lege agi deberetur, & legis actio apud eum Magiſtratum eſſet, qui *Lege agere.*

actionem

Seu maritum,ſiue herclè adeò cœlibem ſcortarier,
Cum eo nos hîc lege agemus:inſcitum arbitrabimur.

Id eſt,pœnas legibus indictas infligemus, & legem in eum exequemur. In eo ſignificato capitur apud Tacitum libro 12. Diuus Auguſtus apud Equeſtres, qui Ægypto præſiderent,lege agi, decretaque eorum perindè haberi iuſſerat, ac ſi Magiſtratus Rom. cõſtituiſſent. Itaque mulctam vel pœnam infligere ad primum caput pertinet, quod totum in imperio eſt mero.

C o r o l l a r i v m
ad caput ſecundum.

1. Actionem dare eſt recipere) *Hoc etiam addendum videtur, quod hæc verba actionem dare, aut iudicium dare, aut non dare, ità reſtringi nequaquam debeant, vt ſolùm de Prætoris actionibus intelligantur(vt quidam putant) nam Prætor actiones tàm ciuiles, quàm ſuas honorarias dabat, aut negabat, quod ex Actionibus Ciceronis in Verrem manifeſtum fit.* Actionem dare.

2. Exacta tandẽ per Conſtant) *L.1.et 2.C. de formul.& impet.act.ſublat. Sed Franciſcus Duaren. non vno loco docet hoc tit.non agi de ſublatione impetrãdæ actionis à Collegio Pontificum,vt putauit,* Tit. Cod. de formulis & impetrationibus actionũ.

Accurſ. Nam hæc antè Impp. diù exoleuerat, ſed il la poſteriori, quæ fiebat ab ipſo Prætore.

3 Imperator Gordian.) *l. ſi per vim. C. de his quæ vi aut met. cauſ.*

4 Ceſſio quædam fit in iure) *Has ſolemnitates in adoptiōibus olim obſeruatas ſuſtulit Iuſtinia. Imp. l. vlt. C. de adopt. Alias adoptionū formas iuri noſtro ignotas per Arma, per Comam ſiue Capillos, per Sacras Preces & Baptiſmum enumerat Petrus Pithæus aduerſar. ſubceſ. lib. 1. cap. 1. Vt autem aliquid curioſæ eius diligentiæ addatur à nobis, Adoptio per arma fieri intelligitur (ni fallor) in locis ab eodem allatis, & conquiſitis, quandò quibuſdā ſolemnibus adhibitis Nobilis quiſpiam Tyrociniū Militis, Equitiſq; edit, accingitur, induiturq; armis, & calcaribus, ceruixq; à Principe percutitur, & percollatur enſe, quo tanquam vindicta emancipatur, & liberatur, nos* recepuoyr la coleé de Cheualerie *dicimus. Per Comam verò, & Capillos, quādò quis Epiſcopo, aut eius Suffraganeo præſentatur, vt in Clericorum albo cooptetur, cui tunc decurtatur capitis vertex, & detunditur cæſaries, nos Tonſuram indè vocamus. Per Baptiſma autem ſiue Sacras preces notum eſt: niſi malumus per ſacras preces intelligere, impoſitionem illam manuum, & inunctionam ſacram, quam Cōfirmationem vocant, nā in his omnibus fit & contrahitur quædam conſanguinitas, & filiatio inter Candidatos, & Cathecumenos, atque Præſentatores, Suſceptores, & Patronos, quos idcircò Patrimos, & Cōpatres nominari puto in vtraq; militia. Aliū etiam*

Petrus Pithæus.

Adoptio per arma.

l'ordre de Cheualerie.

Adopt. per Comam.

Per Baptiſma.

Per ſacras preces.

Adoptionis modum veterum adfert ex Ennio, Caſcos, Alciatus libro quarto cap. tertio. Parerg. iur. Sed non eſt huius loci. Hæc ſi quis omitti debere vrgeat, dicam non indecorè in Foro proſtare, ſiquidem et in Baſilicis varia et peregrina venalia erãt, per me autem Sigillaria ſunto. De manumiſsione multa habet Zazius ad l. ſecundam. de Origine iuris. Idem Alciatus l. 239. de verborum ſignificatione. Caſcos. Sigillaria.

5. Aut Pileo) *Egregium exemplum eſt apud Liuium libro quarto ſecundi belli Punici Volonum à Graccho manumiſſorum, qui pileati lana alba velatis capitibus epulati ſunt: Olim tamen pileati ſerui venibant, quorum nomine venditor nil præſtabat, vt eſt apud Gell. lib. 7. cap. 4. Noct. Att. ex ſententia Cælij Sabini I.C.* Volones. Pileati ſerui.

6. Rurſus in primo ſuæ iuriſdictionis capite verſatur) *Alciat. Ioan. Longoual. & Zazius putãt legis condendæ aut ſanciendæ poteſtatem, neque imperij, neque vllius iuriſdictionis eſſe, cùm in eâ ſanciẽda nec partes, nec Iudex, aut iudicium interueniant.*

7. Legis Actio) *Quis dicatur in iure Magiſtratus, apud quem ſit legis Actio, & quædam ad hoc caput pertinentia, vide apud Alciatum libro 3. capite 2. Parerg. iur.* Apud quem l. Actio.

8. Vlpianus) *L. aliud. §. item multam. quæ eſt l. 131.*

ARGVMENTVM.

¶ Duo alia Prætoris verba proſequitur, quæ ad iuriſdictionem nudam accommodat, tùm in poſtremo vulgatam lectionem corrigit.

Caput 3.

HACTENVS paucis perſtrinximus, quid haberet myſterij primum illud ex tribus honorarijs vocabulis. *Dico, abdico.* Poſtrema duo (dico, & abdico) ad nudam iuriſdicundi licentiam omninò referũtur: Imperium enim neque in dicẽdo, neque in abdicendo conſiſtit. Nam adduci non poſſum, vt coniungam prima duo (do, dico) vt illud [1] in rem, hoc in perſonam actiones complectatur: Tertiũ ad exequutionem pertineat, cùm dare tantùm energiæ habeat, quantùm oſtendimus: dicere verò quî ad Actiones pertinet? Vbi enim Prætor promittit in edicto ſe actionem dicturum? Quid Prætorẽ dico? Quis *Dicere actionem.* vnquam Latinus actionem dicere vſurpauit? Sanè dare actionem latiniſſimũ, dicere in eodem ſenſu nuſquam, & vix in alio. Quod ſi ità res habet, poſtrema coniungẽda ſunt, & primũ mero imperio relinquen-

linquendum, quæ ſi legantur, vt pridẽ receptum à vulgo eſt, dico, addico, non video, quam ſentẽtiam parere poſſint, cùm dicere ſit idem, quod ſententia addicere, ideoque poſterius ſegne eſſet. Pomponius I.C. in Enchiridio iuris: vtpotè cũ Brutus, qui primus Romæ Conſul fuit, vindicias ſecundùm libertatem dixiſſet in perſona Vindicis Vitelliorum ſerui. id eſt, adiudicaſſet ei libertatis poſſeſſionem, intereà dùm domini cauſam dicerent. Idem paulò antè: Initiũ fuiſſe ſeceſſionis dicitur Virginius quidam, qui cum animaduertiſſet Appium Claudium contra ius, quod ipſe ex veteri iure in 12. tab. trãſtulerat, vindicias filiæ ſuæ à ſe abdixiſſe, & ſecundum eum, qui ab eo ſuppoſitus in ſeruitutẽ petierat, dixiſſe. Quo in loco dicere vindicias, quid aliud eſt, quàm adiudicare poſſeſſionẽ? Dicere ſecũdum aliquẽ vindicias, aut alicui addicere tantũ ſyntaxi differũt: Itaque putarem iſta verba ſic habenda ſcribendaque, do, dico, abdico, non addico, vt dico, & abdico ſimplicis ſint iuriſdictionis, vt illud adiudicare ſit, hoc abiudicare, illud reddat ſuum cuique, hoc

Quomodo legenda verba Pretoris.

alienum aufferat. Sed adiudicare & abiudicare magis effectus ſunt priorum, vt illa ad iuriſdictionem, hęc ad exequutionē & imperium pertineant: Idcircò ad primum referenda, vt illîc multam dicere is poteſt, cui adiudicatio data. l. aliud eſt. ff. de verb. ſignifi. Cicero 2. in Verrē: Nulla res tā auita, tā patria cuiuſquam fuit, quę non ab eo imperio iſtius abiudicaretur. Significātiſſimè & aptiſſimè imperiū vſurpauit, vt res priùs ſententia & iuriſdictione abdiceretur, dehînc imperio mero abiudicaretur: Iſta enim relata inter ſeſe mutuò, ità ſe habent, vt cauſa & effectus. Leno apud Plautum in Rudente:

Abdico.

Abiudicata à me modò eſt Palæſtra.

Et ſi addíco legeretur, adhûc exequutio iuris dicti non ſignificaretur: nam dicere multam dicimus, quam ſi velimus exigere exequuturi iudicatum, an hoc erit addicere? vt non poſſimus negare, quod addicere ſæpiſſimè ſignificet adiudicare, vt in 12. tabulis[2] debitores crediroribus addicti, & in vēditionibus addictio in diem, cùm intra diem certum implendus eſt cōtractus rei traditione, & quaſi in exequutionem

tionem mittendus. Ità mancam futuram Prętoris iuriſdictionem, ſi per addictionẽ, exequutio ſignificetur, contendimus. Dictum, imperatumq; eſt alicui exiliũ ſentẽtijs Iudicum, nũ Prætor, cùm exequetur, addicet? Aut Triũuiri cũ ſtrangulãt cõiuratos, an addicũt? Quĩ è diuerſo in Capitalibus addicere iuriſdictionis eſt, non imperij, cũ quis addicitur morti ſententijs Iudicũ. Cicero 3. de officijs: Cũ is qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendandorum ſuorum gratia poſtulaſſet &c. Eſſet ergò exequutio ſentẽtiarum ità diuidenda, vt ciuilis per addico, altera per do deſignaretur. Quod quia abſurdũ eſt, præſtat ſimplicem iuriſdictionem abſoluere his duobus dico, abdico, quæ aduerſa omninò mero imperio, quod & poteſtatẽ vocant. Porrò illa etiam Latino proprioq; vocabulo diceretur Cognitio, cũ qui eã habent nihil aliud ex officio quàm cognoſcãt: Iuriſdictio autem nomẽ ſit generis. [5] Dicetur & Diſceptatio, cũ Diſceptator idẽ ſit cum Cognitore, & Compoſitore litis. Liuius libro 1. Tarquinius monit⁹ à proximis, vt purgaret ſe, quòd id

Addictio in capitalibus.

Cognitio.

Diſceptatio.

temporis veniſſet, diſceptatorem, ait, ſe ſumptum inter patrem,& filium cauſa reconciliandi eos in gratiam. Ius autem dicere, reddere,finis eſt cognitionis. Cognitionis autem eiuſmodi eſt ingenium, vt nihil à Iudice præter cauſæ ęquitatem deſideret: Ità ab ipſo nihil aliundè ex auctoritate & imperio admiſcetur. Eſt enim hîc mercenarium eius officium, & cōſtrictūm in imperio, nobile,& liberū. Et qui cognitioni volūtariæ præeſt, partibus exigētibus neceſſe habet ius reddere,aut iurare ſibi nō liquere. Gell. cap.2.lib.14.de cauſa dubia, in qua pronūtiare cunctabatur: Vt abſoluerem tamen (inquit) in animum ducere nō quiui, & propterea iuraui mihi nō liquere, atque ità iudicatu illo ſolutus ſum. Dare autem actionem, interponere ſeſe adoptionibus, manumiſſionibus,nemo cogitur: Hinc illa ad Populū formula in Arrogationibus: *Velitis, iubeatis Quirites, vt L. Valerius Lucio Titio tàm iure, legeq́; filius ſit.* &c. Trāquillus in Iulio de Adoptiōe vel potiùs Arrogatiōe Clodiana: Cicerone quondam in iudicio deplorātę temporum ſtatum, P. Clodium inimicum

Cognitionis natura.

Iuramentum non liquere.

Dare voluntaria Iuriſdictionis.

inimicum eius, fruſtrà iam pridem à Patribus ad Plebem tranſire intentum, eodem die horaque nona traduxit. Vbi cogi non potuit ſuperior Magiſtratus, vel Pontifex, vt Clodium ad Populum deduceret. Si autem ſimul comprehẽdantur iſta tria vocabula, prorſus mixti imperij officia referent, quod ex vtroque conflatum eſt, nam quod dare poſſit à mero habet, quod dicere, & abdicere à iuriſdictione: Eſt enim mixtum ſumma iuriſdictio & plena, quæ non tantùm in ſententia, verùm in cæteris extra ordinẽ poſtulationibus vacat. Tranquillus in Nerone: In iuriſdictione, poſtulationibus, niſi ſequenti die, & per libellos, non temerè reſpondit. Vlpianus in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. Proconſul. et Leg. Omnia, quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri nõ poſſunt. Vbi per libellum [4] merum imperium, per cauſæ cognitionem mediam iuriſdictionem interpretamur, per vtrumque ſimul coniunctum, mixtum imperium.

Mixtum Imperium.

Corollarium
ad caput tertium.

Do, dico. 1. Vt illud in rem, hoc in perſonam) *Contrà Alciat. in l. pecuniæ. ff. de verb. ſignificat. §. actiones, primum, do, ad Actiones, quibus rem dari petimus, ſecundum, dico, ad facta, vel rei vendicationẽ refert: vti etiam Ioan. Gilottus lib. 2. capite 6. de iuriſdict. & imper. & Ioannes Brodæus libro 3. cap. 17. Miſcellaneorum.*

Addictio. 2. Debitores creditoribus addicti) *De hac addictione Cæcilius I.C. diſſerit cõtra Phauorinũ Philoſophum apud A. Gelliũ lib. 20. cap. 1. Noct. Atticarum. & nos quædam dicemus lib. quinto huius hiſtoriæ.*

Iuriſdictio. Cognitio. Notio. 3. Iuriſdictio nomen ſit generis) *Si enim Iuriſdictionem conſideremus, vt etiam imperium cõtineat, & ſentẽtiæ dictionem, latiùs patet Cognitione, nam hæc, excluſa ſententiæ dictione, appellatur l. ſolet. de offi.* Proconſul. *l. cũ bi §. 10. de tranſact. ff. quæ & Diſceptatio dicitur eadẽ l. circa fin. Notio tamẽ latiſsimè patet, vtpote quæ cognitionẽ, et iuriſdictionem contineat. l. notionem. quæ eſt 99. ff. de verbor. ſignificatione. l. ait* Prætor. *ff. de re iudicata.*

Interpretatio verſiculi l. 9. de offi. Proconſ. & Lega. 4. Vbi per libellum) *Communis DD. interpretatio eſt huius verſiculi, quod quæ cauſæ cognitionẽ deſiderant, delegari non poſſunt, vbi per libellum iudicem delegatum intelligunt. Quod abſurdum eſſe docet And. Alciat. lib. 2.* Paradox. *cap. 3. interpretaturq; cum Budæo pro requeſta, aut libello ſupplice. Ioann. Faber tamen §. omnium. de pœna temerè litigan-*

litigantium,& poſt eum Ioan. Imbertus in ſuis inſtitutionibus Forenſ. gloſ. cap. 2. lib. 1. intelligũt expediri per libellum, id eſt, per iuſſum, mãdatum, aut commiſsionem in libello, & ſcriptis contẽtam, quæ accedere ad opinionem Auctoris videtur. Vide etiam huius §. interpretationẽ apud Iacob. Reuard. lib. ſingul. pro tribunal. cap. 8.

ARGVMENTVM.

¶ De Iuris ſpeciebus, Ciceronis Nomotheſia, Prætorum Iuriſdictione, Origine, Nomine, & Auctione.

Caput. 2.

HOc mixto imperio præditus inſigniſque eſt Prętor Rom. in priuatis litib⁹, in quibus iure ſuo vti poteſt: nam cùm tres eſſent iuris Poſitiones, Sacrum ad Pontifices, Publicum ad Senatũ Populumque Romanum, Priuatum ad Prætoré, pertinuit: Cuius Interpres, Cuſtos, Adminiſter, & Exequutor eſt. Auſo. *Iuris ſpecies.*

Ius triplex, tabulæ quod ter ſãxêre quaternæ
Sacrũ, et Priuatum, et Populi commune quod vſquam eſt.

Itaq; M. Tullius lib. 3. ſuę Nomotheſias, cũ Prætorem iuri priuato præficit hoc aphoriſmo: *Iuris Diſceptator, qui priuata iudicet, iudicaríue iubeat, Prætor eſto, is iuris ciuilis Cuſtos eſto, huic poteſtati parento.* *Prætor.*

Mirari

Mirari ego ſatis non poſſum, magnos huius tempeſtatis viros, & imprimis eruditos,eam cõcepiſſe opinionem de legũ capitibus per aphoriſmos deſcriptis in Dialogis de legibus apud Ciceronem, vt exiſtimarent eſſe [1] ex 12.tabul. Cuius erroris initium attulerũt quidam, cùm temerè ſparſos per auctores legum Decemuiralium articulos in faſcẽ colligerent, quaſi legum exoletarum elenchon nobis repræſentaturi: nam ſimul cum miſcellaneis fragmẽtorum, Ciceronis leges intruſerũt,decepti formularũ ſimilitudine,et verborum veterũ grauitate. Et quãquam formula eadem ſit, ſunt enim in aphoriſmos & certa capita, tanquã verſus, & carmina diſtinctæ, tamen verba non ità priſca, vt in veteribus illis ſacratiſque legibus:& tamen quo plùs auctoritatis habeant, paulò antiquiora, vt ipſe teſtatur auctor 2. Dialogo. Accedit quod eſt longè grauiſſimum auctoris conſiliũ in eo libro: nam cùm in ſex de Repub.libris formam quandam futuræ ciuitatis cõſtituiſſet, quam rebatur ad fœlicitatẽ commodiſſimam,Platonem imitatus,Nomotheticen,

Leges Ciceronis.

Ciceronis conſilium in Dialogis de legibus.

ticen, id eſt, legum ferēdarum rationem, & peritiam ſubiunxit: Itaq; leges, quibus ſuam politiam fundaret, de ſuo ingenio commentus eſt, ſimiles penè legibus Romanis, quoniam Romanę Reipub. formā ex Democratia & Ariſtocratia conflatam maximè probauerat in libris de Repub. aliqua tamē ſed pauca mutauit: Sic enim ait lib. 3. Cùm deſcriptio Magiſtratuū ſapiētiſſimè moderatiſſimeque eſſet conſtituta à maioribus noſtris, nihil habui ſanè, non modò multùm, quod putarem nouādum in legibus. Et lib. 2. profitetur ſe earum auctorem: Leges (inquit) à me edētur non perfectæ, nam eſſent infinitæ, ſed ipſæ rerum ſummę, ac ſentētiæ. Argumēto etiam locupletiſſimo ſunt Platonica procemia, quibus non eſſet opus ad commēdandas, vel excuſandas leges, ſi iā pridem latæ, & obſeruatæ fuerant. Et vt ſit quædam ex 12. tabulis mutuatus, plurima tamē ſunt, quæ à Platone habet, maximè in Elencho iuris Pontificij lib. 2. Sunt & alia lib. 3. ex iure quidē Romano, ſed diù poſt 12. tabulas cōſtituto, vt Aphoriſmus ſuprà adductus: nam reliquos nō excutie-
mus

mus tãquam parergꝰs. Hunc ergò nemo quiſquã acceptum ferre poteſt Decemuiris, inuita & aduerſa veritatis temporum-

Creatio Prætoris.

que ratione: Prætoris enim hæc occaſio creandi fuit. Cõſules olim in Senatu, Caſtris, & Foro occupabãtur, ſed cũ domo ferè ſemper euocarẽtur ad finitima bella, neque Forenſibus intereſſe poſſent, detracta eſt ijs hæc oneris pars, & nouo Magiſtratui impoſita, quem Prætorem appel-

Prætor castrẽſis Magiſtratus.

lauerunt, tranſlato à Caſtris vocabulo ad res forenſes togataſque: Olim enim Prætor exercitui præerat, vndè Prætorium & Prætoriani milites. Iuuenalis.

Quid ſi vidiſſet Prætorẽ in curribus altis Extantem.

Hoc eſt, Imperatorem triumphantem ex curru. Poſteris deindè temporibus togatus, & domeſticus fuit: Itaque temerè o-

Prætor pro Conſule.

lim Cõſulem [a], & Prętorem ſine diſcrimine vocabant: Hinc nomen Prætoris in 12. tabulis pro Conſule cauſas cognoſcẽte de addicto debitore: *Inter eos dies trinis nundinis continuis, ad Prætorem in Comitium producito, quantæq́; pecuniæ iudicatus erit, prædicato.* Et Cicero in Nomotheſia:

Regio

Regio imperio duo ſunto, ijq́, præeundo, iudicando, conſulendo, Prætores, Iudices, Conſules appellantor. Vbi obiter annotanda vocabuli etymologia à præeundo [3]. Conſtitutus verò eſt anno [4] circiter LXXXII. à Decemuiris: Primùm vnicus ex gente Patriciorum, tandem improbitate Tribunorum communicata eſt Prætura Plebi, primuſque Q. Publius Philo ex Plebe Prætor factus. Auctor Liuius lib. 10. Sed cũ vnus non ſufficeret Vrbanus, aucta litiũ turba ſimul cũ Populo, additus eſt alter, qui quia inter Peregrinos, Inquilinos, Aduenas, reliquoſque, qui ciues non eſſent, ius diceret, Peregrinus vocatus eſt. Deinde bellis Punicis capta Sardinia, Sicilia, Hiſpania, deindè Narbonenſi prouincia, totidem Prætores, quot prouinciæ in ditionem venerant creati ſunt, ad eas regendas. Sed l. Sempronia [5] C. Gracchus certas prouincias Senatui, certas item Populo aſſignauit, illæ Conſulares, hæ Prætoriæ vocabantur, quòd quos Senatus præfeciſſet Proconſules eſſent, quos Populus rogante Tribuno Prætores: idque quotannis fiebat:

Prætor vndè dicitur.

Primus Prætor ex Plebe.

Vrbanus.

Peregrinus.

Prouincialis.

L. Sempronia.

Prouinciæ Cõſulares, & Prætoria.

Cicero

Cicero pro domo ſua in Clodium: Tu Prouincias Conſulares,quas C.Gracch⁹, qui vnus maximè popularis fuit,non modò non abſtulit à Senatu,ſed etiam,vt neceſſe eſſet cōſtitui per Senatum,decreta lege ſanxit, eas lege Sempronia per Senatum decretas reſcidiſti? extra ordinem ſine ſorte nominatim dediſti, non Coss. ſed Reipublicæ peſtibus. Sortibus obueniebant Prouinciæ, & iterùm alteris ſortibus Quæſtores Magiſtratibus. Cicero in Diuinatiōe: Cùm cœperit commemorare Quæſtoris cum Prætore neceſſitudinem cōſtitutam, morem maiorum, ſortis religionem, poteríſne eius orationis ſubire inuidiam? Verum Tyberius Cęſar Populo ius decernēdarum Prouinciarum abſtulit, retulitque ad Senatum, vt Tacitus teſtis eſt: Itaq; Prætores ex eo deſierūt in Prouincias mitti, ſed Proconſules per Senatum, Præſides aut Rectores per Cęſares, data auctoritate Prætorum Præſidibus. Vopiſcus in Probo Cæſare: accepto hoc Senatuſconſulto ſecundum orationem permiſit Patribus, vt ex magnorum Iudicū appellationibus ipſi cognoſcerent

Sortitio Prouinciarum.

Proconſules.
Præſides.

ſcerent, Proconſules crearent, Legatos Cōſulibus, ius Prætorium Præſidibus darent, quas leges Probus ederet, Senatuſconſultis proprijs cōſecrarent. Hactenus ſex Prętores, duo Vrbici, quatuor Prouinciales, quibus L. Cornelius Sylla quatuor addidit, deindè C. Iulius Dictator duos. Suetonius in eius vita: Prætorū, Quęſtorum, Ædilium, minorum etiam Magiſtratuum numerum ampliauit. His Octauius quatuor adiecít: Pòſt deindè Claudius Cæſar duos, qui quia de fideicōmiſſis, & legatis ius dicebant, Fideicōmiſſarij appellati ſunt: Ex quibus vnum detraxit Titus, ideoque vnius fit mentio lib. 2. Inſtitut. titu. de fidecom. hæred. Adiecit decimum octauum Nerua Cocceius Imperator, qui inter fiſcum, & priuatos ius diceret. Teſtis Pomponius l. 2. de origine iuris. Nam anteà Procuratores Cæſaris fiſci cauſas cognoſcebant. Tranquillus in Claudio: Vt rata eſſent quæ Procuratores ſui in iudicando ſtatuerēt, precariò exegit. Ex quibus conſtat ſucceſſu temporis auctum fuiſſe numerum Prætorum & tēpore Cicerōis duodecim fuiſſe [6]. Itaq;

Explicata l. Ciceronis. verſiculus ille ex eiuſdem legibus, qui duci potuit à 12. tabulis, *quotcunque Senatus creuerit, tot ſunto?* ſed vtilitatem à ſe conſtitutæ Politiæ contemplatus ex moribus ſui ſæculi in elenchon tranſtulit.

CorollariVm
ad Caput quarum.

Eguinarius Baro. 1. Vt exiſtimarent eſſe ex 12. tab.) *Multa in hanc ſententiam contra Eguinar. Baronē ſcripſit Franciſcus Duarenus in Apologia, quæ de iuriſdict. & Imper. inſcribitur.*

Prætoris nomen. 2. Temerè olim Conſ. & Prætorem) *Quod confirmat Liuius lib. 3. ab V. C. dùm refellit opinionē eorum, qui ex l. Horatia putabant Coss. ſacroſanctos eſſe: nam his temporibus, ait Conſulem nondum Iudicem, ſed Prætorem appellari moris fuiſſe.*

Vnde dictū. 3. A præeundo) *Varro, et Cicero à præeundo, quaſi praitor, Liuius, & Pomponius à præeſſendo deriuant, ſed diſcrimen leue eſt. Vide etiam Theophilum. §. Prætorum. de iur. natur. gent. & ciuili.*

Primus Prætor. 4. Conſtitutus verò anno) *Primùm creatus fuit Prætor Sp. Furius Camillus M. filius L. Sextio primo ex Plebe, & L. Amulio Mamerco Coss. anno V. C. CCCLXXXVII. poſt latas duodecim tabulas LXXXII. annos ſecūdum Euſebiū, qui editas putat anno CCCIIII. Gell. tamem lib. 20. cap. 1. Noct. Att. aſſerit latas fuiſſe CCC. anno ab V. C.*

5. Sed lege Sempronia) *Quot Prouinciæ in ditione Popul. Rom. à quibus, quóue anno captæ ſint, tum quæ*

tùm quæ Conſulares, quæq́; Prætoriæ fuerint, ex-plicat Paul. Manut. lib. de legibus.

6. Tempore Ciceronis XII. fuiſſe) *De Prætorũ numero variè diſputatur inter doctos. Idem Paulus Manutius in Epiſt. ad Q. Fratrem et alio loco multis contendit, tempore Ciceronis ante Dictaturam Cæſaris ſolùm fuiſſe octo* Prætores*. Contrà verò Nicolaus Grucchius libro primo de Comitijs Rom. probare nititur decem aut plures fuiſſe.* Penes do*ctum iudicium eſto.* *De numero Prætorum.*

ARGVMENTVM.

¶ De Regibus, Duumuiris, Tribunis, Ædilibus, & Cenſoribus, & de ipſorum Iuriſdictione.

Caput 5.

ANTE Prætorẽ [1] in vrbe ius primũ dixerunt Reges, quorum manu vtri-uſque iuris, publici ſcilicet, & priuati ratio gubernabatur, cùm nulli omninò eſſent Magiſtratus præter Tribunũ Celerum, qui Caſtrenſis magis erat, quàm Forenſis: ità tamen vt regni ſpecies pura puta non eſſet, ſed confuſa cum Democratia, Populo ſuus honor tribueretur, curiatimq́; in rebus grauioribus in cõſilium *Reges.* *Tribuni Celerum.* *Status Rom. Reipub. tempore Regum.* *Populus.*

mitteretur, vt in cauſa Horatij Tergemini, quã dixit pro ſororis cæde, vbi à Rege Tullo, & Duumuiris ad Populum prouocatum eſt nouo quodam & inuſitato poſteris exemplo, cùm poteſtas Regia ſumma ſit, Perduellionis tamen damnatus à Rege, & Duumuiris per Populum abſolutus eſt. Vbi annotãdum Duumuiris fuiſſe commiſſam hanc capitalem cauſam contra eos, qui negant huiuſmodi cauſas demandari: Iuriſdictio quidem demandata eſt, ſed non ius exequẽdi merúmue imperium. Exactis Regibus Cõſules ſucceſſerunt, qui vicem Regum ſubeuntes priuatum ius per ſe adminiſtrarũt, publicum cum Populo, & Senatu: Itaque l. Valeria [2], ab eis qui prouocauerat, virgis cędi, ſecuriq́ue necari prohibebatur. Si quis tamen aduerſus eam feciſſet, nihil vltrà quàm improbè factum adiecit, vt narrat Liuius: qui mos etiam tempore Cæſarũ ſeruabatur, vt nõ animaduerteretur in ciuis caput, niſi Cæſar ſubſcripſiſſet, in quẽ Populus lege Regia ſuam omnem poteſtatem transfuderat. Trãquillus in Nerone: Et cùm de ſupplicio cuiuſdam capite dam-

Prouocatio à Rege.

Duumuiri.

Conſules.

l. Valeria.

Subſcriptio Cæſaris.

te damnati, vt de more ſubſcriberet, rogaretur, quàm vellem (inquit) neſcire literas. Anno decimo ſeptimo[3] à conſtitutis Conſulibus, Plebs in monte ſacro Tribunos ſibi creauit, qui & cognitionem aliquam cauſarum habuerunt. Dionyſ. Halicarnaſſeus: Poſtquã Plebeij ex ſacro mõte in vrbem deſcenderunt, petierũt à Senatu, vt permitteret ſibi bonos viros plebeios quotannis creare, ſubminiſtrantes Tribunis omnia, quorum indigerent, iudicanteſq; eas cauſas, quas eis permitterẽt, quos miniſtros Tribunorum, Collegas, Iudiceſque vocauerũt. Quod fortaſſis intelligendum eſt de appellationibus[4], quę ad Tribunos fiebant, ſi quis malè acciperetur in Foro. Cicero pro Quintio: Negat Alphenus ęquum eſſe Procuratorem ſatiſdare, quòd Reus ſatiſdare nõ deberet, ſi ipſe adeſſet. Appellantur Tribuni, quibus cùm eſſet certum auxilium petitũ ità diſceditur &c. Liuius lib. 2. Cõtemptim primò Marius audiebat minas Tribunitias auxilij, non pœnæ ius illi datum poteſtati. Gellius cap. 12. lib. 13. de Labeone Antiſtio: Cùm à muliere quadam Tribuni Ple-

Tribunorum Plebis creatio.

Cognitio Tribunorum.

ni Plebis aduerſus eum aditi, Gellianum ad eũ miſiſſent, vt veniret, & mulieri reſponderet. Deindè paulò pòſt: Quærentibus nobis, quamobrem Tribuni, qui haberent ſummam coërcendi poteſtatẽ, ius vocandi non habuerunt, illud occurrit, quod Tribuni Plebis antiquitùs creati videntur, non iuri dicundo, nec cauſis querelíſque de abſentibus noſcendis; ſed interceſſionibus faciẽdis, quibus præſentes fuiſſent, vt iniuria, quæ coram fieret, arceretur. Hactenus ille. Ius autem dicebant in Baſilica Porcia. Plutarchus in Catone Vticenſi. Verùm præter appellationum querelas, quas cauſas cognouerint, non mihi liquet, niſi animũ referamus ad Ædiles Plebeios, quos permiſſas à Tribunis cauſas cognoſcere ex Halicarnaſſeo diximus. Quas autẽ cognouerint ex ſubſellijs videndum. Gellius cap. 6. libro decimo de Claudia Appij filia: Ob hęc mulieris verba tàm improba, & tã inciuilia C. Fũdanus, & Tib. Sẽpronius Ædiles Plebeij multã dixerũt ei ęris grauis XXV. millia. Poterãt etiã iniqua pṓdera corrigere, menſuras minores frangere, & multare.

Vbi ius dicebant.

Ædiles Plebeij.

Et de

Et de menſura ius dicere, vaſa minora
Frangere pãnoſus vacuis AEdilis vlubris.

Plautus in Rudente:

——— *Neptunus ità ſolet, quamuis faſtidioſus*
AEdilis eſt, ſi quæ improbæ ſunt merces, iactat omnes.

Ædiles etiã aleę luſibus pręerãt. Martial.

Nec timet AEdilẽ moto ſpectare fritillo,
Cũ videt egelidũ iã propè verna latus.

Plautus in Menæhmis, vbi Cauſidicus de Cliente:

Ita detinuit apud AEdiles prælijs factis plurimis,
Peſſimiſq́. dixi cauſam.

Cornel.Tac.lib.2.Eodẽ anno grauib⁹ Senatus decretis libido fœminarũ coërcita, cautũq́; ne quęſtũ corpore facerer, cui auus, aut pater. aut maritus Eques Rom. fuiſſet: Nã Veſtilia Prętoria familia genita licẽtiã ſtupri apud Ædiles vulgauerat, more inter veteres recepto, qui ſatis pœnarũ aduerſũ impudicas in ipſa ꝓfeſſiõe flagitij credebãt. Ad quẽ locũ facit Trãquil. in Tyber. Fœminę famoſę, vt ad euitãdas legũ pœnas iure, ac dignitate matronali

exoluerẽtur, lenocinium profiteri cœperant, & ex iuuentute vtriuſque ordinis profligatiſſimus quiſque, quo minùs in opera ſcenæ arenæque edenda Senatuſcõſulto tenerentur famoſam iudicij notam ſpontè ſubibant. Eos eaſq; omnes, ne refugium in tali fraude cuiquam eſſet, exilio affecit. Trãquillus in Auguſto: Negotium Ædilibus dedit, ne quem paterẽtur poſthàc in Foro Circóue, niſi poſitis lacernis togatum conſiſtere. Sed acciſa eſt

Acciſa Ædiliū poteſtas.

Ædilium auctoritas [5] ſub Cæſaribus. Tacitus lib. 13. Cohibita eſt arctiùs Ædilis poteſtas, ſtatutumque quãtùm Curules, quantùm Plebeij pignoris caperent, vel pœnæ irrogarẽt. Et Coriolanus apud Plutarchum damnatus à Sicinio reliquiſque Tribunis eſt, & imperatum Ædilibus, vt de ſaxo eum præcipitarent: Vbi ſignificãtur Plebeij: nã Curules, cũ Senatorij eſſent, Senatui, qui impenſiſſimè tuebatur Coriolanum, fauebant: vt verum ſit, Ædiles Plebeios fuiſſe quaſi adminiſtros Tri-

Ædiles templo Cereris præfecti.

bunorum. Pomponius [6] verò I.C. etiam eos templo Cereris præfecit his verbis: Itemque vt eſſent, qui ædibus præeſſent

in qui-

in quibus oĩa ſcita Plebs deferebat, duos ex Plebe conſtituerunt, qui etiam Ædiles appellati ſunt. Cic. lib. 3. de legibus legum cuſtodiam mandat Cenſoribus: *Cenſores fide legem cuſtodiunto, Priuati ad eos acta referunto, nec eo magis lege liberi ſunto.* Deinde ſubijcit ad finem dialogi, has leges non fuiſſe Rom. vſitatas: Legum (inquit) cuſtodiam nullam habemus: Itaque hæ leges ſunt, quas Apparitores noſtri volũt, à Librarijs petimus, publicis literis cõſignatam memoriã publicã nullã habemus: Græci hoc diligẽtiùs, apud quos Nomophylaces creantur. Cuius dialogi epilogus ſatis indicat, nõ abſolutã eſſe 7 Nomotheticẽ, ſed deſiderari alios dialogos, quibus ius priuatum explicatũ erat: quos ſi teneremus bona pars iſtius hiſtoriæ cõmodiùs enarrari potuiſſet, quoniã in paucis à morib. Rom. diſcedit Tulli⁹. Occaſio legũ à Græcia allatarũ Decẽuiros cõſtituit, quib⁹ excluſis rurſus Coss. ius dixerũt. Sed cũ improbè peterẽt Tribuni Cõſula tũ Plebi communicari, Tribuni militares Conſulari poteſtate creati ſunt, tandem Prætor, & Ædiles Curules.

Cenſores. *Nomophylaces.* *Nomothetice Ciceronis.* *Decemuiri.*

COROLLARIVM
ad caput quintum.

Prætor pro Conſ. et Dictatore.

1. Ante Prætorem) *Prætor hic generaliùs accipitur pro Conſule & Prætore, vt ſuprà adnotatum eſt capite præcedenti, imò Dictatorem comprehendit, vt in l. vetuſta:* qui Prætor maxim. ſit Idibus Septembris clauum pangat. *De qua Liuius libro 7.*

2. Itaque L. Valeria) *De legibus Valerijs infrà commentabimur lib. 5.*

Prima ſeceſſio Plebis.

3. Anno *XVII.* à conſtitutis Coss.) *Prima enim ſeceſſio Plebis in Sacrũ montẽ cœpit anno CCLIX. vt ait Cicero pro Rabirio perduellionis reo, anno XVI. poſt reges exactos, finita eſt aũt anno CCLX. Tribunis Plebi conceſsis.*

4. De appellationibus quę ad Tribunos fiebant) *De his quædam etiam dicemus lib. 5.*

Claudius Ædilium poteſtatẽ minuit.

5. Accisa eſt Ædilium auctoritas) *Aliud exẽplum addi poteſt de Claudio Cæſare, qui coërcitionem popinarum Ædilibus ademit, quòd quidam Ædilis inquilinos prædiorum ſuorum contra vetitum cocta vendentes mulctaſſet, villicumq́ interuenientẽ flagellaſſet, vt teſtatur Sueton. in vita eiuſdẽ ca. 38. nã antea Tyberius annonam Macelli Senatus arbitratu quotannis temperãdam cenſuerat, dato Ædilibus negotio, popinas ganeaſq́ vſque eò inhibendi, vt ne opera quidem piſtoria proponi venalia ſineret.*

Ædilium varia munia.

6. Pomponius I.C. etiam templo Cereris) *Senatuſconſulta etiam ſeruabant, vt teſtatur Liuius libro tertio ab V. C. & à cura ædium putat Ædiles appellatos libellus, qui de Magiſtratibus inſcribitur ſub*

tur ſub nomine Feneſtellæ, quorum plura munia vide ibidem: De creatione autem Halicarnaſſeum libro ſexto.

7. Satis indicat non eſſe abſolutam Nomotheticen) *Vel ex eo ſatis colligitur Ciceronis libris de legibus Colophonem additum nō fuiſſe ab ipſo auctore, licet ante bellum ciuile ſcripſerit, quòd in albo ſuorum non aſſcribat lib. 2. de Diuinatione in principio, vti alios ferè enumerat. Veriſimile eſt itaque hos poſthumos poſt mortem Ciceronis in forulis repertos, & editos.* *Libri Ciceronis de legibus non abſoluti.*

ARGVMENTVM.

¶ De Prætoris inſignibus, & ornamentis Triumphátium, ac de varijs Tunicis, Curuli, & Ædilibus.

Caput. 6.

CÆTERVM vt aliquandò Prætoris deſcriptio abſoluatur, cū ius pro tribunali diceret, certa quædam & augusta inſignia vſurpabat, quibus perſona honoraria illa Plebeijs, & cęteris admirationem pareret, vt cū bello indicto Iani portas aperiret Quirinalem Trabeā cinctumque Gabinum, cū triumpharet Trabeam, Togam pictam, aliaque triumphalia: Nam & apud poëtas Reges iura daturi aliter, quàm in caſtris, aut domi, ornantur. Vergilius 7. Æneidos: *Prætoris inſignia.*

Hoc

Hoc Priami geſtamen erat, cũiura vocatis
More daret populis, ſceptrumq́, ſacerque
tiaras.

Prætura Cõſulari dignitati proxima.

Proxima autem fuit Prætura Conſulari ſplendori, diſpar fortaſſis ſolo faſciũ numero: nam ornamenta Regibus detracta Coss. datà ſunt, & tandem Prætoribus communicata. Tranquillus in Iulio: Nihilominus permanere in Magiſtratu, & ius dicere auſus, vt comperit paratos, qui vi, & per arma prohiberent, dimiſſis Lictoribus, abiectaq; prætexta domũ clam refugit, pro conditione temporum quieturus. Aſconius pro Scauro: Cato Prętor iudicium, quia æſtate agebatur, ſine tunicà exercuit, campeſtri ſub toga cinctus. In Forum quoque ſic deſcendebat, iuſq́ue dicebat: Idq́ue repererat & vetere cõſuetudine, ſecundum quam & Romuli ætatis ſtatuæ in Capitolio, & in Roſtris Camilli fuerunt togatæ ſine tunicis. Et Catonem Vticenſem nudis pedibus ſine toga cauſas etiam capitales cognouiſſe, auctor Plutarchus in eius vita. Quod mirũ videri poſſit, cur inter res memoratu dignas repoſitum ſit. Sciendũ eſt olim Pręctores

tores

tores prętextatos quidem ſediſſe,ſed cùm capitalis ſententia proferenda erat,prętextam depoſuiſſe. Valerius lib. 9. de Licinio Macro cauſam repetundarum dicēte: ſiquidem cū M. Ciceronē, qui id iudiciū cogebat, prætextam ponentem vidiſſet, miſit ad eum,qui diceret,ſe non dānatum perijſſe, nec ſua bona haſtæ poſſe ſubijci. Quod à Romulo profectū exiſtimo:nam Plutarchus in eius vita dicit eum poſita prętexta in tunica & Trabea cōtra Reum in iudicio capitali pronuntiaſſe: Itaque ſi Senatores,in tunica lati claui,ſi Plebeij,in tunica vulgari capitis ſentētiam fulminabant: Fuerunt enim & Prætores ex Plebe. Liuius lib. 10. apud quem P. Decius Mus Conſul ex plebe: Multa nobiſcū decora afferimus,imò eadē quę vos ſuperba fecerunt. Lucius Sextius primus de Plebe Conſul factus eſt, Claudius Licinius Stolo primus Magiſter Equitū. C. Martius Rutilius primus & Dictator,& Cēſor, Q. Publius Philo primus Prætor. Hāc verò prætextam ſumebāt ex Capitolio publicè. Lampridius in Alexādro: Prætextā & togam pictam nuſquam niſi Cōſul accepit,

Pretexta Tratoim.

Pretexta ex Capitolio ſumebatur.

cepit, & eam quidem quam de Iouis templo alij quoque accipiebãt aut Prętores, aut Cõſules. Aliâs ab Imperatoribus mittebatur per miniſtros. Auſonius ad Gratianum: In procinctu & maximè dimicaturus palmatæ veſtis meæ ornamenta diſponis fœliciter, & bono omine: namque iſte habitus, vt in pace Conſulis eſt, ſic in victoria Triumphantis: parum eſt, ſi qualis ad me trabea mittatur intertoges, te coram promi iubes, nec ſatis habes vt largitionum miniſtri ex more fungantur, eligis ipſe de multis, & cùm elegeris, munera tua verborum honore proſequeris. • Palmatam (inquis) tibi miſi, in qua Diuus Conſtantinus parens noſter intextus eſt. Deindè hæc eſt picta, vt dicitur, veſtis, nõ magis auro ſuo, quàm tuis verbis. Ergò picta, & palmata, & triumphalis eadem, & auro intexta. Iuuenalis:

Picta, palmata, & triumphalis eadẽ.

Et latum pictæ veſtis conſiderat aurum.

Nam ornamenta Triumphaturorum capiebantur ex Capitolio: Hînc dicta eſt Tunica Iouis trabea triumphalis. Quod autem Prætexta Triumphantium fuerit

Trabea.

Vale-

Valerius teſtis eſt libro quinto, de Scipione maiore Legato fratris Aſiatici: Itaque clariſſimorum cognominum alterum ſumpſit, alterum dedit, triumphique prætextam huius excepit, illius tradidit. Idem libro ſeptimo de Metello: Fortuna Conſulatus decus, Imperatoriã poteſtatem, ſpecioſiſſimi triumphi prætextam largita eſt. Tranquillus in Tyberio: Triumphum ipſe diſtulit mœſta ciuitate clade Variana, nihilominus vrbem prætextatus, & laurea coronatus intrauit. Quod pluribus exemplis firmandum fuit, quòd ſint, qui contendant Triumphantes non vſos prætexta ex Cornelij Taciti verbis lib. 12. Et ludicro Circẽſium, quod acquirendis vulgi ſtudijs edebatur, Britannicus in prætexta, Nero triumphalium veſte tranſuecti ſunt. Spectaret Populus hunc decore Imperatorio, illum puerili habitu, & perinde fortunam vtriuſque præſumeret. Sed quis non videt pretextam puerilẽ intelligi debere? Eſt et quod vrgere poſſet apud Tranquillum in Claudio: Currum eius Meſſalina vxor carpento ſequuta eſt, ſicut & triumphalia orna-

Prætexta triumphantium.

Cornelij Taciti locus.

ornamenta eodem bello adepti, ſed cæteri pedibus, & in prætexta. Vbi fortaſſis Prætexta nõ datur Triumphanti propter aduerſatiuam particulam. Florus li. 1. epitomes: Neque Tarquinius Priſcus pace, quàm bello promptior, duodecim namq; Thuſciæ populos frequẽtibus armis ſubegit, & indè Faſces, Trabeæ, Curules, Annuli, Paludamẽta, Phaleræ, Prætexta: Indè quod aureo curru triumphatur quatuor equis, Togæ pictæ, Tunicæ palmatę, oĩa denique decora & inſignia, quibus imperij dignitas eminet. En rurſus prętexta
Prætexta variæ. à toga picta ſeparatur. Sed alia fuit triumphalis, alia vrbanorum Magiſtratuum, vt hi loci de domeſticis prętextis, alij de triumphalibus intelligantur, quas eaſdẽ diximus cum pictis, palmatis, ſicut tunica quædam eſt Laticlauij, id eſt, Senatoria,
Tunica variæ. altera Vulgaris, tertia Triumphalis, quę & Trabea, Tunica Iouis, Tunica palmata vo
Curulis. catur. Curulem etiam Prætor habuit cõmunem cum Conſule, ſicut & Comitia maiora apud Gellium [2] Cõſulis Collega, de qua quia alibi commentati [3] ſumus, tãtùm adijciemus ex Liuio lib. 7. hæc. Non patien-

patientibus tacitum Tribunis pro Conſule vno Plebeio, tres Patritios Magiſtratus curulibus ſellis, prętextatos tanquam Coss. ſedentes nobilitas ſibi ſumpſiſſet: Prætorem quidem etiam iura reddētem, & Collegam Conſulibus, atque ijſdē auſpicijs creatum. Intelligimus autem Prætorem, & duos Ædiles Curules, qui etiā prætextati erant. Et quia ex ſellis eboreis ius dicebant, Curules vocati. Hi particulam iuris honorarij tractabant prodito edicto, ex quo in actiōibus emptorum redhibendorum, & quanti minoris, controuerſias dirimebant. Cuius edicti verba extāt in ff. ad tit. de Ædilitio edicto. Pręterea annonam, ludos, & ædificia curabant. Cic. 3. de legibus. *Sunto Ædiles curatores vrbis, annonæ, ludorumq́, ſolemnium.* Poſteri ſanè Plebeijs, nimirum poſt Decemuiros conſtituti. Sed cùm eūdem Magiſtratū in ſua Nomotheſia Plato inſtituat, putem tamen Ciceronem magis à moribus Romanorum, quam à Platone ſua deſumpſiſſe: aut Rom. Legatos ex eiuſdem Philoſophi libris mutuatos, cùm vtrique Romæ fuerint inſtituti ante Pla-

Ædiles Curules.

Plato quando vixit. tonem, qui vixit circa annum ab Vrbis natali quadringenteſimum. Item Aphoriſmũ illum de Curulibus ſatis indicat non eſſe ex xij. tabulis ratio temporum, cùm Curules anno demũ poſt[4] illas LXXXII. primùm creati ſint.

Corollarivm
ad caput ſextum.

Faſces Coss. et Prætorum. 1. Diſpar fortaſsis ſolo faſcium numero) *Coss. enim duodecim faſces, Prætores vrbani binos, Prouinciales ſenos præferebant: de quibus latiùs in Paralipomenis.*

2. Apud Gellium) *Lib. 13. cap. 14. ex M. Meſſala lib. 1. de auſpicijs. Adde Ciceronẽ lib. 9. ad Atticum in quadam epiſtola, quæ incipit: Tres epiſtolas.*

3. Commentati ſumus) *Suprà libro 1. cap. 6. noſtræ hiſtoriæ.*

Aediles Curules quando primum creati. 4. Anno demũ poſt illas) *Anno CCCLXXXVII. fuêre creati primũ Ædiles Curules. Hic annus inſignis noui hominis Conſulatu, Prætura, Ædilitate Curuli: hos ſibi Patritij quæſiuêre honores pro conceſſo Plebi altero Conſulatu. Hæc Liuius in initio libri ſeptimi. Primi autem Ædiles Curules fuerunt Cn. Quintius Capitolinus, & P. Cor. Scipio, ſed variant auctores in computatione anni, quo æditæ fuerunt 12. tabulæ:* *Leges 12. tabul.* *Nam Euſebius ait latas fuiſſe anno ab V. C. CCCIIII. Gellius autem CCC. vt ſuprà adnotauimus.*

Argv-

ARGVMENTVM.

¶ Diuiſione facta iudiciorum, progreditur ad eos, qui Iuriſdictionem habent in Quæſtionibus, & quomodo Prætor in Publicis præerat.

Caput 7.

DVPLEX eſt iudiciorum ratio, quędam enim publica, alia priuata ſunt. De publicorum Diſceptatoribus, tanquam magis ſeriorum [1] & grauiorum, priùs dicamus. Reges ergò primùm, deindè Populus, tandem Cæſares ſummum ius in publicis habuerunt. Populus cùm auctior numero eſſet, neq; Comitio, Foroque concludi facilè poſſet, & cùm multitudine iudiciorum idē vix quotidiē coiret ad cauſas publicas diſceptandas ſuffragijs, conſtituit ſibi Iudices, qui eo munere fungerentur. Cicero ſeptima Act. in Verrem de ſocijs vexatis loquens: Ad Populum Rom. confugient? Facilis eſt cauſa Populi, legem enim cauſa Sociorum iuſſiſſe, & eius legis cuſtodes, & vindices præpoſuiſſe dicet. Idem Cicero pro Flacco: Quem alium appellem?

Iudiciorū diuiſio.

Iudices quandò.

Et paulò pòſt: An Populum Romanum? At is quidem omnem ſuam poteſtatem de bonis tradit vobis. Iudicibus loquitur. Sed quo tempore, & à quo lata ſit illa lex nuſquam legere memini: Hoc vnum ſcio

Quæſtores parricidij. poſt 12. tabulas latam: nã ante eas Quæſtores parricidij publicis præerãt, & quorum etiã fit in 12. tabulis mentio, in quorum vicẽ ſucceſſerunt Prætores, qui quãuis (vt docuimus) cognitionem non haberent, ſed merum imperium, non Prætores (quòd magis priuata reſpicerẽt) ſed veteri nomine [2] Quæſtores vocati ſunt à conquirendis maleficijs vt putat M. Var-

Quærere. ro 4. de ling. Lat. Et quærere proprium pro præeſſe. Cic. pro Rabyrio: Accuſaui de pecunijs repetundis, Iudex ſedi, Præ-

Quæſitores. tor quęſiui. Quæſitores etiam dicti plano vocabulo. Cicero pro Fonteio: Quid mihi op⁹ eſt ſapiẽte Iudice? quid ęquo Quæſitore? Quid Oratore non ſtulto? Virgil.

Quæſitor Minos vrnam quatit.

Inquirere. Sed & inquirere pro quærere in maleficijs vſurpatũ eſt. Curtius lib. 6. De capitalibus rebus Reges vetuſto more Mace-

Quæſtiones. donum inquirebant. Itaque Quæſtiones

pro publi-

pro publicis iudicijs intelligi cœperunt, quæ olim extraordinariæ erant, cùm nouæ ſubindè delatis nouis criminibus conſtituerentur, tandem quædam cœperunt eſſe perpetuæ. Cic. in Dialogo de claris Oratoribus cũ loquitur de Carbone: Hic optimus illis tẽporibus eſt habitus, eoq; forum tenente plura fieri iudicia cœperunt: nam & quæſtiones perpetuæ hoc adoleſcente cõſtitutæ ſunt, quæ antè nullæ erant. Perpetuæ, id eſt, ordinariæ, non autem triginta, quadraginta aut centũ annorum, vt ſæpè iure noſtro. Factæ autem ſunt perpetuæ legibus latis de ſicarijs, de falſis, parricidio, iniurijs, quas L. Cornelius Sylla promulgauit. Hinc leges Corneliæ, quibus adiunxit Pompeius de parricidijs, C. Iulius de repetũdis, adulterijs, maieſtate, vi, & vi armata, peculatu, ambitu, annona, reſiduis. Eſt & lex Flauia de plagiarijs. Si verò nouum crimen & inauditũ, ità vt de eo legibus cautũ nõ eſſet, deferebatur, noua lege lata quęſtio conſtituebatur, vt in cauſa Milonis noua lege quęſtionẽ exercuerũt Pompeius & Cn. Domitius. Itẽ in alijs omninò nouis ma-

Quæſtiones ordinariæ quando.

Perpetuæ quæſtiones.

Noua quęſtio.

leficijs. Cic. 2. Philip. Quid enim attinebat noua lege quæri de eo, quod hominẽ occidiſſet, cũ eſſet legibus quęſtio cõſtituta? Dicitur etiã cõſtituere iudiciũ, eodẽ planè ſenſu, pro eo quod eſt dare actionẽ, & futuræ cauſæ proceſſum ſeriẽque ordinare. Fab. li. 3. Rarũ eſt, vt in Foro iudicia ſolùm propter id cõſtituãtur, ſicut Diuinationes, quæ fiũt de Accuſatore conſtituendo, & nonnũquam inter Delatores, vter præmiũ meruerit. Quomodo aũt cõſtitutiõis lex cõciperetur, extat apud Pędianũ exemplũ in Milonianã, vbi quęſtioni de Clodij cæde à Senatu decretę Cn. Domitius Quæſtor prępoſitus eſt: Accuſatori & Reo præſtituta tempora dicẽdi, Teſtibus & ſuus dies dictus, numerus Iudicantium finitus &c. Hinc profectũ legibus interrogare, de quo aliâs. Cice. pro domo ſua: Eſto, non fuit in me pœna vlla peccati, at fuit iudicij. Cuius? quis me vnquã vlla lege interrogauit? quis diẽ dixit? Si verò vſque adeò immane crimẽ erat, vt Iudicũ cognitione grauius eſſet, tũ de eo iudiciũ non conſtituebatur, ſed extra ordinẽ Senatus, vel Populus cognoſcebat, vt Cati-

Conſtituere iudicium.

Quæſtionis lex.

Quãdo extra ordinem cognoſcebatur.

vt Catilinariorum cõiuratio, quę per Ciceronem Cõſulem ad Senatũ delata, tàm diligẽter, & fœliciter peracta, & perorata eſt, vt Senatuſcõſultum capitale decerneretur, ex quo quinque in carcre ſtrangulati, reliqui hoſtes patriæ iudicati coacti ſunt in exilio cũ duce Catilina occumbere, collatis cũ altero Cõſule C. Antonio ſignis. Plin. in cauſa Marij Priſci li. 2. Marius Priſcus, accuſantib⁹ Afris, quib⁹ Proconſul præfuit, omiſſa defenſione Iudices petijt. Ego & Cornelius Tacitus adeſſe Prouincialibus iuſſi, exiſtimauimus fidei noſtrę conuenire notum facere Senatui, exceſſiſſe Priſcum immanitate & ſæuitia crimina quibus dari Iudices poſſent, cùm ob innocẽtes condẽnandos, interficiẽdos etiam pecunias accepiſſet. Reſpõdit Frõto Catius, deprecatuſque eſt, ne quid vltra repetũdarum legem quæreretur. Ex quibus notũ eſt, Senatum legitimis quęſtionibus nõ interfuiſſe, ſed extraordinarijs: illis aũt dediſſe Iudices. Trãquil. in Domitiano: Auctor Tribunis Pleb. fuit Ædilẽ ſordidum accuſandi repetũdarum, Iudiceſq; in eũ à Senatu petẽdi. Idem in Claudio:

Senatus legitimis quæſtionibus non interfuit.

Negabat rem cognitionis eſſe, ſed iuris ordinarij, id eſt, cauſa cognita deliberandũ eſſe, danda ſit actio, nec ne. Quod fit in rebus recẽs natis & inauditis, quandò ordinaria actionis forma nulla extat, & noua aliqua concipienda eſt rei oblatæ, & præſenti accommoda: hînc titulus in Pandectis de extraordinarijs cognitionib. natus eſt. Atque etiam puto extra ordinem habitas, quæſtiones rectè vocatas, quæ videntur cognitiones maiorum rerum & argumentorũ ſolemnes, & feriæ diſpunctiones, & diſquiſitiões apud maiores Magiſtratus, quæ cognitiones rectè dicerentur Anacriſes, quaſi probè expenſæ, & ſępius repetitæ rerum diſcuſſiones, vt Iuſtinianus in Nouellis Græcis, conſtitutione 142. quas etiã rectè fortaſſis vocaremus Reuiſiones, cùm Senatuũ areſta iterum diſcutiuntur, & expenduntur propoſitis certis errorum capitibus, quod in Curijs & Parlamentis ſæpiſſimè vſitatur. Verùm Anacriſes propriè in iure noſtro, & apud Rhetores vſurpãtur in cauſis capitalibus, cũ Rei legibus interrogantur, Teſtes audiuntur, & Reis (vt dicitur) confrontantur, vel

Extraordinaria quæſtiões.

Anacriſes.

Reuiſiones.

tur, vel

tur, vel etiam cùm Rei torquētur:nam to
t⁹ ille capitalis diſcurſus Anacriſis[3] voca-
tur:vndè facere anacriſim in l. Diuus.2.ff. *Anacriſim facere.*
de cuſtod.Reor. eſt facere proceſſum Rei
accuſati, quæ Latinè quæſtio vel inquiſi-
tio etiam rectè diceretur. Prætor autē hu
iuſmodi quæſtiões capitales cōſtituebat,
& exercebat ſine vlla cognitione tamen,
Iudices autem cognoſcebant tātùm ſine
vlla iudicij exercitatione, & imperij.Indè
eſt, quod in veterum Oratorum Oratiōi-
bus plurimis,quę ad nos beneficio Libra- *Cauſa publica vnde dignoſcatur.*
riorum primùm, deindè Calcographorū
trāſmiſſæ extāt, ad Iudices cōuertatur A-
ctio, quod quoties fit, id argumento eſt,
cauſam eſſe publicam, Iudicumque tabel
lis eſſe diſceptandam. Itaq; in priuatis ſe-
cùs appellātur Diſceptatores, vt in cauſa *Diſceptatores.*
Quintiana, C.Aquili,& ij qui tibi in con-
cilio adſunt, Cecinnana Recuperatores.
Prætor autē ità præerat, vt in legē quæ- *Prætor in publicis quomodo præerat.*
ſtionis non iuraret,neque tabellam habe-
ret, ſed in reliquis imperio vteretur vt ſu-
prà diximus.Atque dū ità Iudicibus præ-
eſſet in imperio Prætor,iudiciū exercere *Exercere iudicium.*
dicebatur. Cic. ad finē pro Archia Poëta:

Quæ non Fori iudicialique cõſuetudine, & de hominis ingenio, & communiter de ipſius ſtudio loquut⁹ ſum, & Iudices ſpero à vobis in bonã partẽ accepta, ab eo, qui iudicium exercet, certè ſcio. Ità accipitur in l. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. Videntur errare Magiſtratus, qui cùm publici iudicii habeant exercitationem Lege, vel Senatuſconſulto delegatam, veluti lege Iulia de Adulteriis, & ſi quæ ſunt ſimiles, iuriſdictionem ſuã mandant. Huius rei fortiſſimum argumẽtum eſt, quod lege Iulia de vi nominatim cauetur, vt is cui cõtigerit exercitatio, poſſit eam ſi proficiſcatur mandare.

Corollarium ad Caput ſeptimum.

Publica iudicia cur priuatis priora.

1. Tanquam magis ſeriorum & grauiorum) *Præter hanc rationem ordinis, alteram ſuperiùs ſtatim in capite operis poſuimus, quòd etiam publica iudicia præcedere debent, quia in his de criminibus agitur, quæ natura & tempore priora ſint ijs quæ in priuatis tractantur, ſtatim enim doli capaces facti priùs delinquimus, quàm contrahamus, teſtemur, et iudicio ſiſtamur: quam adfert Ioã. Berberius in ſuo viatorio iuris, quòd priùs de criminibus tract e . quã de con-*

Ioannes Berberius.

de contractibus, teſtamentis, & iudiciario ordine.

2. Sed veteri more Quæſitores vocati) *Hoc tamẽ notare eſt operæprecium, quod Quæſitorum duo fuerunt genera, aliquando enim idem Quæſitor ſiue Iudex quæſtionis erat, & Prætor, vt in cauſa Cluentij, in qua Quintus Voconius idem Prætor, et Iudex quæſtionis fuit: Quandoque Iudex quæſtionis, ſiue Quæſtor erat è Iudicum numero, qui Prætor non erat, vt in iudicio Oppianico Quæſitor ſiue Iudex quæſtionis fuit C. Iunius (Iudicem enim quæſtiõis & Quæſitorem vocat Cicero) Prætor autem C. Verres: Sic nequaquam ſemper fuit idem Prætor & Iudex quæſtionis, vt putauit Budæus, ſed plærunque diuerſi. Prætor autem in ijs, quæ imperij erãt, ferè impediebatur, vcluti Iudices cogere, ſortitionem, aut ſubſortitionem facere: Iudex autem quæſtionis circa cogitionem verſabatur, nõ ſecùs quàm in priuatis Iudex à Prætore datus.* *Quæſitorum duo genera.* *Prætor Iudex quæſtionis.*

3. Anacriſis vocatur) *Anacriſis eſt examinatio negotij, quæ per delati interrogationem fit. Alciatus lib.* 1. Parerg. *ca.* 6. *Anacriſis quid.*

ARGVMENTVM.

¶ De Iudicum Decurijs, & Legibus iudiciarijs, & quomodo variatum ſit in illis.

Caput

Caput. 8.

Iudices. IVDICES ergò publicorum Diſceptatores nõ vt Cẽtumuiri ex tribubus, ſed olim quidem ex Senatorum collegio *Decuria.* petebãtur, qui in Decurias per cẽſus modũ diſtributi vicibus iudicãdi munus obirẽt, & viciſſim ab eodẽ vacarent. Vt enim *Centuria.* maioribus Comitijs Populus in Centurias ex cẽſu diſtinctas digerebatur, ità Iudices in Decurias, cùm illæ inferiorũ ſint, hæ honeſtiorum teſte Aſconio 3. Verrina. Vtrumque tamẽ à Caſtris exiſſe videtur, *Centuriones.* vbi Cẽturiones, qui cẽtum præfecti ſunt, *Decuriones.* Decuriões qui decem: & in Coloniarum deductionibus decimus quiſque cõſilij publici gratia à Triumuiris electus Decurio vocatur Pomponio in iuris enchiridio: Sed & illud etiã ex decimationibus exercituum migrauit. Verùm quãquam Decuria propriè decadẽ ſignificet, *Decuria pro albo.* tamẽ ſæpius pro albo quodam, & libello, vbi in varios ſed tamẽ certos numeros Militum & Iudicum nomina referebantur, Catalogos, Matriculas, & Rotulas vocamus, & decuriatos milites, id eſt, relatos in nu-

in numeros, immatriculatos. Cicero pro domo ſua: Cùm deſperatis Ducibus decuriatos, & deſcriptos haberes exercitus perditorũ. Trãquillus in Tyberio Decurias Equitum appellat, non quòd decem cõtinerent, ſed numeros, album, & catalogum: nam ante Tyberium ſingulæ Decuriæ ſingula millia Equitum cõtinebãt, quæ tamẽ ab eodem auctæ ſunt conceſſo iure aureorum annulorum: auctor Plini⁹ maior lib. 3. Ità vſurparũt Latini Centurias extra Caſtra Comitijs cẽturiatis, pro actis cẽſualibus, vbi per Cẽſores deſcriptę claſſes eorum erãt, qui cẽſum parem haberent, quæ tamẽ modò maiores, modò minores erãt, vt ex deſcriptione claſſium apud Liuiũ dici poteſt. Decuriæ ergò album, in quo deſcripta erãt per claſſes Iudicãtium nomina. Trãquillus in Claudio: Cùm Decurias rerum actu expũgeret. de Iudicibus loquẽs, id eſt, cùm Iudicum catalogum recẽſeret, vt Cẽſores, & poſteà Principes Populi Centurias recognoſcebãt. Idem in eodem: Splẽdidum virũ, Gręciæque prouinciæ principem, verùm Latini ſermonis ignarum, nõ modò albo Iudicum

Decurię, quos militum capaces.

dicum eraſit, ſed etiam in peregrinitatem redegit. Idem in Domitiano: Equitem Rom. ob reductam in matrimonium, cui dimiſſæ adulterii crimen intenderat, eraſit Iudicum albo. Idem auctor album Citharœdorum in Nerone dixit, & apud Ciceronem 2. de Oratore album Faſtorum pro Ephemeride, quã Almanach vocant: Erat hiſtoria (ait ille) nihil aliud, quàm annalium confectio, cuius rei, memoriæque publicæ retinendæ cauſa, ab initio rerum Romanarum, vſque ad P. Mutium Põtificem Max. res omnes ſingulorum annorum mandabat literis Pontifex Max. afferebatque in album, & proponebat tabulã domi, poteſtas vt eſſet Populo cognoſcẽdi. Et titulus lib. 50. ff. de albo Decurion. ſcriben. Albũ Senatoriũ dicitur. Tacitus lib. 4. Apidium Merulã, quòd in acta Diui Auguſti non iurauerat, albo Senatorio eraſit. Pictacium pro albo etiam dictũ eſt. Lampridius in Alexãdro Seuero: De promouendis etiam ſibi annotabat, & perlegebat cuncta Pictacia, & ſic faciebat diebus pariter annotatis, & quis, & qualis eſſet, & quo inſinuante promotus. In albo verò

Album.

Pictacium.

bo vero Iudicum tot erant Decuriȩ,quot claſſes & ordines diuerſi Iudicantium, vt Decuria Senatorum, Decuria Equitum, Decuria Tribunorum Ærariorum. Plinius libro tertio: Decuriæ quoque ipſæ diſcretæ pluribus nominibus fuerunt, Tribunorum æris, Selectorum, & Iudicum. Et paulò pòſt: Diuiſus hic quoque ordo erat ſuperba vſurpatione nominum, cùm alius ſe Nongentum, alius Selectum, alius Tribunũ appellaret. Senatores igitur primùm ante Gracchorum tempora ² ſoli iudicarunt, neque omnes, ſed qui decuriati eſſent in albo, propter morum integritatem. Cic. pro Roſcio Amerino: Qui ex ciuitate in Senatũ propter dignitatẽ, ex Senatu in hoc conſilium propter ſeueritatẽ delecti eſtis. C. autem Gracchus Tribunus Plebis popularis nimis, & præfractè Patribus aduerſus, neque rerũ à fratre Tyberio tentatarum infœlici exitu fractus, ſed fraterni fati futurus vindex, prȩter leges Agrarias ei genti fatales, & Frumẽtarias, Iudiciariã etiam tulit, qua iudicandi auctoritas, quæ ante in peculio ſolius Senatus fuerat, Equitib⁹ ² trãſtulit.

Varia Decuriæ. *Senatores.* *C. Gracchus L. Iudiciariam tulit.*

Serui-

L. Seruilia. Seruilius autem Cæpio Conſ. XXII. annos poſt legem Gracchanam, dùm ſtudet conciliare ordinem Senatorium cum Equeſtri, aliam legem tulit de communicãdis inter Senatores, & Equites iudicijs. Sed hæc Seruilia parùm durauit, rediuiua, & vigẽte iterùm Gracchana: quod vel *Liuia.* ex eo [3] manifeſtum fit, quòd M. Liuius Druſus XV. annis poſt legẽ Gracchi, qui fuit natalis Vrbis DCLXII. iterùm Seruiliam ſuſcitauit, iudicijs vtriq; ordini cõmunicatis. Verùm nec hęc Liuia longęua fuit: nam L. Martius Philippus Druſi inimicus eodem anno obtinuit, vt Druſi leges, tãquam cõtra auſpicia latæ, tollerentur vnò SC. vt teſtatur Cicero lib. 3. de le*Plotia.* gibus. Anno dein elapſo lex Plotia lata eſt, quam tulit M. Plautius Syluanus Tribun. Pleb. anno ſecũdo belli Italici, vt ſingulæ tribus denos quinos crearẽt, qui eo anno iudicarẽt, ſic pro parte iudicia cum Senatoribus & Plebe cõmunicata ſunt. Tribus & quadraginta annis poſt Grac*Syllana.* chanam L. Cornelius Sylla, nõ minùs Patribus addictus, quàm Gracchus ſuæ Plebi, rurſùm ſtatuit, vt ſoli Senatores id mu-

neris

neris perfungerentur: auctor Aſconius. Tacitus lib. 12. de Claudio: Claudius omne ius tradidit, de quo toties ſeditione, aut armis certatum, cũ Sempronijs rogationibus Equeſter ordo in poſſeſſione iudiciorum locaretur, aut rurſum Seruiliæ leges Senatui iudicia redderent, Mariuſque & Sylla olìm de eo vel præcipuè bellarent. Exactoque decẽnio Aurelius Cotta Prętor Senatoribus adiecit Equites, & præter Gracchi beneficium etiam Ærarios Tribunos. Cic. in Diuinatione: Populus Rom. tametſi multis incommodis, difficultatibuſque affectus eſt, tamen nihil ęquè in Repub. atque illam veterẽ iudiciorum vim, grauitatemque requirit: iudiciorum deſiderio Tribunitia poteſtas efflagitata eſt, iudiciorum lenitate ordo alius ad res iudicandas poſtulatur. In quẽ locum ſic Pędianus [4]: Gracchus legẽ tulerat, vt Equites Rom. iudicarent, iudicauerũtque per annos triginta ſine infamia. Pòſt victor Sylla legem tulerat, vt Senatorius ordo iudicaret, & iudicauit per annos decem turpiter. Nũc Aurelius Cotta legẽ tulit, vt Senatores, Equites, & Tri- Aurelia.

buni Ærarij ſimul iudicent. Et hoc eſt quod Cicero dicit alium quoq; ordinem ad iudicandum poſtulari. Hæc ille. De ſordibus Senatorum cũ ſoli iudicarent Cic. ſecunda Verrina: Omnia non modò cõmemorabuntur, ſed etiam expoſitis certis rebus agentur, quæ intra decẽ annos, poſteaquam iudicia ad Senatum tranſlata ſunt, in rebus iudicandis nefariè flagitioſeq; facta ſunt. cognoſcet ex me Pop. Romanus quid ſit, quamobrem cùm Equeſter ordo iudicaret annos propè quinquaginta continuos, nullo Iudice Equite Romano iudicante ne tenuiſſima quidem ſuſpicio acceptæ pecuniæ ob rem iudicandam conſtituta ſit: quid ſit, quòd iudicijs ad Senatorium ordinẽ trãſlatis &c. Quarum ſordium frequentiſſima eſt mẽtio in Verrinis, quòd occaſio mutandorum Iudicum in incude eſſet. Sed ratio tẽporum inter Ciceronem, & Aſconium Interpretem non conſtat: ille enim quinquaginta, hic triginta interiectos annos numerat à Graccho ad Syllam, vt in alterius codice menda ſuſpecta ſit, quæ frequens incidere ſolet in notas temporum, & ſummarum

Senatorũ ſordes.

Diſcrepantia temporum.

marum vitio Librariorum. In illo à Sylla ad Cottam [6] decennio habita Oratio pro Roſcio Amerino, vt ſatis ex ea conſtat, & Actiões in Verrem, cùm legem adhûc meditaretur Cotta, reliquæ apud Iudices ex Senatoribus, Equitibus, & Tribunis conflatos peroratæ: nam nihil immutatum vſque ad Iulij dictaturam, cùm à Foro feriari cœpiſſet M. Cicero, & ſe totum ad Philoſophiam tractandam contuliſſet, vt in Præfationibus operum Philoſophicorum ſatis idem auctor indicat.

Oratio pro Roſcio Amerino.

Actiones in Verrem.

Corollarium
ad caput octauum.

1. Senatores primùm &c.) *Hoc probat Dionyſius, qui iudicia Patritijs à Romulo tributa eſſe, et* Polybius, *qui iudicia in poteſtate Senatorum fuiſſe teſtatur lib. 6.*

2. Equitibus tranſtulit) *Rectè dicit tranſlatam eſſe iudicandi poteſtatem Equitibus, non autem cõmunicatam Senatoribus, vt quidam putauerunt lapſi auctoritate* Plutarchi, *qui in vita Gracchorum ait, legem à* C. *Graccho latam, vt trecenti Equites ſimul cum trecentis Senatoribus iudicarent, quod ex* Paterculo, *Appiano, Aſconio, Floro, Cicerone, & Tacito falſum deprehenditur, qui, cùm ſint teſtes omni exceptione maiores, vnius ſingulariſque*

Plutarchus reprehenditur.

Plutarchi fidem eleuant. Allegandis autem & recitandis eorum auctoritatibus ſuperſedemus, dū breuitati ſtudemus, præſertim cùm ſciamus hūc locum diligentiſsimè diſcuſſum à Paulo Manutio lib. ſuo de Legibus. Hunc tamē locum præterire intactum non potuimus, ne quis dùm in hunc Plutarchi locum incidit, tanquam ad ſcopulum impingat. Eiuſdem Plutarchi lapſus in vita Fabij, & Antonij, cū denarium Rom. dragmæ, libram minæ æquat, Budæi calculum conturbauit, & errandi cauſam præbuit, vt in his legibus iudiciarijs, vbi legem Seruilij, aut Druſi pro lege Gracchi accipit, quod facilè accidit homini Græco, dū in ciuitate, & moribus Romanis tanquam peregrinus verſatur. Nonnullas alias in eundem notas vide etiam apud Ioan. Bodinum in ſua elegātiſsima, et doctiſsima hiſtoriæ methodo cap. 4. præter quas ſacroſanctam ipſius Plutarchi auctoritatem puto.

C. Norbani cauſa coram Equitibus acta.

2. Quod vel ex eo manifeſtum fit) *Hoc etiam probari poſſe videtur ex eo, quod C. Norbani hominis ſeditioſi cauſa apud Equites ſolos agitata fuit, paruo tempore poſt Seruilij Cæpionis Cōſulatum, quod ex Ciceronis 2. de Oratore palàm fit, ſic enim Craſſus: Et animos Equitum Rom. apud quos tùm cauſa agebatur, ad Q. Cæpionis odium, à quo erant ipſi propter iudicia abalienati, reuocabant.*

Pediani lapſus.

3. Sic Pędianus) *Operæprecium hîc etiam videtur Lectorem admonere erroris Aſconij, qui hîc etiā in numero, & ordine legum iudiciariarum fallitur, non enim poſt Semproniam ſequuta eſt immediatè Syllana, quod videtur innuere, ſed Seruilia, Liuia ſiue Druſi, Plotia ſiue Syluana inter Gracchi & Syllæ*

Syllæ leges interuenerunt mediæ, quod patet etiam ex textu.

4. Vt in alterius cōdice menda ſit) *Apud Aſconiū legendum videtur quadraginta, quanquam ſi exactiùs velimus calculum ſubducere, à iudiciaria Gracchi vſque ad Syllæ legem, inueniemus tres & quadraginta annos. Sed hoc familiare ipſis auctoribus, vt pleno & perfecto numero vtantur, quò citiùs tēpus exprimant. Sic etiam apud Ciceronē quinquaginta legi poterunt, cum hac dictione propè, quæ diminutionē & imperfectionē denotat, nec tā exactā rationē temporum habendā putāt, quin plus minùs interdùm, imò ſæpè addant aut detrahant ſummæ, quò faciliùs, & rotundiore vocabulo exprimant, quod aliâs etiam factum notauit idem Aſconius ab ipſo Cicerone in Oratione pro Caio Rabirio, & ſic conciliari Ciceronem cum Aſconio puto.* Conciliatio Ciceronis cum Aſconio.

5. In illo ad Cottam decennio) *Ex Gellij 15. lib. cap. 28. apparet Ciceronem defendiſſe Sextum Roſcium reum parricidij L. Sulla Fœlice, & Q. Metello Pio Coss. cùm iam natus eſſet Cicero annos ſeptē & viginti. Quo loci reprehenditur à Gellio Cornelius Nepos. Is autem fuit annus V.C. DCLXXIII. ipſo anno videlicet quo Sulla legē tulit iudiciariā. Actiones autem in Verrem habitæ ſunt à Cicerone tempore, quo Aurelius Cotta l. Aurelia iudicandi munus inter Senatores, Equites, & Tribunos Ærarios partitus eſt, Cn. Pompeio & M. Craſſo Coss. Quod ex ipſo Cicerone liquet, ſic enim libro quinto in Verrem: Iudicium de Iudicibus & de te futurum eſt: At quo tempore futurum eſt? nempè co cùm Pop. Rom. aliud genus hominum, atque alium* Ciceronis oratio pro Roſcio quando ab eo habita. Actiones in Verrem.

 ordinem

ordinem ad res iudicandas requirit, ea lege de iudicijs, iudicibuſq́ promulgata. Id quod Pædianus adnotauit Oratione 2. in Verrem: Cottã (inquit) Prætorem ſignificat, qui legem promulgarat de reſtituendis Equeſtri ordini iudicijs.

ARGVMENTVM.

¶ Iterum de legibus Iudiciarijs, & diuerſa Iudicum nomenclatione, incremento, decremento, variatione, de vicibus Decuriarum.

Caput. 9.

RES iterũ vtcũq; variata à Cn. Põpeio II. Cõſulatu. Cic. in Piſonẽ de lege Pompeia: Ecquid vides, ecquid ſentis, lege iudiciaria lata, quos poſthâc Iudices ſimus habituri? non æquè legetur, quiſquis voluerit, nec quiſquis noluerit non legetur. Aſconius in eandem Orationem: Legem Iudiciariam ante aliquot annos, quibus temporibus Verres accuſatus eſt à Cicerone, tulit Aurelius Cotta Prętor, qua communicata ſunt iudicia Senatui, Equitibus, & Tribunis Ærarijs. Rurſus deindè Pompeius in II. Cõſulatu, quo tempore Oratio in Piſonẽ dicta eſt, promulga-

mulgauit,vt ampliſſimo ex cenſu, ex Cẽturijs aliter quã anteà lecti Iudices, æquè tamen ex illis tribus ordinibus,res iudicarent. Ex hoc cenſus diſcrimine inducto, lege Pompeia profluxit(vt credo) in Decurijs Iudicum confuſis ex triplici collegio Senatorum,Equitum, Tribunorum, vt alij eſſent Selecti, alij Iudices, alij Tribuni, quidam etiam Nongenti,illi à cenſu,hi ab officijs diſtincti: Nã Selectos vocabant eos(ſi quid veri mens augurat)qui ex præſcripto legis Pompeię maximũ cẽſum in albo Centuriarum à Cenſoribus deſcripto haberent,vt fortaſſis id vocabuli fuerit in lege Pompeia conceptum, & puto apud Aſconium pro electis ſelectos legendum,cùm auctor ille alioqui paſſim ſit corruptiſſimus. Sunt ergò Selecti, qui ad iudicandum eliguntur Equites ex maximo cẽſu: neq; enim adhùc ordo Equeſtris natus erat, neq; ei certus in cẽſu modus cõſtitutus per D. Auguſtum,quod veteres tituli ſatis demonſtrãt, *Senatus Populuſq; Romanus*, vbi nulla Equitum mẽtio, ſed omninò duo ordines erant, Patritius & Plebeius.Sed inter Plebeios principes

L.Pompeia.

Selecti.

Aſconius.

Equeſter ordo.

Publicani & Equites inter Plebeios.

Publicani, & Equites ſolo ſuo equo publico eminebant. Itaque Gracchus tranſtuliſſe dicitur ad Plebẽ iudicia, cũ Equitibus dedit. Auguſtus Octauius Equitib⁹

Cenſus Equeſtris.

certum cenſum ſtatuit, abrogata rogatione Pompeia, quadraginta ſeſtertia, id eſt, noſtratis numi decem coronatorum millia, quę qui non habebat in Decurijs Iudi-

Quãdò cœpit Equeſter ordo.

cum tanquam Eques nõ erat. Tyberij demùm principatus nono anno in ciuitatẽ venit Equeſter ordo, annulorumque auctoritati fama conſtituta eſt, vt eſt apud Pliniũ lib. 33. cap. 1. & altero capite, poſt Ciceronem receptum tertium ciuitatis membrum, ſcribit: Iudicum appellatione (ait) ſeparari eum ordinem, primùm omniũ inſtituêre Gracchi, diſcordi popularitate in contumeliã Senatus. Mox ea debellata auctoritas nominis vario ſeditionum euentu, circa Publicanos ſubſtitit & aliquãdiù tertiæ vires Publicani fuêre. M. Cicero demùm ſtabiliuit Equeſtre nomẽ in Conſulatu ſuo, ei Senatum concilians, ex eo ſe ordine profectum eſſe celebrans, & ei vires peculiari poteſtate quærẽs. Ab eo planè hoc tertium corpus in Repub. fa

ctum eſt

ctum eſt, cœpitque adijci Senatui Populoque Rom. Equeſter ordo. Qua de cauſa etiam nunc poſt populũ ſcribitur, quia nouiſſimè cœptus eſt adijci, quod intelligendum perfectum eſſe conſtitutionibus Auguſti & Tyberij, cùm antè tantùm affectum eſſet. Itaque apud auctores vbi de Equeſtri ordine legitur, ante illa tempora ſubeſſe quandam prolepſim putamus anticipati temporis, vt in illo Vergiliano:

Italiam fato profugus, Lauinaq́, venit
Littora.

Nongenti autem diuerſi erant à Selectis. Idem Plinius: Diuiſus hic quoque ordo erat ſuperba vſurpatione nominum, cùm alius ſe Nongẽtum, alius Selectum, alius Tribunum appellaret. Erant Nongenti, qui eligebantur ad cuſtodienda ſuffragiorũ ſcita in Comitijs: Tribuni Ærarij, qui prouinciarum Quæſtoribus attributã pecuniam ex Ærario numerabant apud Aſconium. Quæ quamuis deduci videãtur à Plinio ad Tyberium, finem tamen acceperunt dictatura Cæſaris, in qua idem Iulius iudicia ad duo genera Iudicum redegit, Equeſtris ordinis, & Senatorij: Tri- *Nongenti.* *Tribuni Ærarij.*

bunos Æratios, quod erat tertium, ſuſtulit. auctor Ttanquillus. Ergò tertiam Decuriam adiecit percuſſo Cęſare M. Antonius Conſul ex eiuſdem Cæſaris Commentarijs. Cicero 10. Philipp. Quid ea lege, quæ prouulgata eſt de tertia Decuria Iudicum, nónne omnes iudiciariæ leges Cæſaris diſſoluuntur? níſi fortè ſi quid memoriæ cauſa retulit in libellum, id numerabitur in actis? Deindè paulò pòſt cõditionem, & mores allectorum in conſortium iudicandi deſcribit his verbis: At quæ eſt iſta tertia Decuria? Cẽturionum inquit. Quid? iſti ordini iudicatus lege Iulia, etiam antè Pompeia, Aurelia non patebat? Deindè: addo etiam, Iudices, Manipulares ex Legione Alaudarum, quod Cicero eodem in loco grauiter exagitat, & grauiùs quinta Philippica. Is etiam legem Iudiciariam tulit homo caſtus, & integer, iudiciorum, & iuris auctor, in quo vos fefellit, Anteſignanos, Manipulares, & Alaudas ſe Iudices conſtituiſſe dicebat. At ille legit Aleatores, legit Exules, legit Græcos. O conſeſſum Iudicum præclarum, ô dignitatem conſilij admirandam.

Tertia Decuria.

Iudices Manipulares.

randam. pauet animus apud conſilium illud pro Reo dicere. Ibidem: Atque ego de notis Iudicibus dixi, quos minùs noſtis nolui nominare, Saltatores, Cythariſtas, totum denique comeſſationis Antonianæ chorum in tertiam Iudicum Decuriam ſcitote eſſe collectam. His tribus quartam adiũxit Octauius ex inferiori cenſu, quæ Ducenariorum vocaretur, iudicaretq; de leuioribus ſummis vt, ſcribit Suetonius. Sunt autem Ducenarij Iudices, vt in lib. 3. de Aſſe Budęus interpretatur, qui ducẽta ſeſtertia in cẽſu haberẽt, hoc eſt, cẽnſum Equeſtrem dimidiatum, quinque millium coronatorum, cũ ſolidus cenſus quadringentorum eſſet, id eſt, decem millium aureorum ſolarium. Ad quatuor priores quintam adiecit C. Caligula. Et cũ ſextã adijci precarẽtur Equites, à Sergio Galba non obtinuerunt. auctor Tranquillus in eorum vitis. Sed quot Iudices caperent ſingulæ [1] Decuriæ vix omninò definiri poteſt. Certè tempore Gracchi, Equitum, ſicuti anteà Senatorũ Decuria trecẽtos habuit. Verũ lapſu tẽporum paulatim auctæ ſunt, ità tamẽ vt ſub Auguſto

Octaui⁹ quartã adiecit Decuriam.

Ducenarij.

Quintã Decuriam adiecit Caligula.

Decuriæ quot Iudices continebãt.

Auguſto vix ſingula millia in ſingulis inuenirentur, nondũ Prouincijs ad hoc munus admiſſis. Sed cũ ex Tyberij conſtitutione ius aureorum annulorum ab ambitioſis affectaretur, dici non poteſt, quàm auctus fuerit tertius ille & recẽs natus ordo, adeò vt quatuor non ſufficiẽtibus, Caligula quintam conſtituere coactus ſit, tãtumque natum eſt faſtus, vt quæ ſub Diuo Auguſto impleri non poterant Decuriæ, non caperent poſteà eum ordinem, paſſimque ad ornamenta ea, etiam ſeruitute liberati tranſibãt, quod anteà nunquàm erat factum, quoniam in ferreo annulo Equites Iudiceſque intelligebãtur: Adeoque promiſcuum hoc eſſe cœpit, vt apud Claudium Cæſarem in cẽſura eius, vnus ex Equitib. Flauius Procl⁹ CCCC. ex ea cauſa Reos poſtularet. Hæc Plinius capite ſecundo lib. 33. Decuriæ autem per vices rebus iudicandis vacabant. Suetonius in Auguſto: Ac plæriſque iudicandi munus detrectantibus vix cõceſſit, vt ſingulis Decurijs per vices annua vacatio eſſet.

Auctus Equeſter ordo.

Decuriarum vices.

C o r o l-

Corollarium ad caput nonum.

1. Quot Iudices ſingulæ caperent Decuriæ) *L. Seruilia & l. Druſi trecenti Equites, & totidē Senatores iudicarunt: l. autem Plautia DXXV. fuit Iudicum numerus, ſi pro explorato numerum triginta quinque Tribuum fuiſſe tunc cōſtituamus, quod controuerti poteſt, vt videre eſt apud Nicolaū Grucchium virum doctiſſ. lib. 1. cap. 1. de Comitijs. Rurſus autem l. Syllæ trecentos ex ordine Senatorio cōſtituit: In reliquis non ità exactè conſtat de numero Iudicum. Cùm autem ætas legitima in iudicandi munere conſtituta erat, certè res ipſa requirere videtur, vt pauca de lege Comitiali, & Annali dicamus. Ergò legitimam ætatē triginta quinque annorum fuiſſe apparet ex Suetonij loco in Auguſto: Iudices (inquit) à trigeſimo ætatis anno elegit, id eſt, quinquennio maturiùs, quàm ſolebat. Poſteà autē diminutum fuit illud tempus: Calliſtratus enim in l. Iulia cautum eſſe ait, ne minorem annis viginti Compromiſſarium Iudicem liceat eligere, l. 41. de recept. arbit. Vlpian. aūt l. 57. de re iud. tuetur etiam ſententiam Iudicis minoris vigintiquinq; annis, niſi minor decem & octo annis ſit.* L. Seruilia. L. Druſi. L. Plautia. L. Syllana. L. Annalis Iudicum.

Argumentum.

¶ De iudicādi neceſſitate, & quomodo Iudices hāc prouinciam detrectantes cogebantur, factaque comparatione Togatæ militiæ cum Caſtrenſi, illius tres Miſsiones deſcribit.

Caput

Caput 10.

ET quãuis honos eſſet in Decurijs locum habere, ità pro comite (vt ferè fit in humanis rebus) onus adiunctũ habet: Eſt enim quædam iudicãdi neceſſitas impoſita Decuriatis, nihilque mirum ſi tantopere contẽderent, vt alias haberẽt in eo officio Decurias moleſtię ſocias. Cicero in Prætura Vrbana: Hoc ſi vobis adeò leuius videtur Iudices, quod putatis onus eſſe graue, & incõmodũ iudicare, intelligere debetis, vtrũ id onus voſmetipſi reieceritis, an quòd probare Populo Romano fidẽ veſtrã, & religionẽ nõ potueritis, ideò vocalis iudicãdi neceſſitas erepta ſit. Aurelius [1] item, cũ iudicatũ refert inter munera perſonalia, & ciuilia, iudicãdi appellat neceſſitatem. Accedit & multæ periculũ, ſi citati nõ adeſſent. Cic. 5. Philipp. Quæro igitur ſi Lyſiades citatus Iudex nõ reſpõderit, excuſeturque Areopagites eſſe, nec debere eodem tẽpore Romæ, & Athenis res iudicare, accipiétne excuſationem is, qui quæſtioni præerit? Idẽ 3. Verrina: Quo quidẽ die primũ Iudices ci-

Iudicandi neceſſitas Decuriatis.

Multa Iudicum.

ces citati in hūc Reū conſediſtis. Si ergò nō aderant, poterat Prætor multam infligere, quā opinor grauē fuiſſe ex Plinij epiſt.lib.4.vbi Senator ſupplex deprecatur multæ remiſſionē his verbis: Ecce Licinius Nepos Prętor acer, & fortis multam etiā dixit Senatori. Egit ille in Senatu cauſam ſuā, egit autē ſic vt deprecaretur, remiſſa eſt multa: ſed timuit, ſed rogauit, ſed opus venia fuit. Eſt aūt veriſimile pignoriſcapione,[2] vel multa arbitraria multatos, vt Senatores, qui ex cōtumacia non veniebāt euocati in Curiā. Cic.1. Philip. Cùm nollet venire vocatus, M. Antonius interminabatur ædiū incēdium aut diſturbationē, ad quæ Cicero: Quis vnquā tāto dāno Senatorē coëgit? aut quid eſt vltrà pign⁹, aut multā? Et ſanè emāſoris eſt, aut contumacis militis citāti Imperatori nō reſpōdere, aut excuſationē allegare. Prætor autē in Tribunali, tāquam in caſtrenſi Prætorio ſummæ rerū præſidet, ac prouidet, reliqui parere habēt, aut plecti: Eſt enim in Foro togata [3] quædā militia. Itaq; & apud Valerium libro octauo exercere ſtipendia forenſia dicitur, regere ſtipēdijs

Fori & Caſtrorum ſimilitudo.

Togata militia.

Eloquen-

Eloquentię ſuffragia Iudicum, vinci in ipſis Eloquẽtiæ caſtris. Qui milites habent
Peculium. peculium quaſi caſtrenſe pari prærogatiua, cum germano caſtrenſi, vt in eo filiuſfamilias iure ſuo vtatur, tanquam re alieniſſima à rationibus paternis. Dimittuntur, exauctorantur, excuſantur, citãtur Iudices more militum. Ideò & in hac militia imaginaria, quam elegãter deſcribunt Leo, & Antoninus Impp. in l. Aduocati. C. de Aduocatis diuerſorum iudiciorum, qui cœperũt poſteà habere matriculam ſuam, in quam referebantur nominatim, vt ijdem Impp. in l. petitionem eod. titu.
Miſsiones Iudicum. tres ſunt Miſſionum * ſpecies (vt in vera) honeſta, cauſaria, & ignominioſa. Miſ-
Ignominioſa. ſio ignominioſa, & quaſi exauctoratio, cũ quis ob delictum capite minuitur, in exilium mittitur, libertatem, vel ciuitatem amittit. Cicero pro domo ſuâ: argumentatur ſe ciuitatem non amiſiſſe ex conſequentibus, quia relictus nõ eſſet in Decurijs Iudicum, qui ciuis non eſt, his verbis: Quis in meum locum Iudicem ſubdidit? Tranquillus in Domitiano: Ob reductam in matrimonium, cui dimiſſæ adulturij

crimen

crimen intenderat, eraſit albo Iudicum. Perindè erat deleri quem ex Decurijs, atque in recẽſione Populi Senatorem probroſum moueri Senatu, aut Equiti equũ publicum adimi, vel Plebeium deleto ex Centuria nomine retrudere ad Ærarios pendendum pro capite tributum: Opere enim cenſorio id fieri debuit ante Cæſares. Poſteà cœpit Cæſarum iudicium nõ minùs ad inurendam infamiæ notam vim habere, quàm ſanctiſſimæ Cenſorum ſubſcriptiones. Honeſta autem miſſio, quæ vacatio vocatur, aut libera quædam legatio, fit ob meritum aliquod. Plinius Traiano lib. 10. Cùm citarem Iudices, Domine, conuentum inchoaturus, Flauius Archippus vacationem petere cœpit, vt Philoſophus. Fuerunt, qui dicerent non modò liberandum eum neceſſitate, ſed omninò tollendum Iudicũ numero, reddendumque pœnæ, quã fractis vinculis euaſiſſet. Ex quo loco ſignificatur, niſi ſentẽtia damnationis in metallum, qua ciuitatem amiſerat, obſtitiſſet, vacationem impetraturum Philoſophiæ nomine: Profeſſores [5] ènim vacationem à muneribus ci-

Honeſta miſſio.

Profeſſores.

uilibus habent, inter quæ, iudicandi neceſſitatem numerari diximus. Sunt de ea re tit.lib. 10. C. Iuſtinian. de ijs qui ætat. vel profeſſi. ſeſe excuſant, & de profeſſorib.& medicis.

Senectus. Senectus etiam excuſationis legitimæ ad impetrandam vacationẽ cauſa eſt, ſi exegerit ſeptuageſimũ, propter ſenectutis honorem, quę Romę ſemper venerabilis fuit [6], vt dicit Calliſtratus ff. de iur. immunitat. exemplo Veteranorum [7] emeritorũ, qui ſatis ſpectati tãdem rude donãtur dimiſſi, aut quia cognitionibus inepti ſunt, delirant, deſipiunt, & repueraſcunt vt plurimùm.

Liberi. Numerus item liberorum [8] affert excuſationem à ciuilibus muneribus. Tranquillus in Claudio: Cùm Decurias Iudicum rerum actu expungeret, eum, qui diſſimulata vacatiõe, quàm beneficio liberorum habebat, reſponderat, vt cupidum iudicandi dimiſit. Excuſatio autem temporaria eſt tamque diuturna, quàm cauſa ipſa: nam imminuto legitimo numero, qui vacationem præſtabat, redeũt patres ad officium. De quo ità Calliſtratus I.C. Demonſtratur variè, nec abſciſe numerum liberorum ad ex-

cuſatio-

cuſationem municipalium munerũ prodeſſe ex reſcriptis Diui Ælij Pertinacis, namque Saluio Candido in hæc verba reſcripſit: Etſi non ab omnibus muneribus dimittit patrem natorum numerus, tamẽ quia ſedecim pueros habere te per libellum ſignificaſti, non eſt irrationabile, vt concedamus filiorum educationi remitti tibi munera. Meretur de Republ. optimè, qui plurimos ex vxore tollit liberos: & olim quidem Cenſores cogebant maritos iurare, vxorẽ habere ſe, liberûm quærendorum gratia, vt eſt apud Gell. [9] Iuuenal. Satyra. 14.

Gratũ eſt, quod Populo ciuẽ, Patriæq́; dediſti,
Si facis vt Patriæ ſit idoneus, vtilis agris,
Vtilis et bellorum, & rebus pacis agendis.

Honeſtam vacationẽ [10] videntur mihi habere etiam in togata militia Senatus, qui impetrarunt ab eodem liberam legationẽ: nã vt qui adepti ſunt, titulo tenus obeunt legationes: ità iudicatum exercẽt titulo tenus, qui honeſtè excuſantur, incolumi nomine adhûc in Decurijs. Cicero 1. de Legibus: Legationẽ aliquam nimirũ hiſtoria poſtulat, aut eiuſmodi quãpiã

Honeſta vacatio.

Libera legatio.

ceſſationem liberam, atque ocioſam. Nihil oneris ſuſtinebat, qui eam obibat, ſed honoratior erat ornamentis legationis: ferè autem quinquennales erant. Idem ad Atticum lib. 15. Habent (vt opinor) definitum tempus lege Iulia legationes liberæ, nec facilè addi poteſt. Bella eſt huius iuris quinquennij licentia. Prætexebant hunc titulum, qui animi, aut negotiorum priuatorum gratia procùl ab vrbe ſecedebant, vt in ſeceſſu omninò honore non carerent. Tranquill. in Tyberio: Tunc honorum ſatietatem, & requiem laborum prætendens commeatum petijt. Deindè pòſt: Remanſit ergò Rhodi contra voluntatem, vix per matrem conſequutus, vt ad velandam ignominiam quaſi Legatus ab Auguſto abeſſet. De legatione libera ſine vllo munere iniuncto, ſine vlla cura, & procuratione loquitur. Cauſaria miſſio eſt, vt ex morbo maximè ſontico [12], qui eius eſt ingenij, vt non ſinat eum quē corripuit rebus ſuis intereſſe: Item Sacerdotio, ſi eſt eiuſmodi, vt deſeri ſine religione non poſſit, & alijs cauſis, quarum excuſationem ſe accepturum Prętor edicto pollicetur

Legationes quinquennales.

Cauſaria miſſio.

Sacerdotium.

licetur ab ijs, quoſcunque intelligit operam dare non poſſe ad iudicandum, vt dicit Vlpian. in l. Prætor. ff. de excuſation. & vacat. mun. Accedunt ad hunc titu. tàm lib. ff. vltimo quàm decimo. C. multi alij, qui ad hoc argumentum vacationum ſpectant: Ea enim cauſa, quę eximit aliquem à ciuilibus muneribus, eadem à iudicandi neceſſitate liberat, & qui non habet excuſationem, inuitus iudicare cogitur, quæ duplex eſt: Aut enim præſcribitur cauſa peremptoria, & perpetua, vt honeſtæ miſſiones aliquæ, quæ ex meritis conceduntur, Philoſophia, Profeſſio artium ingenuarum, Senectus, quę æternum ſecuros faciunt eos, qui allegant: Aut temporalis, & dilatoria, vt ex liberorum numero ius, morbus temporarius, & aliæ, quæ in ijſdem titulis enumerantur fuſiſſimè: non enim eſt inſtituti præſentis conſilium ſingula ad amuſſim ità exigere, vt nihil deſiderari poſſit, & magis ad Ius ciuile annotamus, quàm ex eo commentamur. *Excuſatio duplex.*

Corollarivm
ad caput decimum.

1. Aurelius) *Arcadius l. vltima de muner. & honoribus* ff.

Pignoriſcapio.

2. Eſt autem veriſimile pignoriſcapione) *Adde Plutarchum in Catone minore: denuntiante Catone, vt ſolenne habebant, à non obtemperantibus, pignora ſe ab ipſo capturum. Item Liuium libro 3. V.C. Poſteaquam citati non conueniebant, dimiſſi circa domos Apparitores, ſimul ad pignora capienda ſciſcitandum, nū conſultò detrectarent. Sic Feudorum conſuetudine introductum eſt, vt Dominus injcere manum poſsit prædio cliētelari, quod* ſazire *dicimus, quando munus iudicandi, cui obnoxium eſt Feudum, vel aliud iuſtum obſequium, aut officium præſtare detrectat indeuotus Cliens, aut Vaſſallus contumax & inofficioſus.*

Sazire Feudū inofficioſi Vaſſali.

Duplex militia.

3. In Foro togata quædam militia) *Sic Valer. lib. 7. ca. 7. de quodam milite: depoſitis armis coactus eſt in foro togatā ingredi militiam. idem lib. 8. cap. 5. Quid M. Cicero forenſi militia ſummos honores, ampliſsimumq́ dignitatis locum adeptus. Facit ad rem l. fori. & l. Aduocati. ff. de aduocat. diuerſ. iudic. l. vnica de caſtren. omnium Palatinor. peculio lib. 12. C. Et quod ait Cicero pro Murena: Seruius hic nobiſcum hanc vrbanam militiam reſpondendi, ſcribendi, cauendi plenam, plenam ſolicitudinis, & ſtomachi ſequutus eſt, ius ciuile didicit, multùm laborauit, præſto multis fuit. Atque vt hæc vrbana, aut togata, ſic altera ſagata, aut armata vocatur in l. 6. & 18. de re iudic.*

4. Tres ſunt miſsionum ſpecies) *Tres hæ ſpecies*

miſſionum

miſsionum à Macro I.C. explicantur libro ſecundo de re militari, quæ habentur in l. 13. eodem tit. ff. & ab Vlpian. in l. 2. de his qui notantur infamia, quibus quartam addit. De vacationibus militum vide Sigo. lib. 1. de antiquo iure ciuium Rom. cap. 15. Ignominioſæ exempla ſunt egregia apud A. Hirtium de bello Africo. Plures miſsionum ſpecies.

5. Profeſſores enim vacationem habent) *Enumerat Modeſtinus quot quæque ciuitas habere poſſit Grammaticos, Sophiſtas, Rhetores, Medicos, qui vacationem munerum habeant in l. 6. de excuſat. tut. l. autem ſeq. Vlpianus ait conſtitutione Diui Pij non eſſe conſtitutum numerum Philoſophorum, quia rari ſunt, qui philoſophantur: exiſtimo (inquit) qui diuitijs ſuperabundant, libẽter præſtaturos auxilium patriæ, quod ſi ſtudioſè contendant de re familiari, iàm indè oſtendent facilè ſe non eſſe Philoſophos. Et Papinian. l. 8. de vacat. et excuſ. munerum· Munera quidem corporalia Philoſophis remittũtur ſordida, non ea quæ ſumptibus expediuntur: etenim verè philoſophantes pecuniã contemnunt, cuius retinendæ cupidine fictam aſſeuerationẽ detegũt. Egregiũ exemplum extat l. 6. de muner. patrimon. lib. 10. C. vbi Impp. Diocletian. & Maxim. AA. in hæc verba ad quendã Hypocritã, qui pallio & barba tenus Philoſophiã profitebatur: Profeſsio, & deſideriũ tuũ inter ſe diſcrepant: nã cũ Philoſophũ te eſſe proponas, vinceris auaritia, & rapacitate: et onera, quæ patrimonio tuo iniunguntur, ſolus recuſare conaris, quod fruſtrà te facere cæterorum exemplo poteris edoceri. Quibus adde l. 8. de Profeſſ. & Med.* Rari Philoſophi. Philoſophi barba et pallio tenus.

 6. Romæ

6. Romæ ſemper venerabilis) *L. 6. de Iur. immunit. cui ſubſcribit A. Gellius lib. 2. cap. 15. Noct. Att. Item Ouidius Faſtorum lib. 5.*

Magna fuit capitis quondam reuerentia cani,
Inq́ ſuo precio ruga ſenilis erat.

Emerita ætas in vtraque militia.

7. Exemplo veteranorum) *In armata militia ſufficiunt quinquaginta anni, vt ex Liuij lib. 4. apparet, vbi Spurius Liguſtinus veteranus, & emeritus miles ità loquitur: viginti duo ſtipendia annua in exercitu emerita habeo, & maior annis ſum quinquaginta. Quod ſi mihi nec ſtipendia omnia emerita eſſent, necdū ætas vacationem daret, tamē cùm quatuor milites pro me vno dare poſſem, æquū erat me dimitti. In togata autem grauior ætas requiritur, nempè ſeptuaginta anni, vt ex l. vnic. qui ætat. ſe excuſ. C. l. 3. de iur. immunit. l. 2. de vacat. mun. & honor. ff. videre eſt, ex quibus euincitur perperàm legi quinquaginta quinque in l. manifeſti. qui ætat. vel profeſſ. ſe excuſ. lib. 10. C. Suetonius in Tyberio ait, quod miſsiones Veteranorum rariſsimas fecit, ex ſenio mortem, ex morte compendium captans. Vt autem Veterani poſt viginti ſtipendia honeſtam, vel cauſariam miſsionem conſequuntur, de quibus fit mentio in l. penult. C. quando prouoc. non eſt neceſſe, ſic Profeſſores, qui per viginti annos continuos docuerunt, gaudent iiſdem priuilegiis, quibus ij, qui vicaria dignitate conſtituuntur l. vnic. de Profeſſ. qui in vrb. Conſtan. l. 3. de prox. ſacr. ſcrini. lib. 12. de qua quidem dignitate meritò gloriatur Accurſius.*

Stipendia emerita.

Vtilis numerus liberorū.

8. Numerus quidem liberorum) *Vtilis numerus erat quinq́, vt notatur in tit. de his qui mun. liber.*

vel pau-

vel paupert. ſe excuſant. l. 3. de muner. & honor. Nepotes autem loco parentum ſuccedētes, & in acie defuncti liberi proſunt, quia, vt ait Iuſtinianus in §. filij autem. Inſt. de excuſ. tut. hi, qui pro Repub. ceciderunt in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur.

9. Calliſtratus I.C.) *L. 5. ff. de iur. immunit.*

10. Apud Gellium) *Lib. 4. cap. 3. Noct. Att.*

11. Honeſtam vacationem videtur mihi habere) *Quæ ſit libera legatio declarat Cic. lib. 3. de Legib. huiuſq; mentio fit in l. 4. de legation. ff. Atque idem Cicero in 1. Antoniana refert ſe habuiſſe ius liberæ legationis. Plutarchus in Gracchis refert Senatum Scipioni Naſicæ liberam legationē in Aſia decreuiſſe, quia inuiſus Plebi erat, ob mortem Tyberij Gracchi, cuius auctor fuerat. Hæc voti interdum, & nominum exigendorum ergò concedebatur, vt ſcribit Cic. in Oratione pro Flacco, quemadmodum Commeatus ab Imperatoribus. Legatorū autem viaticum, & honorarium appellatur Legatiuum l. vlt. §. legati de mun. & honor. l. 2. de legat. Lautia etiam dicuntur, quæ veteres teſte Feſto dautia dicebant.*

Libera legatio. *Commeatus.* *Legatiuum.* *Lautia.*

12. Morbo maximè ſontico) *Quis morbus ſonticus dicatur vide in l. quæſitum de re iud. l. 113. de verb. ſignifi. l. vlt. de Ædilit. edict. Differit etiam Cæcilius I.C. apud Gell. lib. 20. cap. 1. Noct. Att.*

Morbus ſonticus.

ARGVMENTVM.

¶ A quibus Decuriæ Iudicum deſcribebantur, & vbi aſſeruabantur, deque varijs Cognitionibus, quæ fiebant à Populo, Senatu, & Principe.

Caput II.

Cenſores. DECVRIÆ Iudicum publicorũ deſcribebantur à Cēſoribus, qui capite minutos eradebant ex albo, aut demortuos, & in eorum locum alios ſubſtituebant, infames mouebant, & notabant. Cic. in Diuinatione: Iudicũ culpa, atque dedecore etiam Cēſorum nomen, quod aſperius anteà videri ſolebat, id nũc poſcitur, idque populare, & plauſibile factum eſt, nimirũ ad diluendas ſordes, quæ in ordinem Decuriatorum erepſerãt. Aſ- Decuriarũ album vbi erat. ſeruabatur autem Decuriarum album in Ærario, quod erat in æde Saturni, vt leges, ſenatuſconſulta, acta, & reliqua memoriæ publicæ inſtrumenta. Cic. 5. Philip. Hos ille demens Iudices legiſſet? Ho- Cognitio Populi. rum nomina ad Ærariũ detuliſſet? Populus autem extra ordinē cognoſcebat, non quouis accuſante, ſed Tribuno deferēte, vt Cicero delatus per Clodium Pulchrũ, quòd commiſiſſet in legē Valeriam ſumpto ſupplicio de cõiuratis, relato falſo ſenatuſconſulto, vbi Populus cognouit, latiſque ſuffragijs Ciceronem damnauit. Iu

dicium

dicium tamen Populi iuris ordinarij ſolē-
nia deſiderabat, vt crimen eſſet, Accuſa-
tor, Teſtis, citatio poſt trinundinum, quę
paſſim vociferatur Cicero non eſſe in ſua
cauſa obſeruata, vt priuilegio nefario, non
iudicio ſolēni, videatur in exilium actus.
Delatio tamen extraordinaria erat, cū cri- Delatio.
men ordinariè ad Triumuiros, deindè ad
Prætorem, tandem ad Iudices deferendū
ſit. Cic. vltima Actione Verrina: Ad Po-
pulum Rom. confugient? Facilis eſt cauſa
Populi: legem enim Sociorum cauſa iuſ-
ſiſſe, & eius legis cuſtodes, & vindices,
præpoſuiſſe ſe dicet. Idem pro domo ſua:
Extra ordinem ferri nil placet Clodio.
Quid de me quod tuliſſe te dicis parrici-
da, fratricida, ſororicida, nónne extra or-
dinem tuliſti? Maximè verò tùm cogno-
ſcebat Populus, cùm cauſa iure atque de-
fenſione legitima deſtituta, cōferēda erat
in ſolam deprecationē. Idē pro domo ſua, Deprecatio.
vbi ſi ſolēniter accuſatus fuiſſet, dicit ſe ve
niā fuiſſe ſperaturum: Multa (ait) ad placā-
dum, atq; ad miſericordiam Reis cōceſſa
ſunt. Deindè: exorabilis Populus, facilis
ſuffragatio ꝓ ſalute. Habuit nāque Popul⁹
liberam

Libera cognitio. liberam cognitionem, & ſummam in leges, & iura, poteſtatem. Fabius lib. 7. cap. de qualitate: In Senatu verò, & apud Populum, & apud Principem, & vbicunque iuris clementia eſt, habet locum deprecatio. *Iudices.* Quod idem Iudicibus non licebat, vt qui in legum formulam iurati erant, à qua recedere vel latum vnguem religioſum fuit. Cicero pro Ligario: Cauſas egi multas, Cæſar, & quidem tecum, dùm te in Foro tenuit ratio honorum tuorũ, certè nũquam hoc modo, Ignoſcite Iudices, errauit, lapſus eſt, non putauit, ſi vnquam poſthâc. Fabius li. 3. de cõtrouerſijs, quę, ſi coniunctę ſunt, ſortitu cognoſcẽdę ſunt à Prætore, quod tamen (ait) ſine ſorte in Principum, & Senatus cognitionibus frequens eſt, & Populi fuit. Horum enim trium libera fuit cognitio, maximè tamẽ Populi, & demùm Principis. Eſt autẽ libera cognitio, nullis legibus obnoxia, & ſumma ſine appellatione. *Legitima cognitio.* Libera cognitio & legitima velut ex aduerſo pugnant. Auſonius: Hi verſiculi monoſyllabis terminãtur, exordio tamen libero, quãquam ſine legitimo. Tranquill. in Caligula: Magiſtra-

giſtratibus liberam iuriſdictiõem ſine ſui appellatione cõceſſit. A Iudicibus ad Populum prouocatio erat legibus Valerijs, aliquandò ad Senatum, ſed ſub Nerone. Tranquillus in eius vita: Cautum eſt vt omnes appellationes à Iudicibus ad Senatum fierent. Antè occupatam à Cæſarib. Remp. Senatus cauſas non cognouit, neque de capite cuiuſquam ciuis iniuſſu Populi cẽſuit. Liuius lib. 6. ſecundi belli Punici, vbi ità Regulus: Per Senatum agi de Campanis, qui ciues Romani ſunt, iniuſſu Populi nõ video poſſe, idque & apud maiores noſtros in Sutrianis factũ eſt, cũ defeciſſent, vt M. Antiſtius Trib. Pleb. priùs rogatiõem ferret, ſciretque Plebs, vti Senatui de Sutrianis ſententiæ dicendæ ius eſſet: Itaque cenſeo cum Tribunis Plebis agẽdum eſſe, vt eorum vnus, pluréſue rogationem ferãt ad Plebem, quò nobis ſtatuendi de Campanis ius fiat. Hæc ille: Itaque Catilinariorum cõiuratio per M. Tullium in Senatum delata, ibidemque diligenter & fœliciter acta, & perorata, cùm decretum eſſet Senatuſconſultũ capitale, ex quo cũ egiſſet Cõſul, & quinq; in carce-

Prouocatio ad Senatum.

in carcere ſtrangulaſſet, dici non poteſt, quantam inuidiæ molem ſibi conflauerit, quòd contra leges Valerias ciues necati, & reliqui cũ Catilina iniuſſu Populi hoſtes patriæ iudicati, coacti ſint in exilio collatis cum C. Antonio altero Conſule ſignis occũbere: Ex illo enim nimbo orta tempeſtas Clodiana, quæ Conſuli naufragium miſerabile attulit: debuit enim coniuratorum cauſa more Rom. antequã in Senatu ageretur ad Populum referri, vt in cauſa Sutrianorum, & Cãpanorum olim factum eſt: Nam Senatus cauſas nõ diſceptauit ex officio. Cic. 7. Act. Quo confugient Socij? quẽ implorabunt? Qua ſpe denique, vt viuere velint, tenebuntur, ſi vos eos deſeritis? Ad Senatũ deueniẽt, qui de Verre ſupplicium ſumat? non eſt vſitatum, non eſt ſenatorium. Adnotauimus tamen apud Plutarchum in Marcello, Senatũ cauſam cognouiſſe, ſentẽtiamque pronũtiaſſe cõtra Capitolinum Collegam Marcelli, qui eius filium turpiter affectatus, de ſtupro appellauerat. Officiũ & cura priſci Senatus ſic deſcribitur à M. Cic. 3. de Legibus: Quod lex addit: *Cauſas*

Valeria ll.

Exilium Ciceronis.

Senatus officium.

Populi teneto. Senatori neceſſarium noſſe Rē-publicam. Idq́; latè patet, quid habeat militũ, quid valeat ærario, quos ſocios Reſpublica habeat, quos amicos, quos ſtipẽdiarios, qua quiſq; ſit lege, cõditione, fœdere, tenere cõſuetudinem decernendi, noſſe exempla maiorum. Sed Populi ius extinctum, Senatus mutatũ, & imminutum Cæſarum tyrãnide: Lex enim Regia in Principem & Dictatorem Populi poteſtatem vniuerſam contulit, quæ quandò fuerit [2] lata, & à quo, & in cuius gratiam nondum mihi conſtat, neque etiam paradoxi nominis ratio, quod illi impoſitũ eſt, vt Regia diceretur, cùm à Tarquinijs Regibus expulſis, neque agnouerit, neq; receperit Regis nomẽ Populus, ſed religioſiùs quã à ſacro abhorruerit: Dulcior namque, neq; adeò detrectãda fuit ſeruitus ſub Dictatorib⁹, Cæſaribus, Auguſtis, Imperatoribus, quã ſub Regibus & Dominis, vſq; adeò ſtolido Populo dulcedo nominis ſeruitutis miſeræ, quã ſeruiebat, aſperitatem lenibat. Tãtùm ſemel me legiſſe memini libro primo [3]. ff. in Vlpiani reſponſo in hæc verba: Quod Principi *Lex Regia.*

placuit

placuit, legis vigorem habet, vtpote cùm lege Regia, quæ de eius imperio lata eſt, Populus ei, & in eum omne ſuum ius & poteſtatem conceſſit, quæ repetuntur 1. Inſtitut. per Iuſtinian. [4]Imperator Alexander Syrus melius & cõmodius legem imperij vocat in l. ex imperfecto. C. de teſtamentis: Licet (inquit) lex imperij ſolẽnibus iuris Imperatorem ſoluerit, nihil tamẽ tam proprium imperij eſt, quam legibus viuere. Vtcũque res habeat, C. Iulius primus dictatura perpetua confecto ciuili bello, nullo iure, nullo ſenatuſconſulto, nulla lege, oppreſſa ciuium, & patrię libertate, ius Populi ſibi vẽdicauit, vt ſatis oſtẽdit nimis impiè, & frequẽter aduerſus Rempub. vſurpatum Euripidis diſtichon Iambicum in Phœniſſis:

Lex imperij.

C. Iulij Tyrannis.

Nam ſi violandum eſt ius, imperij gratia
Violandum eſt, alijs rebus pietatem colas.

Hocque ius trãſmiſit ad poſteros, vt æternùm ſpoliatus libertate victor gẽtium Populus, in ciuitate capta, tanquam in ergaſtulo, vt mancipium ſeruitutem ſeruiret Principibus, & ijs aliquandò ne hominibus quidem, ſed monſtris & belluis oris huma-

humani ſpeciem præ ſe ferentibus: Senatus autem, detractis veteris maieſtatis ornamentis, nihil aliud videretur, quàm Togatorum mancipiorum grex, vt tantum auctoritatis haberet, quantum relinqueretur ab impotente Tyranno. Itaque primùm, vt dominis adularetur, criminũ maieſtatis imminutę cognitionem ſuſcepit. Tranquillus in Tyberio, de cõuitijs iactis in Tyberium: Quondam Senatu de eiuſmodi criminibus & Reis cognitionem flagitante, nõ tantùm (inquit) otij habemus, vt implicare nos pluribus negotijs debeamus. Si hanc feneſtram aperueritis, nihil aliud agi ſinetis, omnium inimicitię hoc prætextu ad vos deferẽtur. Ibidem: Conſulente Prætore an iudicia maieſtatis agi iuberet, exercendas eſſe leges reſpondit, & atrociſſimè exercuit. Statuę quidã Augusti caput dẽſerat, vt alteri⁹ imponeret, acta res in Senatu, & quia ambigebatur per tormenta quæſitum eſt. Idem in Domitiano: Quoſdã maieſtatis reos in Curiam induxerat, & cùm prędixiſſet experturum ſe illa die, quàm charus Senatui eſſet, facilè perfecerat, vt etiam more ma- *Senatus cognitio.*

iorum puniendi condemnarentur. Tacitus lib.3. vbi Tyberius de cauſa Piſonis: Id ſolũ Germanico ſuper leges prḝſtiterim⁹, quod in Curia potiùs, quã in Foro, apud Senatum, quam ad Iudices de morte eius anquiritur: quod ſignificatur extra ordinem. Capitolinus in M. Philoſopho: Senatum multis cognitionibus, & maximè ad ſe pḝrtinentibus Iudicem dedit. Quoniam autem Decuriæ adhûc in vſu erant, ordinaria Iudicibus, extraordinaria Senatui ſeruata ſunt. Plin. lib. 2. de cauſa Priſci: Marius Priſcus accuſantibus Afris, quibus Proconſul præfuit, omiſſa defenſſione Iudices petijt. Ego & Corn. Tacitus adeſſe Prouincialibus iuſſi, exiſtimauimus fidei noſtræ conuenire, notũm facere Senatui, exceſſiſſe Priſcum immanitate & ſæuitia crimina, quibus dari Iudices poſſent, cùm ob innocentes condemnandos etiam pecunias accepiſſet. Reſpondit Fronto Catius, deprecatuſq; eſt ne quid vltra Repetundarum legem quæreretur. Sunt & alia apud eundem cauſarum exempla in Senatu peroratarum. Legitimis ergò quæſtionibus tantûm Iudices dabantur.

Senatus extraordinaria cognouit.

Legitimis quæſtionibus Iudices dabantur.

dabantur. Paulò pòſt idem: Magna cōtentio, magni vtrinq; clamores, alijs cognitionem Senatus lege concluſam, alijs liberam ſolutamque dicentibus, quantùm admiſiſſet Reus, tantùm vindicandum. Nouiſſimè Conſul deſignatus Iulius Ferox vir rectus, & ſanctus Mario Iudices dandos cenſuit. Tranquillus in Domitiano: Auctor fuit Tribunis Plebis Ædilem ſordidum Repetundarum accuſandi, Iudiceſque in eum à Senatu petendi. Cognouit & appellationum cauſas, maximè ſub Cæſaribus, vt antè dictum eſt. Huiuſmodi autem coactis in Senatu iudicijs Conſul præerat, vt in Foro Prætor. Plinius epiſtola allegata proximè: Princeps præſidebat, erat enim Conſul. Impetrabantur aliâs & à Principe Iudices delegati, vt à Prætore Recuperatores. Plinius libro ſeptimo ad Macrinum: Mater amiſſo filio libertos eius, eoſdem cohæredes ſuos, falſi, vtveneficij reos detulerat ad Principem, Iudicemque impetrauerat Iulium Seruianum.

Senatus appellationum cauſas cognouit.

Iudices à Prīcipe dati.

Corollarium
ad caput vndecimum.

ll. Valeria et Portia.

1. LL. Valeriæ) *De ll. Valerÿs, & Porcia dicemus in Paralipomenis noſtris.*

l. Regia.

2. Quæ quandò fuerit lata) *Arbitror l. illam Regiam ex ll. Curiatis fuiſſe à Romulo & alÿs Regibus latis, quas Sextus Papyrius in vnum contulit teſte Pomponio in l. 2. de origine iuris.*
3. Lib. 1. ff.) *L. 1. de conſtit. Princip.*
4. Per Iuſtinianum) *§. ſed quod Principi. de iur. nat. gent. et ciuil. Quibus addatur §. cùm enim antiqua lege. l. 1. C. de vet. iur. enucleando.*

Argumentum.

¶ De Diſceptatoribus, & Arbitris, Arbitrio, & Iudicio.

Caput. 12.

Diſceptatores.

PVBLICIS expeditis, proximè conſequuntur priuatarum litium Cognitores, qui propriè etiã Diſceptatores dicuntur, ſola cognitione, ſententiaq; contenti, ab imperio omni alieni. Fabius cap. 1. lib. 11. Nec eodem modo publica iudicia, & Arbitrorum diſceptationes aguntur: nam vt Orantem pro capite ſollicitudo deceat, & cura, & omnes ad amplificãdam orationem quaſi machinæ: Ità in

paruis

paruis rebus iudicijſque vana ſunt eadem: Rideaturque meritò, qui apud Diſceptatorem de re leuiſſima ſedẽs dicturus, vtatur illa Ciceronis confeſſione, non modò ſe animo commoueri, ſed etiam corpore ipſo perhorreſcere. Liuius lib. 1. Tarquinius monitus à proximis vt purgaret ſe, quòd id temporis veniſſet, Diſceptatorẽ ait ſe ſumtum inter patrem & filium, cura tecõciliandi eos in gratiam moratũ eſſe: id eſt, arbitrum diſſidij, & domeſticum compoſitorem. Quãquam Diſceptare etiam in publicis vſurpetur. Hinc Diſceptatio pro ſumma quęſtiõe nata ex Ratiõe & Frmamento, quam Iudicationẽ vocãt, dicta in Partitionibus. Cice. pro Cęcinna: Quærendum magis etiam videtur, ideò quod omnia iudicia, aut diſtrahendarum cõtrouerſiarũ, aut puniẽdorũ maleficiorum cauſa reperta ſunt, quorum alterum leuius eſt, propterea quod Diſceptatore perſæpè domeſtico dijudicetur. Solẽt hîc boni viri, & à forẽſibus moleſtijs alieni factitare, vt ſi quid cum alio cõtrouertunt, id primùm aduocato Arbitrorum concilio componatur domi, antequam in iudicium

Diſceptatio Rhetorum in Publicis.

Arbitri.

 cium

cium eatur, quod etiam à Platone impe-
rabatur in Dialogis lib. 12. de legib.mul-
tamque infligit ijs, qui arbitrio domeſti-
co morem gerere cunctantur, quã mul-
tam etſi mores imperij nõ admittant niſi
compromiſſam, inciuile tamen eſt homi-
nem ſtatim in ius rapere, & ſummo iure
experiri, cùm res obtineri fortaſſis poſſit
amica compoſitione. Cic. pro Quintio:
Tũc appellat vltrò Nęuiũ, vt quoniã ſuſpi
caretur aliqua de re fore cõtrouerſiã vide-
ret quãprimũ, & quã minima cũ moleſtia
tota res trãſigeretur. Dat iſte amicũ M.
Trebelliũ, nos cõmunem neceſſariũ, qui i-
ſtius domi educatus erat, & quo vtebatur
iſte plurimũ propinquũ noſtrũ Sext. Al-
phenũ. Res conueuire nullo modo pote-
rat, propterea quòd hic mediocrẽ iacturã
facere cupiebat, iſte mediocri præda con-
tentus non erat. Itaque ex eo tempore
res eſſe in vadimonium cœpit. Idem pro
Cecinna: Placuit Cecinnę de amicorum
ſententia conſtituere, quo die in rem prę-
ſentem veniretur, & de fundo Cecinnæ
moribus deductio fieret. Paulò pòſt: In-
ſtruxit homines inermes, qui ad conſti-
tutum

tutum experiundi iuris gratia veniſſent. Trãquillus in Othone: Cuidam etiam de parte finium cum vicino litiganti adhibitus Arbiter totum agrum redemit, emancipauitque, vt iam vix vllus eſſet, qui non & ſentiret, & prædicaret ſolũ ſucceſſiõis imperij dignum. Cice. I. de Officijs: Ne noſter quidem probãdus, ſi verum eſt Q. Fabium, Labeonem, ſiue quem alium (nihil enĩ pręter auditũ habeo) Arbitrũ Nolanis & Neapolitanis de finibus à Senatu datũ, cũ ad locũ veniſſet &c. Quã aũt humanius ſit intra priuatos parietes decidere, de quo lis futura timetur, quã ſummo iure ſtatim experiri, & quàm tutius pro vtraque parte, ſatis intelligetur ex comparatione iudicij & arbitrij. Cic. pro Roſcio Comœdo: Aliud eſt iudiciũ, aliud arbitriũ: Iudiciũ eſt pecuniæ certę: Arbitriũ incertę. Ad iudiciũ venitur hoc modo, vt totam litẽ, aut obtineamꝰ, aut amittamus: Ad arbitriũ hoc animo adimus, vt neque nihil, neq; tantũ quantũ poſtulauimus cõſequamur. Eiꝰ rei ipſa verba formulę teſtimonio ſũt. Quid eſt in iudicio? directũ, aſperũ, ſimplex. Si peteret H-S. LIII.

Iudicium & Arbitrium.

 dari,

dari,hic niſi planum facit H—S. L I I I.ad libellam ſibi deberi,cauſam perdit. Quid eſt in arbitrio?mite,moderatum,quãto ęquiùs & meliùs,id clarius. Ille tamẽ confitetur plus ſe petere quàm debeatur, ſed ſatis ſuperque habere dicit, quod ab Arbitro tribuatur. Itaque alter cauſæ cõfidit, alter diffidit. Vbi aſyntheta ſunt æquiùs meliùs, & nulla media cõiunctione legẽda ſunt.Cic.3.Offic.Reliquorum iudiciorum hæc verba maximè excellũt: In arbitrio rei vxoriæ,*meliùs*, *æquiùs*, in fiducia, *inter bonos bene agier*.Sunt enim hę formulæ in iure diſſolutæ, vt *æquum, bonum*. In actione furti, *Ope, conſilio tuo furtum aio eſſe factum*. In fideicommiſſis, *reddas, reſtituas*.In Legatis,*do lego*.In interdicto,*nauem,ratem*.In Rogatione ad Populum,*velitis, iubeatis*. Nihil eſt periculi in arbitrio ſi quis malè petat,ne cauſa cadat,ne litem amittat.In iudicio verò ibi quamplurimũ eſt aleæ, vt vnum ex ſolemnibus contẽſiſſe penè capitale ſit.Item in arbitrio nulla infamiæ nota ſubitur,ſed pœna,in quã, dùm adiretur Arbiter,cõpromiſſum eſt, ſoluitur.Hînc facere compromiſſum, eſt adire

Ciceronis locus.

Formula Iudicij.

Facere com-

adire Arbitrũ depacta certa pœna quam *promiſſum.*
cõtumax ſubiturus eſt. Cic. ibidem: Quæ
cùm ità ſint quæro abs te, quid ità de hac
pecunia de his ipſis H—S. L I I I. de tuarum
tabularum fide compromiſſum feceris,
arbitrũ ſumſeris, quantò æquiùs, meliùs
ſit dari, repromittique ſi peteres. Vlpian.
l. 3. tit. de recept. arbitr. Ait Prætor,
qui arbitrium pecunia compromiſſa recepit.
Ex quo loco, & infinitis alijs eodẽ titulo,
quis dubitat malè vulgò legi, & intelligi
Rubricam de receptis Arbitris, quaſi
priuatis Diſceptatoribus receptis, & electis
à Litigatoribus, cùm legendum ſit de *Rubrica de recep. arbit. ff. correcta.*
receptis arbitrijs, quia voluntariæ ſint iuriſdictionis.
Vlpian. in ead. l. Neminẽ Prętor
cogit arbitriũ recipere, quoniam hęc
res libera, & abſoluta eſt, & extra neceſſitatem
iuriſdictionis poſita: attamen vbi
quis ſemel in ſe receperit arbitriũ, ad curã
& ſollicitudinem ſuam hanc rem Prætor
pertinere putat. Adde quod de perſonis,
quæ recipiuntur à Partibus, nõ tractari
argumento ſit titulus ſequens, Nautæ,
Caupones, Stabularij, qui proximè ſubiũctus
eſt, quia ad res receptas pertineret:

Itaque ſic Haloander ex veteri archetypo repoſuit, de receptis, qui arbitrium receperunt, vt ſententiam dicant, quaſi poſito generi de receptis, ſubiungatur ſpecies de receptis arbitrijs, deindè altera de receptis à Cauponibus, & Stabularijs. Et quia libera voluntariaque primũ eſt cognitio Arbitrorum, ideò arbitria honoraria dicta ſunt. Cic. pro Comœdo: Perindè ac ſi in hanc formulam omnia legitima iudicia, omnia arbitria honoraria, omnia officia domeſtica concluſa, & comprehenſa ſint. Idem pro Cecinna de generibus iudiciorum. Alterum eſt vehementius, & quod ad grauiores res pertinet, & nõ honorariam operam amici, ſed ſeueritatem Iudicis, ac vim requirit. Et fortaſſis quod officiũ Iudicis modò nobile, modò mercenarium dicimus, Latinius eſſet honorarium ex Cicerone, liberum & abſolutum ex Vlpiano, hoc neceſſarium. Hæc pauca de Arbitris pręmiſimus, quòd ferè ab Arbitris ad Iudices res deferatur, aut directò, aut per appellationẽ, quæ ratio præpoſuit arbitria iudicijs in Digeſtis, quanquam Cicero admiretur vt nouũ, ab Arbitro

Honoraria arbitria.

Honorariũ Iudicis officium.

Neceſſarium officium Iudicis.

bitro ad Iudicem rem tranſlatam pro Roſcio Comœdo: De quo nomine ad Arbitrum adiſti, de eo ad Iudicem veniſti. Cęteri cùm ad Iudicem cauſam labefactari animaduertunt, ad Arbitrum confugiũt, hic ab Arbitro ad Iudicem venire auſus eſt. Sed Orator cauſæ ſuę ſeruit: tàm enim ex Platone, quàm ex exemplis ſuprà adductis ſi res arbitrio definiri non poterat ad iudiciũ veniebatur, vt in Cauſa Quintiana.

Corollarivm
ad caput duodecimum.

1. Propriè Diſceptatores) *Sic propriè Impp. Diocle. et Max. in l. 5. de calũniat. C. opponunt priuatas diſceptationes iudiciorum quæſtionibus: hactenus autem de his ferè, nunc de illis agit.* Diſceptationes.

Argvmentvm.

¶ De Centumuiris, & cauſis, quę apud eos diſceptabantur, de conſilio, iudicio, & concilio.

Caput. 13.

SI res conuenire nõ poterat Arbitrorũ diſceptatione intra priuatos parietes, ſummo iure experiẽdũ fuit, & foras ad Prętorẽ deportanda. Hic tũ Prætor ità ſe gerebat, vt aut ipſe cũ Cẽtũuiris ordinariè

coguo-

cognoſceret, aut in factam à partibus ſpõſionem Recuperatores daret, id eſt, lis de-
Ordinarij. ferebatur aut ad Ordinarios, aut ad Delegatos: Cẽtumuiri Ordinarij erant in cognitionibus Prætorijs, id eſt, priuatis Aſſeſſores, & Conſeſſores, vt quibus ius di-
Cauſæ Centũuirales. cendi eſſet: Itaque priuatæ lites, & cauſulę Centumuirales dictę. Plinius lib. 2. Diſtringor Centumuiralibus cauſis, quę me exercent veriùs, quàm delectant: Sunt enim pleræque paruæ, & exiles. rarò incidit, vel perſonarum claritate, vel negotij magnitudine inſignis. Ad hoc pauci quibuſcum iuuat dicere, cæteri audaces, atq; etiam magna ex parte adoleſcentuli, obſcuri ad declamandum hũc tranſeunt, tàm irreuerenter, & temerè, vt mihi Attilius noſter expreſsè dixiſſe videatur, ſic in foro pueros à Cẽtumuiralibus cauſis auſpicari, vt ab Homero in ſcholis. Nimirũ vt
Dupõdij Cauſidici. ſimiles haberẽt labra lactucas, tractarẽtq; cauſas diobolares Cauſidici Dupondij. Cur enĩ nõ ſic appellemus Tyrones fori,
Iuſtinianei. cũ olĩ in iure Nouitios primi anni Dupõdios vocarẽt? quos poſteà Iuſtinian, mutato nomine ludicro in ſplẽdorẽ nomẽclationis

tionſi à ſe Iuſtinianeos [1] dixit. Huiuſmodi *Cauſa minuta.* verò cauſulas minutas Cic. pro Quintio etiã dupõdij vocat. Quãquã magni quõdã Oratores in ijs aliquandò ſudarint, vt L. Craſſ° Orator, & Q. Scæuola, in cauſa Curiana, Cicero, & Plin. ſępiſſimè, vt antè annotauimus [2]. Cic. 1. de Orat. Nã volitare in Foro, hęrere in iure ac Prętorũ tribunalibus iudicia priuata magnarũ rerũ obire, in quibus ſępè nõ de facto, ſed de iure, & æquitate certetur, iactare ſe in cauſis *Centumniralium cognitio.* Cẽtũuiralibus, in quib. vſucapionũ, tutelarum, gẽtilitatum, agnitionum, alluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum, fluminum, ſtillicidiorum, teſtamentorum ruptorũ, aut ratorum cæterarumq́ue rerũ innumerabilium iura verſentur, cũ omninò quid ſuum, qnid alienum, quare deniq; ciuis, aut peregrinus, ſeruus, aut liber quiſpiam ſit, ignoret, inſignis eſt impudẽtiæ. Ex quo loco, iuris priuati vniuerſam cognitionem penes Centumuiros fuiſſe conſtat, quibus tamen Prætor præſidebat cum mixti imperij auctoritate. Plinius libro 5. ad finem: Hoc facto Nepotis commotus Prætor, qui Centumuiralibus prę-

ſidet,

ſidet, deliberaturus an ſequeretur exemplum, inopinatũ nobis otium dedit. Qui
Conſiliarius. Conſiliarij Prætoris. Eſt enim hoc vocabulum [3] Latiniſſimum, pro eo, qui in conſilium adhibetur. Tranquillus in Claudio: Cognitionibus Magiſtratuum, vt vnus è Conſiliarijs, frequenter interfuit. Quem locum de Centumuiris capio. Cicero 2. de Natura Deor. Augures vocat Deorũ Conſiliarios. Idem pro domo ſua de Sexto Clodio: Hoc tu Scriptore, hoc Conſiliario, hoc Miniſtro omnium non bipedum ſolùm, ſed etiam quadrupedum impuriſſimo Rempub. perdidiſti. Vſurpauit
Conſiliator. & Plinius lib. 4. ad Gallum Conſiliatorẽ pro Cõſiliario nouo more: Ille meus (inquit) in petẽdis honoribus ſuffragator, & teſtis, ille in inchoandis deductor, & comes, ille in gerẽdis conſiliator, & rector. Auſonius ad Gratianũ Cæſarem: O profundi altitudo ſecreti, habes ergò conſiliator, & non metuis conſilium proditorũ. Ideoque Centũuiralis Conſeſſus propriè
Conſilium. conſilium vocatur. Plinius libro 6. Sedebant Iudices centum & octoginta, tot enim quatuor conſilijs conſcribuntur.

Vlpianus

Vlpianus in l.2.ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. Mandata iuriſdictione à Præſide, conſilium non poteſt exercere is cui mandatur. Hînc manumittere apud conſilium, nam iudicium frequẽtius eſt apud auctores pro publico. Valerius de Licinio Repetundarum reo: Cùm M. Ciceronem qui id iudicium cogebat prætextam ponentem vidiſſet. Sed ſcio cõfundi ſæpiſſimè. Porrò vt Decuriæ ſunt honeſtiorum, Centuriæ inferiorum, ità conſiliũ magnificum nomẽ eſt, concilium ſordidum & abiectum: Illud enim ad Iudices, Senatũ, & Magiſtratus pertinet, vt cogere conſilium, mittere in cõſilium, ire in conſiliũ: Hoc ad Plebeculæ temerè coactæ turbã ferè refertur. Lęlius fœlix ad Q. Mutium apud A. 4 Gelliũ: Is qui nõ vniuerſum populũ, ſed partẽ aliquam adeſſe iubet, non Comitium ſed concilium edicere debet: Sic enim legendũ per c cõtra fidẽ multorũ exemplariũ. Eſt cõcilium cõcio Plebis coactæ Comitiis Curiatis per Tribunos & minores Magiſtratus, quibus ius nõ eſt aduocare Patritios, ſed Tributa Comitia edicere ſolũ. Liuius lib.2. ab vrbe cõdita: *Iudicium.* *Concilium.* *Gellij locus.*

Dimiſſo

Dimiſſo concilio Plebis, Senatum Conſules habebant. Cic. pro domo ſua de ſeipſo loquens: Conſulari homini P. Clodius euerſa Repub. ciuitatē adimere potuit concilio aduocato, conductis operis non ſolùm egētium, ſed etiam ſeruorum Sedulio Principe, qui ſe illo die cōfirmauit Romæ non fuiſſe. Vbi ſubſcribit Lęlio & Gellio vſurpans in malam partem pro tumultu plebeio. Idem in eadē Oratione de Paganis & Montanis loquens: dicit ſibi in eorum conuenticulis & concilijs decreta facta eſſe. Curtius lib. 5. de Dario concionaturo apud exercitum, vbi gregarij ſimul cum illuſtribus conuocabantur. Concilio deindè aduocato, ſi me (inquit) cum ignauis &c. Vt conſilium partem ſaniſſimā è Plebe, cōcilium totam Plebem dignos iuxtà ac indignos capiat, quod & verū cùm concalantur per Pręconem aut Cornicinem. Idem lib. *6*. Concilium in poſterum diem remiſit. De militibus loquens: Idem lib. *6*. Aduocato tamē conſilio amicorum Nicomachum introduci iubet. Ideò dùm cogitur Catholica Chriſtianorum Eccleſia concilium vocamus,

Eccleſia ſiue Synodus perperā concilium vocatur.

ſed quam

ſed quam rectè? Concilium re tàm ſeria, & cōſeſſu tàm auguſto ſacroq; indignum. Ad hæc nō cepit vniuerſum Populum ex Gellio, ſed infimæ conditionis cenſuſque fecem, vt idem ſit concilium [5], quod cōciliabulum. Itaque imponi non poteſt Sacroſanctis Synodis, quibus Catholica Eccleſia, id eſt, vniuerſus Chriſtianiſmus cogitur: nam ſi vnius tantū prouinciæ conuentus peragantur, iam tùm concilium nedum rectè dicitur, propter rei maieſtatem. Eſt ergò conſilium vocandum, cùm Principes omnium ordinū totius Chriſtianiſmi conueniunt, ad componendos religionis fluctus, vbi vniuerſa Eccleſia per capita, & ſyndicos conſidet. Fortaſſis & Comitia Sacroſancta & Conuentus rectiùs dicentur. Plin. lib. 10. ad Traianum: Cū citarem Iudices, Domine, cōuentum inchoaturus, Flauius Archippus &c. Quāquam Vergilius, & Ouidius concilium Deorum vocarunt: Conuentus.

Conciliumq́; vocat Diuûm pater, atque Hominum rex.

Et ſequutus eſt Vitruuius in præfatione ſuę Architecturę ad Auguſtum: Cùm aūt

 conci-

concilium cœleſtium in ſedibus immortalitatis eum dedicauiſſet &c. Vbi fortaſſis & hæreſim noſtram tueri poſſumus, quod propriè & Grammaticè hoc vocabulo vſi ſint tales auctores, ad ſignificandum Deorum omnium gregem, qui tùm conuocabantur, nõ ſolùm maiorum gentium, quorum conſeſſus conſilium appellatus fuiſſet, ſed etiam minorum gentium, gregariorum & Semideorum: Sunt enim, vt in Romana politia, in cœlo cœleſtium ciuium plures ordines, vt habetur lib.2.de Natura Deor. apud Ciceronem, & in diuinis Inſtitutionibus Firm. Lactãtij. Quia autem ad huiuſmodi negotia tractanda ſupremi iuxtà ac infimi ex Dijs omnes cogebantur, ideò rectè conciliũ vocarunt auctores comuentũ illum promiſcuum & vniuerſum. Centũuiros alij vocant priuatos Iudices. Trãquillus in Claudio: Iis qui apud priuatos Iudices plus petẽdo formula excidiſſent, reſtituit actiones, habebãtque modicã animaduerſionẽ in delictis priuatis, vt furto, rapina, Aquilia, & cæteris, quæ publica non ſunt. Nam quod apud Fabium [6] legitur lib.4. capite de exor-

Priuati Iudices.

de exordio, paradoxum mihi eſt, cùm vtique Centumuiralia à publicis ſeparat. Sîc habet: Nam id ſine dubio ab omnibus, & quidem optimè præceptum eſt. Verum aliquatenus temporum conditione mutatur, quia iam quibuſdam in iudicijs maximeque capitalibus, vt apud Centumuiros ipſi Iudices exigunt ſolicitas, & accuratas actiones. Vbi fortaſſis legendum, maximeque capitalibus, & apud Centũuiros: Aliâs quomodo cum ratione veterum iudiciorũ cõuenire poſſit nõ video. *Locus Fabij reſtuntus.*

COROLLARIVM
ad caput decimũ tertium.

1. Iuſtinianeos dixit) *In epiſt. liminari Digeſtorũ ad Anteceſſores §. 2. Vndè autem dicantur Dupondij explicat Alciatus libro quarto, de verb. ſignificat. in principio.*

2. Vt antè adnotauimus) *lib. 2. ca. 9. noſtræ Hiſto.*

3. Eſt enim hoc vocabulum Latiniſsimum) *Adde eiuſdem Suetonij aliam auctoritatẽ in Tyberio cap. 33. Et Magiſtratibus pro tribunali cognoſcentibus plærumque ſe offerebat Conſiliarium aſſidebatque mixtim vel ex aduerſo in parte primori. adde & l. 5. de off. Adſeſſ. vbi Adſeſſores Conſiliarij dicuntur ab Vlpian.*

4. Apud Gellium) *lib. 15. capite 27. Noct. Att. de concilio autem quod in prouincijs Proconſule aut Præſide pro Tribunali ſedente, cum viginti Recuperatoribus, aut à Prætore Romæ die aliquo*

Conuentus, aßidentibus ei quinque Senatoribus, & quinque Equitibus Romanis lege apud Theophilũ Inſtit. quibus ex cauſ. manumitt. non lic. Aliã interpretationem verborum Lælij Fœlicis vide apud Reuard. lib. ſingulari Protribuna. cap. 16. Sed vtra ad mẽtem Gellij propiùs accedat Lector indicet.

Conciliũ pro Comitijs & contrà Liuius vſurpat.

5\. Vt idem ſit concilium quod conciliab.) *Sic Liuius lib. 2. concilia appellat nocturnos coitus, quos Plebs per ſeditionem in diuerſis vrbis regionibus factitabat. Idem Liuius tamen hoc diſcrimen non ſemper ſeruauit, quippe concilium pro Comitijs, et Comitia pro cõcilio indiſtinctè vſurpat, quibus quidem Comitijs (de centuriatis autem loquitur, quæ maximè iuſta erant) vniuerſus Populus conuocabatur. Sic enim lib. 3. Iudicij die cùm excuſaretur ſolum vertiſſe exilij cauſa, nihilominus Virginio Comitia habente Collegæ appellati dimiſere cõcilium. Idem alio in loco: Cùm ad cauſam orandam veniſſent, concilio Populi à Magiſtratibus dato. Item de iudicio Manlij: In Lucum Petilinum concilium Populi indictum eſt. Plura vide apud Nicolaum Grucchium in præfatione lib. de Comitijs. De Conciliabulo autem ſuprà lib. 1. aliquid attulimus.*

Fabius et Plinius explicati & conciliati.

6\. Nam quod apud Fabium lib. 4.) *Sic idem Fabius alium ſcrupulum ponit lib. 5. cap. 10. Proprium eſt, inquit, illud cauſæ quod Amphictiones iudicãt, vt alia apud Centũuiros, alia apud Iudicem priuatum in iiſdem quæſtionibus ratio ſit. Ex quo locò et ſuperiore eiuſdem poſito in textu, videtur à priuatis iudicijs cauſas Centumuirales, tãquam publicas, diſtinxiſſe. Hũc pertinet etiam quod ponit Plinius lib. 6. epiſt. ad Rom. Interuenit, inquit, acribus illis, &*

lis, & erectis. frequens neceſſitas computandi, ac pené calculos, tabulamq́; poſcendi, vt repentè in priuati iudicij formam Centumuirale vertatur. Sed ad ſingula reſponderi poteſt, quod priuatum iudicium in illis locus ſignificet priuum & veluti domeſticũ, vt aduerſetur publico in ſua propria ſignificatione, non qua publicũ iudiciũ pro capitali & criminali accipitur, vt hic ſit ſenſus apud Plinium, tàm frequens computãdi & tabulas inſpiciendi neceſſitas, vt videretur quædam domeſtica, & priuata ratio habita potiùs, quàm iudicialis, publica, & magnifica. Ex ipſa enim epiſtola Plinij apparet eum loqui de quadam oratione, quam habuit pro Accia Variola nobili, quæ ab octogenario patre intra vndecim dies, poſtquam ille nouercã Acciæ duxiſſet, exhæredata fuerat, quæ quidem omninò priuata cauſa fuit. Sic etiam accipitur in loco Fabij à nobis allato, vt priuatus Iudex delegatũ Arbitrũ, aut alioqui amicabilem Compoſitorẽ ſignificet, nã quorſum dicit in iiſdem quæſtionibus? Alio aũt loco Fabij à Socero in textu poſito (vt) particula nõ eſt exẽplificatiua immediatè præcedentiũ, ſed declaratiuẽ ſtat pro (&) vel (quẽadmodum) quaſi dicat, in Capitalibus & Centumuiralibus iudicijs ipſi Iudices exigũt ſollititas actiones. Hac tamen noſtra diuinatione nil aliorũ iudicio detractũ velim, hoc modo tamen textus obicem tolli poſſe exiſtimo.

Priuatum. Publicum.

ARGVMENTVM.

¶ Amplius de Centumuiris, nominis ratione, ordine, creatione, collegio, & horum quadruplici iudicio, ac de Decemuiris.

Caput. 14.

SED quoniam de ratione nominis, & ordine ex quo ſumerētur nihil adhûc diximus paucis expediamus ex Feſto Pompeio,qui ſic habet: Cùm eſſent Romæ triginta quinque tribus,quę & Curię dictæ ſunt,terni ex ſingulis tribub. ſunt electi ad iudicandum, qui Centumuiri appellati ſunt,& licet quinque ampliùs quã centum fuerunt, tamen quo faciliùs nominarentur Centumuiri ſunt dicti. *Hæc ille*. Hoc faciunt ſæpiùs Latini auctores: nam in re militari prima Legionis cohors Miliaria nuncupatur, habet tamen teſte Flauio Vegetio ſupra mille, centum, & quinque pedites,equites autem centum, triginta duos. Ità ſecunda Legionis cohors quingētaria eidem auctori vocatur, cùm tamen contineat in numeris quingentos, & ſexagenos pedites, ſexagenos ſenos equites.Ex illo ergò Feſti loco fuerũt Romæ triginta quinque tribus[1], quas Cicero interpretatur Curias: Ideò in Oratione pro domo ſua locus fortè eſt corruptus, vbi loquitur de Clodij adoptione,quæ

Centumuiri vnde.

Cohors Miliaria.

Quingentaria.

Curiæ.

ne, quæ fiebat lege Curiata, id eſt, Curiatis, Tributiſque Comitijs: Quæro (ait Cicero) ſi negaſſes, aut ſi tacuiſſes, ſi tantùm id triginta Curiæ iuſſiſſent, num id iuſſum eſſet ratum. Legendum triginta quinque, niſi id dixerit obiter commodiore appellatione, aut ſequutus vetuſtatem, cum ætate Romuli tantùm triginta fuerunt. Idem tamen ſexta Philipp. triginta quinque tribus numerat: Aſpicite illam à ſiniſtra ſtatuam equeſtrem, inauratam, in qua inſcriptum eſt, *quinque & triginta tribus Patrono Populi Romani.* Cæterùm cùm Curiæ & Tribus ad omnes ordines pertineant, videntur non vt Iudicum Decuriȩ ex certis ordinibus & collegijs, vt Patritiorum aut Equitũ, aut confuſis his cũ illis, ſed primũ temerè vt oblati fortè per ſortes eſſent, cooptati in eũ ordinẽ, nã nihil de creatiõe legere adhuc memini, tãtũ ex Põpon. I. C. in iuris enchiridio mihi cõſtat; ſi ſeriẽ tẽporũ ex hiſtoriȩ cõtextu colligere licet, eorũ Collegiũ cõſtitutum cum Prȩtores litibus definiẽdis impares eſſent, tũ quod nimis, multæ eſſent, tũ quod ijdẽ bellis diſtinerẽtur.

Tribus.

Centumuiri quomodo creati.

Quomodò ex coniectura.

Dionyſius ab Halicarnaſſo adducit me vt ſuſpicer aliquid ſimile Centumuirorũ inſtitutioni: narrat enim quomodo Romulus Senatum Centumuirorum coëgerit. Imperauit ſingulis tribubus, vt ternos eligerent, qui in ſua quique tribu prudentia & generis ſplendore præſtarent: atque ità cùm tùm triginta ſolũ tribus eſſent, nongenti electi, quibus additi Nouẽuiri collectis Curiarum ſuffragijs, & tandem vnus, cui cùm foris eſſet Romulus Ciuitas tanquam Proregi committeretur. Sed illa pertinent ad Senatum, ex quibus tamẽ conijcere poſſumus argumentum ad originem Cẽtumuirorum deprehendendã, quæ tùm fuit, cùm quinque alijs tribubus aucta fuit Ciuitas. Fuerunt centũ & quinque, rotundiore [2] tamẽ nomine Centũuiri vocati. Deindè numerus auctus eſt, adeò vt ſederent centum & octoginta.

Centum octoginta viri.

Plinius lib. 6. ad Romanum: Fœmina ſplendidè nata quadruplici iudicio bona repetebat. Sedebant Iudices centum & octoginta, tot enim quatuor conſilijs conſcribuntur. id eſt, in ſingulis quadrageni quini. Erant namque quatuor Tribunalia in Baſili-

Quatuor Tribunalia Cen-

Baſilica, in qua cognoſcebant, & quadruplex conſeſſus. Ideoque quadruplex iudiciũ ſuprà à Plinio dicitur. Fabius cùm de Thracalo loquitur: Certè cũ in Baſilica Iulia diceret primo Tribunali, quatuor autẽ iudicia, vt moris eſt, cõgerentur. Et fortè auctus eſt per Flauium Veſpaſianum numerus ſupra centeſimum. Tranquillus in eius vita: Litium ſeries vbique maiorem in modum excreuerat, manentibus antiquis intercapedine iuriſdictionis, accedentibus nouis ex cõditione tumultuque temporum; ſorte elegit, per quos rapta bello reſtituerentur, quique iudicia Centumuiralia, quibus peragendis vix ſuffectura Litigatorum ætas videbatur, extra ordinem dijudicarent, redigerentque ad breuiſſimum numerum. Fabius tamẽ, qui fuit ſub Domitiano filio minore natu Veſpaſiani, cap. 2. lib. 5. duarum haſtarum tãtùm meminit, vbi ſententia lata in vno cõſeſſu Centumuirorum, apud alterum eſt habitura vim præiudicij, ſi Reo repetito obijciatur: Et de partibus (ait) Centumuiralium, quæ in duas haſtas diuiſæ ſunt. Neque video quomodo conciliari poſſit

tũuirorum.

Falij locus.

locus ex quinto cũ loco ex duodecimo, niſi diuinetur[3] ſub Domitiano ſcriptum fuiſſe quintum, neque haſtas adhûc quatuor fuiſſe, duodecimum tũ, cùm duæ aliæ additæ eſſent. Sed idem lib. 11. repetitur: Succurret (ait) ſi apud alios Iudices agetur, vt in ſecunda aſſertione, aut in Cẽtumuiralibus duplicibus parte victa. Haſta enim pro Iudicio Centumuirali per metonymiam capitur, quia quo die litigaretur, ante ſubſellia haſtile erigebatur, ſymbolon cognitionis futuræ. Valerius lib. 7. Notæ inſaniæ Tuditanus teſtamento filium inſtituit hæredem, quod Titus Longus ſanguine proximus haſtę iudicio ſubuertere fruſtrà conatus eſt. Põponius l. 2. de Origine Iuris: Cùm eſſet neceſſarius Magiſtratus qui haſtę præeſſet, Cẽtumuiri litibus iudicandis conſtituti ſunt. Martial. lib. 7. de Silio:

Haſta.

Hunc miratur adhûc Centum grauis haſta virorum
Hunc loquitur grato plurimus ore Cliens.

Haſtę vſus. Haſtæ vſus à Romulo profectus eſt, & ad poſteros tranſmiſſus, vt ſolemnia multa

tàm

tàm in auctionibus, & publicis bonorum proſcriptionibus, quàm in foro interuentu haſtæ peragerentur: Quirinus enim dictus eſt à Sabinis ab haſta: quē morē retinēt, qui Decurionibus Municipiorū præſunt, Marij, & Burgimagiſtri vocantur, cùm dici deberēt Magiſtri Ciuium, vt olim Romæ. Haſtile, id eſt, oblongum ſcipionem geſtant, qui idcirco, Rabdouchi vocari poſſent, niſi id nominis à Græcis tranſlatum eſſet in Theatrum, vbi virgula, & quaſi radio, more Mathematicorum, deſignant ludorum apparatum, Latinis Deſignatores vocantur, auctor Donatus in Adelphis Terentianis. Tranquillus in Auguſto: Auctor fuit vt Centumuiralem haſtam, quam Quæſtura functi conſueuerant cogere, Decemuiri cogerent. Quæſtoriorum non fit mentio apud Feneſtellam, eius enim ſunt hæc verba: Cùm bellorum munera cæteris Magiſtratibus non ſufficientibus ad Prætores deferrentur, quorum munus adminiſtratio iuris præcipuum fuit, creati ſunt Decemuiri, qui ius in vrbe dicerent, Prætorumque partes eo tempore gere-

Quirinus.

Rabdouchi.

Deſignatores.

Quæſtorij.

gererẽt, litium iudicãdarum gerẽdarumque appellati. Vbi ſuſpicor corruptè legi Decemuiros pro Cẽtumuiris, præterquã quod ambigitur de fide libelli [5], qui Feneſtellæ veteri Hiſtorico tribuitur, cuius meminerũt Liuius & Gellius: nam Breuiarium eſt potiùs Feneſtellanæ hiſtorię, aut Miſcellanea ex alijs auctoribus in idẽ argumentum, etiam aliquãdò parùm fideliter relatis: Nam plærumque ambigo de fide, & veritate, cùm pugnãtia alijs ſcribat. Prætor ergò ex his duob. locis, ſi Romæ erat, cogebat haſtam, ſi nõ, Quæſtura functi ante Auguſtum, pòſt Decemuiri litium. Atque ita capiẽdus Suetonij locus, ne ſi Prætor nõ coëgiſſet, idem non præſediſſet, quod eſt vaniſſimum: cùm cogere eius ſit, cuius præſidere, vtrumque meri imperij. Valerius: Cùm M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat, id eſt, qui cauſæ præerat. Decemuiri litium non ſub Auguſto recens in eam rem creati ſunt, ſed & antè fuerunt. Cicero pro Cecinna: Probaui, cùm Aretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta Decemuiris religionem inieciſſet, non poſſe ſacramẽtum

Hiſtoria Feneſtellæ.

Iudicium cogere.

Decemuiri litium.

tum

tum noſtrum iuſtum iudicari. Deindè paulò pòſt: Decemuiri prima actione nô iudicauerunt, ſed poſteà re quæſita & deliberata ſacramentum noſtrum iuſtum iudicauerunt. Idem pro domo ſua: Quin etiam ſi Decemuiri ſacramentum in libertatem iniuſtum iudicaſſent, tamen quotieſcũque vellet quis in hoc genere ſe rẽ iudicatam referre, poſſe voluerũt. Ex quibus conſtat Decemuiros certas fortè cauſas, vt liberales, & quibus de ſtatu cuiuſq; quęreretur, cognouiſſe: quę vt plurimùm ſolent decidi delato iureiurãdo, quoniam in facto conſiſtant, & obſcuri ſint coniecturarum loci, vt hodie noſtro ſęculo prouincijs ſingulis præficiuntur in eas liberales cauſas, Electique vocantur: Diſceptãt enim quis ingenuus, quis ſeruus, quia multi ſunt, qui ingenuitatem mentiũtur in fiſci fraudem, ne pro capite tributum pendant, & vt Villani (ſic enim vulgus vocat) Ærarii fiant, id eſt, taleabiles. Verò autẽ ſimile eſt [6] Decemuiros ex ordine Centumuirorum fuiſſe, eumq; decimatum, id eſt, decimũ quemq; vel ſorte, vel cenſura electum ad eas cauſas, ſicut olim fiebat in Colo-

Liberales cauſæ.

Electi huius temporis.

Ærarij.

Decẽuiri Decuriones Centumuirorum.

Coloniarum deductionibus, vbi decimo quoque conſilij publici gratia à Triumuiris deductoribus aſſumpto nati ſunt Decuriones Ciuitatum priuatarũ, Coloniarum, & Municipiorum. auctor Pomponius in l. Pupillus. ff. de verbo. ſignificat. Videntur prętereà auctionibus præfuiſſe. Cic. in lege Agraria: Prædam, manubias, ſectionem, caſtra deniq; Cn. Pompei ſedẽte Imperatore Decemuiri vendẽt? Sic citatur à Gellio, & apud Nonium Marcellum nõ legitur emẽdatè. Malim intelligere de Decemuiris non litiũ, ſed ijs qui Cicerone, & Antonio Coſs. magna contentione, tumultuque populari petebantur ab ijs, qui reſtitui in integrum volebant fortunis ſpoliati, & gradu honorum deiecti à Sylla Dictatore, quorum meminit pluribus Plutarchus in Cicerone, & idem Cicero in legibus Agrarijs contra Rullum: Petebantur autẽ vt Cẽtumuiri Italiam, Syriam, & quę Pompeius adiecerat imperio, detracta in ærarium redigerent, exercitum haberent, dãnarent quos vellent, Colonias deducerent. Quid multa? Rempub. conſtituerent omninò ad libidi-

Nonius emendatus.

bidinem. Magni viri in eo Collegio fuerunt. Cicero in Dialogo de claris Oratoribus: Nam idẽ Segultus veteranus, quod & tu & Cæſar in Decemuiris non eſſetis, vtinam ne ego quidem eſſem. Hunc Magiſtratum geſſit & Ouidius, vt ſcribit lib. 4. Faſtorum: *Magni viri in Collegio Decemuirorum.*

Hanc ego militia ſedẽ, tu pace paraſti
Inter bis quinos vſus honore viros.

Meminit & Plinius ad Rufum libro quinto, niſi menda ſubſit: Sedebant Iudices, Decemuiri venerant, obuerſabantur Aduocati, ſilentium longum, nuntius tandẽ à Prætore. Vbi in quibuſdam legitur Centumuiri, ſed præſtat intelligi de more priſtino ſeruatoque ab Auguſto, vt Decemuiri iudicio interfuerunt, vt Centumuirorum Decuriones. *Locus Plinij.*

Corollarium
ad caput decimũ quartum.

1. Fuerunt Romæ XXXV. tribus &c.) *Ex præcedente loco Feſti Tribus & Curiæ pro iiſdem ſumũtur, quas etiam apparet fuiſſe quinque & triginta: Nicolaus tamen Grucchius vt diuerſas Tribus à Curijs, ſic Tributa Comitia à Curiatis diuerſa fuiſſe aſſerit libro 2. capite primo de Comitijs. Quod* *Tribus & Curię.*

Quod ſi verum eſt, nihil hic apud Ciceronem pro domo ſua immutandum eſt. Quin etiam de numero Tribuum variè diſputat, nam ætate Romuli, aut nullas, aut tantum tres fuiſſe Tribus ex Dionyſio, Varrone, Plutarcho, & Liuio contendit vir ille diligentiſſimus. Maxima autem in ijs obſcuritas & difficultas conſiſtit propter Auctorum diſſentionẽ. Vide etiam Carolum Sigonium lib. 1. cap. 3. de antiq. Iur. Ciuium Rom.

Tres tribus tẽpore Romuli.

2. Rotundiore nomine Centumuiri) *Sic ſeptuaginta Interpretes dicti, licet ſeptuaginta duo fuerint teſte Auguſt. lib. 18. de Ciuitate Dei.*

Iterũ Fabius explicatus & conciliatus.

3. Niſi diuinetur ſub Domitiano ſcriptum &c.) *Iterùm hic alius obex ex Fabio ab Auctore proponitur, quem etiam diluere conabimur pro virili, cõciliando vnum locum cum alijs, hoc modo: vt Fab. cap. 5. lib. 2. & cap. 1. lib. 11. Inſtit. Orator. vbi haſtarum Centumuiralium duplicium tantum meminit, loquatur de duobus iudicijs, conſeſſibus, aut conſilijs coactis. Cùm autem quatuor eſſent Cẽtumuirorum conſilia, & tribunalia, interdùm duo, aliquandò plura cogebantur, atque hac ratione nunc duplex, nũc quadruplex dicitur Centũuirale. Quod manifeſtum fit ex præcedentibus atque ex Plinij epiſt. lib. 6. ad Roman. Sequutus eſt varius euẽtus, nam duobus conſilijs vicimus, totidem victi ſumus. Accedit Valerius Max. lib. 7. cap. 7. de milite, Cũ improbiſſimis hæredibus de paternis bonis contendit apud Centumuiros, omnibuſq; non ſolùm conſilijs, ſed etiam ſentẽtijs ſuperior diſceſſit. Facit etiã Papinia. I.C. in l. 76. de Legat. lib. 2. & Marcellus l. 10. de inoff. teſta. ff. Idẽ Plinius lib. 4. epiſt.*

Quatuor Centumuirorum iudicia.

Proximè

Proximè cùm ad Cētumuiros dixiſſem, ſubijt recordatio egiſſe me iuuenem æquè in quadruplici iudicio. Proceſſit animus, vt ſolet, longiùs: cœpi reputare, quos in hoc iudicio, quos in illo ſociòs habuiſſem. ex quibus videre eſt nūc coacta, interdùm fuiſſe diuiſa Tribunalia, atque horum exemplo videmus in Curijs ſeu Parlamentis Galliæ plures Iudicū Conſeſſus ſeu Claſſes, quas Cameras vocant, quæ coguntur, & coniunguntur, ſi quando de cauſa ardua, & ad exemplum pertinente controuerſia ſit. Duplices autem haſtas dixit quemadmodum Vergilius primo Æneidos duplices palmas, pro duabus coniunctis. Parlamentorum varij cōſeſſus.

4. Vbi ſuſpicor corruptè legi Decemuiros) *Budæus apud Pomponium legit Centumuiros. Goueanus tamen contrà mauult Decemuiros legere, quòd putet Centumuiros Magiſtratus non eſſe, ſed coërcerentur & cogerentur à Decemuiris lib. 1. variar. lect. cap. 24. Verùm nec hi Magiſtratus etiā ſunt, ſi Grucchio credimus.* Diuerſa lectio.

5. Ambigitur de fide libelli) *Quod hic libellus, qui nunc paſſim omnium manibus teritur ſub nomine Feneſtellæ de Magiſtratibus Rom. nō ſit illius Feneſtellæ, qui vixerit tempore Tyberij, cuius meminerunt Liuius, Plinius, & Gellius, vel ex eo cōuincitur, quòd eoſdem ſæpiſsimè laudat auctores, & Epiſcoporū, Archiepiſcoporumq́; noſtrorū mentionē facit. Suntq́; qui tribuant Dominico Flocco Florētino.* Feneſtella.

6. Vero autem ſimile eſt Decemuiros) *Confirmare opinionem Auctoris noſtri videtur Ouidius libro 3. de Ponto ad Cottam:* Dominicus Floccus. Decemuiri.

Vtq́; fui ſolitus, ſediſſem forſitan vnus,
De centum Iudex in tua verba viris.

Si conferatur cum loco 4. Faſtorum in textu poſito.

Atque in Piſonem:

Seu trepidos ad iura decē vocat haſta virorum,
Et firmare iubet Centeno Iudice cauſam.

Iacobus Reuardus.

Iacobus tamē Reuardus, hîc quondā Profeſſor Regius, cap. 18. & 19. lib. ſingulari Protribun. putat Decēuiros fuiſſe, quos Prætor Vrbanus in cōſilium dieb. cognitionū adhibebat, nimirū ſub Auguſto decē Senatores, ſub Anton. & Alex. quinq; Senatores & totidē Equites Rom. quemadmodū in Prouincijs extremo cōuentus die à Præſide, aut Procōſule adhibebantur Recuperatores peregrini, de quib. Theophilus lib. 1. Inſtitut. tit. 6. & Vlpian. in fragmēt. tit. 1. §. eadem lex. Tu iudica Lector.

Decem Senatores et Equites.

Recuperatores.

ARGVMENTVM.

¶ De Recuperatoribus, quomodo, & quando dabantur, de Formulis Recuperatorij iudicij, & Aſſertionibus.

Caput. 15.

Recuperatores.

Commiſſarij.

EXTRA ordinem à Prætore dabātur Recuperatores: Itaq; ij ſunt, qui aliâs dati, datiui, delegati, & quibuſcūque in cauſa iuriſdictio mādata eſt, qui & Latinè Commiſſarij dici poſſunt, à quo nō video cur multi ſuperſtitioſè abhorreāt, tāquā parū Latino: nā ſi mandare idē quod credere, deponere, cōmittere, cur magis recipitur Mādatarius, quā Commiſſarius? Aut cur magis hoc vitatur, quā Fideicōmiſſarius, cū plurima etiā ſint in iure vocabula per eandē analogię formam facta,

Legata-

Legatarius, Donatarius, Cōmodatarius, Depoſitarius, & alia vti dataria ſalus [1], & manifeſtarius fur apud Plautū. Dabantur aūt in certa cauſarū genera, & in certam pronuntiandi formulā. Eorū munus aſtrictū fuiſſe ſatis arguit Recuperatorum nomē, quaſi apud eos certetur de recuperando [2], eo quod depoſitū in ſponſionē erat. Vbicūque enim in litē ſpōſione Litigantiū coibatur, Recuperatorib. dādis locus erat: neq; enim in ſolis interdictis vſurpabātur, ſed in mutuo, & in alijs. Cice. pro Flac. vbi Hermipp⁹ mutuū repetit à quodā veteratore, & plano vitilitigatore: Hūc æſtuantē & tergiuerſantē (ait Cicero) iudicio ille perſequitur à Recuperatoribus cauſa cognoſcitur, qui rē cōtra iſtū minimè dubiam prima actione iudicauerunt. Cùm iudicatum nō faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus eſt. Hæc ille. Dederat verò hos in prouincia L. Flaccus Prætor. Cicero ad Quintum fratrē Proconſulem Aſiæ: Sed tamen parui refert abs te ipſo ius dici æqualiter, & diligēter, niſi idem ab ijs fiet, quibus tu eius muneris aliquam partem conceſſeris. Recupe-

Dataria ſalus.
Manifeſtarius fur.
Recuperatores vnde dicti.

ratores ſignificantur, quibus ciuiles & pecuniariæ priuatorum cauſæ cōmittebantur. Plautus in Bacchidibus:

Poſtquā quidē Prætor Recuperatores dedit,
Damnatus demùm vi coactus reddidit
Ducentos, & mille Philippûm.

Capitolinus in M. Philoſopho: In Senatus honorificētia multis Prætorijs, & Cōſularibus priuatis decidenda negotia delegauit, quo magis eorum cum exercitio iuris creſceret auctoritas. Porrò non in vniuerſam actionem dabantur, ſed in eam partem, quę media eſt inter litis conteſtationem, & ſententiæ exequutionem, quę ſolius eſt iuriſdictionis, reliqua imperij ſunt, & ad legis actionem pertinent, vt antè diximus. Conſtituto itaque iudicio & lite conteſtata per ſponſionem depoſitæ pecuniæ, tùm demùm Prætor Recuperatoribus litē delegabat, ſed in eā formam tantū, in quam lis erat conteſtata, vt eatenus pronuntiarent. Itaque eorum nō fuit libera iuriſdictio, ſed ſine imperio nuda, atque in formula delegationis ſeu cōmiſſionis, quæ vel libello concipiebatur, vel viua voce nūcupabatur, vtebatur Prætor verbis

In quam partem cauſę dabantur.

Iuriſdictio nuda et aſtricta.

verbis litem conteſtantium,hoc modo in cauſa Cecinnę,*Ebutius edicto vndè vi tenetur?*Ebutius reſpõdeat, *Nõ tenetur*.Hic lis cõſtituitur,& diſceptatio eſt,vel iudicatio Rhetorũ; an teneatur.Tũ Prętor iubebat Cecinnã facere ſpõſionẽ.*Ni aduerſus edictum Prætoris vis facta eſſet*, prędibatq; Recuperatoribus quaſi ſententiam dictãdo. Ità: *Ni aduerſus edictum vndè vi vis facta ſit,abſoluatur Ebutius*.Et ferè negatiuè cõcipiębatur, aliquãdò etiam affirmatiuè: *Si aduerſus edictum vis facta ſit, condemnetur*. Vtrocunq; modo cõcepiſſet,cognitionẽ ijs verbis aſtrictam delegabat, vt tantùm pronũtiarẽt ſic,vel nõ. Cic.7.Act.in Verrẽ de Seruilio: Iubet hominẽ Lilybæũ vadimoniũ Venerio ſeruo ſuo promittere, promittit.Lilybeũ venitur, cogere eum cœpit,cũ ageret nemo, nemo poſtularet. H—S. duobus milibus ſpõſionẽ facere cũ Lictore ſuo,ni furtis quęſtũ faceret.Recuperatores de cohorte ſua dicit ſe daturũ. Idẽ Actiõe 5. de Agyrinẽſib.: Quęrebãt, quę in verba Recuperatores darẽt. Reſpõdebat,ſi pateret aduerſus edictum feciſſe. Ni & Si vſitatiſſima ſunt in formulis cõ-

Præibat Recuperatoribus Prætor.

Ni & Si formulæ Recuperatorij Iudicij.

miſſorijs ſeu Recuperatorijs, quia in ſponſionē iudicaretur. Cic. pro Cecinna ad finē narrationis: His rebus ità geſtis P. Dolabella Prætor interdixit, vt eſt cōſuetudo, de vi hominib. armatis ſine vlla exceptione, tantū vt, vndè deieciſſet, reſtitueret, reſtituiſſe ſe dixit. Spōſio facta eſt, hac de ſpōſione vobis iudicandū. Quæ cauſa apud Recuperatores perorata eſt. Tranquillus in Domitiano: Recuperatores nè ſe ſemper perſuaſorijs aſſertionibus accōmodarent identidem admonuit. Vbi Sabellicus Antiquarius peritiſſimus Recuperatores interpretatur eos, qui res ad Fiſcum pertinentes cùm aſſerendi poteſtate requirebant, quod nullo auctore laudato ipſe de ſuo capite fingit: nam & Recuperatores capi in eū ſenſum nunquā mihi aut more, aut exemplo probabit. Quid enim Recuperatoribus cū Fiſco, cū Cæſar ſuos haberet Procuratores, qui fortaſſis ijdem erant cum Fiſcalibus? Adde Aſſertiones pro vendicationibus rerum Fiſcalium nuſquam vſurpari: vbicunque enim auctores aſſertionū mētionem faciūt, cōtrouerſię de ſtatu & cauſę liberalis meminerunt,

Sabellicus reprehenditur.

Aſſertiones.

nerunt. Hînc tit. lib. 7. C. de aſſertiõe tollenda. Eſt aſſerere, vendicare in libertatẽ. *Aſſerere.*
Terent. in Adelphis:

——— *Ego hãc liberali aſſero cauſa manu.*

Olim ergo ſi quis ex ſeruitute ſeſe eximere vellet proclamata libertate, cogebatur ſibi Aſſertorem apponere (quia ſerui in mortuis comparati agere non poterant) qui aſſereret eum liberum, litemque ſuſciperet. Aut contrà ſi quis in ſeruitutem ex libertate reuocaretur Aſſertore opus erat. Liberalis cauſa ſæpiùs repetebatur, totidemque aſſertiones erãt. Hînc prima, ſecunda, tertia. Fabius capite primo libro vndecimo. Succurret etiam ſi apud alios Iudices agetur, vt in ſecunda aſſertione, & in Centumuiralibus iudicijs duplicibus parte victa. Martialis ad Quintianũ de quodã Plagiario li. 1.

Si de ſeruitio graui querúntur,
Aſſertor venias, ſatiſq; praſtes,
Et cùm ſe dominum vocabit ille,
Dicas eſſe meos, manuq; miſſos,
Hoc ſi terq; quaterq; clamiteris,
Impones Plagiario pudorem.

Repetitiones iſtæ aſſertionum, alięq; ve-

teres cęremoniæ per Iuſtinianum ſublatę ſunt. Sunt igitur apud Tranquillum Recuperatores dati in cauſas liberales & aſſertiones, quę quia perſuaſorię erant, ideò ſæpiùs iterabantur ſine vlla prouocatiõe. Ideò monet ne ſtatim ſinant ſibi perſuaderi huiuſmodi aſſertiones, ne quod vnus probauit, alius reſcindere cogatur, non habita pręiudicij reuerentia. Enimuero non fuit certum, Recuperatorũ collegium vt Iudicium, & Centumuirorum, ſed extra ordinem dabat Prætor quos volebat, vt manifeſtum fit ex Verrinis. Plinius libro 3. ad Maximum: nam vt Recuperatorijs iudicijs, ſic nos in ijs Comitijs quaſi repẽtè apprehenſi ſinceri Iudices fuimus. Significat nihil tale cogitantes adhiberi in Recuperatorijs: Eſt enim Recuperatorium interdictũm vndè vi, ſpecies tamen Recuperatorij iudicij & actio Recuperatoria, vt in cauſa Cecinnana.

Locus Tranquilli explicatus.

Extra ordinẽ Recuperatores dabãtur.

Interdictum vndè vi.

Corollarium
ad Caput decimum quintum.

1. Salus dataria) *Plautus in Pſeudolo.*
BAL. Eho an non prius ſalutas? SYC. Nulla eſt mihi ſalus dataria.

Recuperatores vndè.

2. Quaſi apud eos certetur de recuperando) *Cui*

ſubſcri-

ſubſcribit Theophil. §. eadem. Inſtitut. quibus ex cauſ. manu. non licet. Recuperatores etiam dictos Feſtus ait, qui inter Popu. Rom. & ciuitates peregrinas de rebus priuatis reddendis recipiendiſq́ cognoſcebant. Recuperatorij iudicij obuia ſunt exempla apud probatos auctores. Antiquiſſimum & nobiliſſimum eſt apud Liuium lib. 26. Iudicũ à Scipione datorum, vter prior in oppidum tranſcēdiſſet, vt murali corona donaretur. Et apud eundem libro 43. Meminit etiam Gellius. Recuperatorium iudicium.

3. Aut contrà ſi quis ex libertate) *Exemplum eſt apud Liuium lib. 3. V. C. de Virginia cuius Aſſertor erat M. Claudius Appij Cliens.*

4. Liberalis cauſa ſæpiùs repetebatur) *Hermogenianus I. C. in l. vlt. de coll. deteg. ff. ait: ſententiã pro ingenuitate dictã, et colluſionis prætextu ſemel retractare permittitur: Imperator tamē Iuſtinian. in l. 1. C. de aſſertione tollenda meminit ſecundæ, & tertiæ repetitionũ quas abrogat: Vopiſcus in Probo, tertiæ: Capitolinus in Pertinace, quartæ, et in M. Philoſopho quintæ relationis meminerũt. Quod Cælius Rodoginus lib. 20. cap. 10. & Egnatius in Pertinace interpretantur, vt quinquies ſuper re iudicata referre poſſent: id quod fortaſſis adaptandũ eſt in cauſis illis, in quibus contra libertatē pronũtiatũ erat, quæ quidem ſemper fauorabilis fuit. Alciatus tamen lib. 10. Parerg: cap. 22. aliter ſentit, & reuera aliæ relationes, aliæ repetitiones fuerunt.* Repetitiones in cauſis liberalibus.

☙ SVMMARIVM Libri Quarti.

LIBRO QVARTO, CAVSIS DIVISIS ET DISTINCTIS, TANDEM DE ACCVSATORIBVS, ET REIS, ATQVE DE PRAXI PVBLICORVM IVDICIORVM AGITVR.

HISTO-

HISTORIAE
Fori Romani
Liber Quartus.

ARGVMENTVM.

¶ De diuiſione cauſarum, & earum diſcrimine.

Caput primum.

HACTENVS iudicialis Fori Magiſtratus cũ reliquis eiuſdẽ loci operis deſcripti ſunt: ſuperſunt deinceps negotia, quæ eodem loci ab iiſdem agitantur demonſtrãda. Et quia nõ temerè, & ſine delectu quibuſuis Iudicibus quæuis cauſæ offeruntur, ponatur primùm duplex earum diſcrimen, vt quædam publicæ ſint, quędã priuatę. Differunt autem inter ſe multis nominibus: Publicæ enim quaſi populicæ dictę, quòd olim tantũ ad Populi concionẽ peroratę:

Cauſarum diuiſio.

Cauſarum diſcrimen.

Aucto

Aucto demum cauſarum, atque ciuium numero ad Iudicum Decurias, quę Populi muneribus iudiciorum ſuccederent, tranſlatę ſunt, hæ aũt apud Prętorẽ, Centumuiros, Recuperatores, Arbitros, & reliquos iuris priuati Diſceptatores contro-
Priuatæ cauſæ. uerterentur: Ità Prætoriæ cauſæ, & Centumuirales pro priuatis dicuntur: Vndè apud Gellium lex[1] Ebutia Centumuiralium cauſarum: Ad hęc, publicæ ſub dio & Ioue frigido, priuatæ in Baſilica agebantur. Illę ſubdiales, hæ Baſilicanę dici poſſunt, ſicut lib. 1. annotauimus. Illę legib. per Populum iuſſis rogante Magiſtratu Senatorio, hę actionibus primũ per Pontifices, mox per Pragmaticos, & Prætores, editis conſtituuntur: quo nomine di-
Populares. ſtinctæ ſunt publicæ à popularibus, quia populares, actionibus datis per Prętorẽ, exercentur, vt de ſepulchro violato, ne quid in flumine, loco, ripaue fiat, de cloacis, & reliquis, quæ ad Publici conſeruationem ſpectant. Habent tamẽ hoc commune, quòd quemuis Accuſatorẽ de Populo admittunt. Paul. l. 2. de Popularibus actionib. Si plures ſimul agant populari
actione,

actione, Prętor eligat idoneiorem. Publicę verò definiuntur, quod cuiuis ex Populo exequutio earum plærũque datur: Auctor Iuſtinia.[2] in calce Inſtitut. Vtraque ad publicam vindictam cõparata. Leges autem Iudiciorũ enumerantur l. 1. ff. eod. Lex Iulia maieſtatis, Iulia de adulterijs, Cornelia de ſicarijs & veneficijs, Põpeia de parricidijs, Iulia peculatus, Cornelia de teſtamentis, Iulia de vi publica, Iulia de vi priuata, Iulia ambitus, Iulia repetũdarum, Iulia de annona. Adduntur & alię in Inſtitutionibus Iulia de reſiduis, Flauia de plagiarijs. Et ſi quod flagitium cõmittitur, quod aliqua lege non cõprehenditur, extra ordinem cognoſcitur. Et tit. eſt in ff. de extraordinarijs criminibus. Porrò ſuprà docuimus[3], quomodo ante Syllę dictaturam omnia criminalia iudicia erant extraordinaria, nondũ latis perpetuis legibus, quibus legitima iudicia fierent, & in ordinem cogerentur: Nõ omnia tamen iudicia in quibus crimẽ vertitur publica ſunt, vt furti, bonorũ raptorum, Aquiliæ, & reliqua quæ pariunt obligationes ex maleficijs, neque omnia capitalia

Publica.

Publicorũ iudiciorum ll.

Extraordinaria crimina.

pitalia

pitalia ſunt, ſed quædam ſola corporis coercitione, vel multa pecuniaria vindicantur. Capitalia verò, duplicia ſunt, vt & caput in iure duplex eſt, Ciuile & Naturale, & duplex mortis diſcrimen Ciuilis & Naturalis. Itaq; phraſes illæ in Orationibus veterum, dicere cauſam capitis, dimicare pro capite, ad capitis imminutionē mediam, qua ciuitas, maximam, qua ciuitas & libertas amittitur, fere ſemper referuntur, vbi caput pro ſtatu incolumi capitur, ſicut in iure ſerui caput [4] non habent. Cicero in Oratione pro Quintio locum retinere dixit, pro capitis imminutionem mediam vel maximam propulſare: Quid igitur pugnas? an quod ſæpè multis locis dixiſti, ne in ciuitate ſit? ne locum ſuum, quem adhûc honeſtiſſimè defendit, obtineat? ne numeretur inter viuos? decernat de vita & ornamētis omnibus. Quod tractum eſt à militibus præliū cōmittentibus, quib⁹ turpe loco cedere, gradū deſerere, pedē referre, locū captū nō poſſe tueri: In eadē Oratiōe exiſtimationē vocat, quę eſt in ornamētis, quibus ciuilis vita retinetur: Dū exiſtimatio integra eſt,

Capitalia.
Caput.
Exiſtimatio.

gra eſt, facilè cõſolatur honeſtas egeſtatẽ. Hãc definit Calliſtratus [5], eſſe dignitatis illeſæ ſtatũ, legibus, & moribus cõprobatũ, quę ex delicto noſtro auctoritate legũ, aut minuitur infamia, & media minutiõe capitis, aut cõſumitur maxima, vt deportatione: Paucę enim leges Rom. ciuiũ maleficia vltore ferro proſequuntur, ſed aut relegant, deportant, in exilium mittunt, conſecrant, aqua, & igni interdicũt, aut aliâs infamiam irrogant. Itaque nec virgis [6] cędere, neque in crucem tollere ciuem Rom. vſitatum eſt, vndè & Paulus in Actis Apoſtolicis ad Cæſarem prouocat, & M. Cicero grauiſſimè exaggerauit, ciuem Rom. vinctum, cęſum, & in crucẽ ſublatum à Caio Verre Prętore in Sicilia miſerabili illa voce, *Ciuis Romanus ſum*, toties inculcata. Accedit & aliud diſcrimẽ, quod quãuis ex publicis quædam ſint pecuniaria, eo tamen à priuatis diſtinguuntur, quòd multa in publicis confiſcatur, & Fiſco infertur, vt litis ęſtimationes: In priuatis Petitori addicitur, vt cũ actiones dupli, tripli, aut quadrupli ſunt pſequutorię. Adnotabũtur deinceps à nobis in cõtextu

Multa in publicis Fiſco infertur.

Litis æſtimationes.

Hiſto-

Hiſtoriȩ alia diſcrimina in ſolemnibus requiſitis in vtroque exercendo: Interim principis cauſarum diuiſionis, quam præmiſimus, ſic meminit Cicero pro Cecinna: Quærendum magis etiam videtur, ideò quod omnia iudicia aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt, quorum alterum leuius eſt, propterea quòd & minùs lædit, & perſȩpè Diſceptatore domeſtico dijudicatur: Alterum eſt vehemētiſſimnm, quod & ad grauiores res pertinet, & non honorariā operam amici, ſed ſeueritatem Iudicis & vim requirit. Pro Rabirio maiora iudicia publica appellat. Sed priùs de Accuſatoribus, quàm de Petitoribus dicamus.

Maiora Iudicia.

PHILIPPI BROIDÆI I.C. Corollarium ad caput primum.

1. Apud Gellium) *Lib.16. cap.10. Noct. Att. Fuit autem & alia Ebutia lex, ſed nil ad Rhombum.*
2. Auctor Iuſtinianus) *Tit. de public. iud. §. 1.*
3. Suprà docuimus) *Capite ſeptimo libri tertij noſtræ Hiſtoriæ.*
4. Serui caput non habent) *§. ſeruus. Inſtitut. de cap. diminut.*

5. Hanc

5. Hanc definit Calliſtratus) *L. 5. de extraor. cog. ff.*

6. Nec virgis cædere, nec in crucē toll. &c.) *Poſt* *LL. Valer. & Portia pro tergo et ſcapulis.*
ll. Valerias, de quibus alibi cōmentati ſumus, l. Porcia lata fuit à M. Porcio Catone, quæ pro ſcapulis aut tergo nominata eſt à Feſto, & Liuio, quia vetitum erat ciuem Rom. verberare, aut necare. ſub qua quidem non comprehēdebantur Perduelles, qui *Perduelles.*
hoſtili animo aduerſus Rempubl. aut Principem animati ſunt l. vlt. ad l. Iuliam maieſtat. in quos more maiorum Coss. animaduertebant turbulentis Reipub. temporibus, præſertim quandò S.C. hoc factum eſſet, Videant Coss. ne quid Reſpub. capiat detrimēti: *Nam tū l. Porcia dormiebat: hoc enim S.C. veluti armati Naſica & Opimius Tyberiū, & Caiū Gracchos interfecerūt, Marius Saturninum & Glauciam, Cicero Lentulum Cethegum,* *S.C. quod fiebat turbulentis Reip. temporibus.*
& alios coniuratos. Hoc enim S.C. ſumma rerum tribuebatur, vt teſtatur Plutarchus in vita Ciceronis & Pauli Æmilij. Quod etiam probat Salluſtius in Catilinario: Caio Mario & Furio Valerio Conſulibus permiſſa eſt Reſpub. Num vnum diem poſteà L. Saturninum Tribun. Pleb. & Caium Seruilium Prætorem mors ac Reipub. pœna remorata eſt? Item Cicero in l. Agraria & oratione pro Milone. Hæc lex autem Porcia adhuc tempore Ciceronis in viridi, quod aiunt, erat. Sic enim exclamat in Verrem, qui legem violauerat: O nomen dulce libertatis, ô lex Porcia, legeſq; Semproniæ. Húccine tādē omnia reciderūt, vt ciuis Rom. ab eo, qui beneficio Pop. Rom. faſces, & ſecures haberet, deligatus in foro virgis cæderetur. Et alijs in locis. Imperatores verò & Tyranni, cum legibus ſolutos ſeſe *Leges Semproniæ.*

crederent illis neglectis pro libidine in quoſuis ſæuiebant. Suet. in Galba: Et tutorē quòd pupillum, cui ſubſtitutus hæres, erat veneno necaſſet, cruce affecit, implorātiq; leges, & Ciuē Rom. ſe teſtificāti, quaſi ſolatio, & honore aliquo pœnā leuaturus mutari, multoq; præter cæteras altiorem, et dealbatam ſtatui crucem iuſſit.

ARGVMENTVM.

¶ De Accuſatoribus, Quadruplatoribus, Sectoribus, & horum hominum grege, præmio, & eliminatione ab optimis Principibus.

Caput 2.

Accuſatores. ACCVSATORES Romę voluntarij erant, neq; vt in Græcia publicè cōſtituti. Et cùm aliud alium ferret in Reum, vt priuatum odium, præmij ſpes, gloriæ aucupiū, propinquorum vindicta, publica cauſa, accidebat, vt multi ſimul deferrent [1], qui cū cōuenire nō poſſent, vt vni accuſationē cederent, ſed ſeſe quiſque idoneum contenderet, res Iudicum cognitione diſceptabatur, deferendiq; ius ſententia decernebatur. Hanc controuerſiam de Accuſatore conſtituendo, Diuinationem appellabant, quòd de futuro diuinandum eſſet, vt eſt apud Gellium cap. 4. lib. 10. Etenim cùm omnia iudicia de *Diuinatio.*

pręte-

præteritis inſtituantur, & an ſit, quid ſit, iuréne ſit factum, apud Iudices tantũ quæratur, futurorum coniectio vatibus, auguribus, publicis religionum interpretibus, & deliberationes capiendorum conſiliorum agitantibus relicta eſt, hæc vna diuinatio futuri quæſtionem in forum & Iudicum diſquiſitionem inuexit. Hæc ante iuſtum cum Reo congreſſum, inter ipſos Delatores, inſtar velitationis cuiuſdã, concertabatur in primo limine ante ipſum cauſę veſtibulum. Itaque Proluſio vocatur, etiam Rhetoribus, & Prodromos, vt reliquæ tranſlationum ſpecies in Rhetoricis. *Proluſio. Prodromos* Plinius lib. 4. ad Vrſum: Habetis interim epiſtolam meam, vt prodromõ, expectabis orationem plenam, onuſtamq;. Exemplum eſt in cauſa Verris, vbi M. Cicero proluſit ante legitimum certamen cum Q. Cæcilio. Eſt enim proludere ad *Proludere.* ſeriũ præliũ ſeſe comparare, imitariq; ſpeciẽ iuſti cõflictus, vt ſolẽt, qui pilã ludũt, ſemel atq; iterum animi gratia exercere, ne ſi luſum auſpicarẽtur à ſeria pugna ſtatim membra nimia contentione, & repentina, haberent ſeſe peiùs & ineptiùs.

Eſt enim periculoſa metamorphoſis ſubita & vehemens à ſumma quiete in acrē laborem. Itaque deſcendēdum pauliſper in certamen, non irrumpendum temerè. Vergil. 3. Georgic.

Et tentat ſeſe, atque iraſci in cornua diſcit
Arboris innixus trunco, ventoſq́; laceſſit
Ictibus, & ſparſa adpugnā proludit arena.

Delatio. Publicorum ergò iudiciorū exercitationes, quia communes, & expoſitæ omnibus ciuibus ſunt, attulerūt iſta accuſationum præludia, vt cū multi delationē poſtularent, deferendi poteſtas, & ſubſcribē di primarijs Delatoribus per Iudices fieret. Cicero 3. Actione: Quod meum factum lectiſſimi, atq; ornatiſſimi viri, quo in numero è vobis complures fuêre, ità probauerunt, vt ei, qui Quæſtor iſtius fuiſſet, & ab iſto lęſus, inimicitias iuſtas perſequeretur, non modò deferēdi nominis, ſed ne ſubſcribendi quidem, cùm id poſtularet, facerent poteſtatem. Ex quo loco conijci poteſt non eoſdem fuiſſe Iudices in diuinatione, qui fuerunt in accuſatione: ſed repetitas à Quæſtore ſortes, ſicut ex aliquot locis in eadem cauſa colligi

Alij Iudices in diuinatione, quàm in actione.

ligi poteſt. Quin annotat Aſconius in diuinatione Iudices iniuratos conſediſſe, cũ in vero iudicio iurati eſſent. Porrò tria omninò mihi fuiſſe videntur hominum genera huiuſmodi accuſationes profitentiũ, nobiles Adoleſcentes, qui à prima adoleſcentia, iſtis accuſationibus vitia odiſſe diſcerent, & impetum iam conciperent æterni odij ſibi quondam futuri cũ perditis ciuibus, Quadruplatores, & diſerti boniq; Oratores. Cice. in Diuinatione de Hortenſio Verris Patrono: Videt (ait) ſi à Pueris nobilibus, quos adhuc eluſit, ſi à Quadruplatoribus, quos non ſine cauſa contẽpſit ſemper, & pro nihilo putauit, accuſandi voluntas ad Viros fortes ſpectatoſq; Homines tranſlata ſit, ſe in iudicijs dominari non poſſe. De nobilium Adoleſcentiũ domeſtica profeſſione priùs lib 2. diſſeruimus. [2] Proximum eſt, vt de Quadruplatoribus pauca dicamus, qui cùm accuſatoriam vitam viuãt, & ad vexãdos Reos præmio ducantur, latrocinium turpiſſimum exercent, improbamque voluptatem quærunt ex aliena calamitate, ſeſe ſatiant ciuium ſuorum ſanguine, oculos

Iudices iniurati.

Accuſatorum triplex genus.

Quadruplatores.

paſcunt Reorũ ſordibus, vt Caſſius Seuerus apud Fabiũ lib. 11. Dij boni (inquit) viuo, & quo me viuere iuuet Aſpernatẽ Reum video. quod tanquam non inuitè, ſed cum voluptate Accuſantis epiphonema reprehendunt multi. Quid enim crudelius, quid immanius, quàm ſanguinis humani flagrantiſſima ſiti ardere? At iſti ſanguinarij, etiam ebrij cruore, priùs laſſantur, quàm ſatiantur. Ante Cæſarum tempora Quadruplatores, pòſt Delatores cœperunt dici, qui & Græcis Sycophantæ. Sũt autem Quadruplatores [3], qui in pręmium accuſationis, quartam partem bonorum damnati conſequũtur, aut eorum Delatores, qui in quadruplum damnabantur, vt furti manifeſti, aleæ, & pecunię grauioribus vſuris fœneratæ, quàm quibus per leges licebat: teſtis Pędianus. Qua forma dicta eſt Fabio quadrantaria Clytęmneſtra [4], quæ quadrante ſui copiam faceret. Quadruplari, factitare, & profiteri quadruplaturam. Plautus in Perſa:

Inciuile epiphonema.

Sycophantæ.

Quadrantaria Clytęmneſtra

Quadruplari.

Neque quadruplari me volo: neque enim decet
Sine meo periculo ire aliena ereptũ bona.

Neque

Neque illi qui faciunt, mihi placent.

De ijs Plinius in Panegyrico: Ereptum alienas pecunias eunt? perdent quas habent. Expellere penatibus geſtiunt? ſuis exturbentur. Quanquam nō ſemper premiū accuſationis fuit quarta pars bonorum. Tranquillus in Nerone: Præmia Delatorum Papię legis ad quartas redegit, diuiſis Populo viritim quadragenis nūmis. De qua lege fortaſſis intelligitur Aſconius in Milonianam: Milo poſtero die factus reus ambitus, apud Man. Torquatum abſens damnatus eſt. Illa quoq; lege Accuſator fuit eius Appius Claudius, & cū ei præmium lege daretur, negauit. Poſt paucos dies quoque Milo apud Fauonium Quæſtorem de ſodalitijs damnatus eſt, accuſante Publio Clodio Nerato, cui pręmium lege datum eſt. Magni ergò viri præmium non accipiebant, ne quadruplaturam exercuiſſe viderentur, ſed odio quodam vitiorum, aut famæ cupiditate ad dicendum deſcendebant. Plinius libro ſexto ad Quadratum: Auidius referebat Thraſeam præcipere ſolitū ſuſcipiendas eſſe cauſas, aut amicorum, aut

Premiū Accuſationis.

Papia l.

Magni viri præmium non accipiebant.

deſtitutas, aut ad exemplum pertinentes. Cur amicorum? nõ eget interpretatione. Cur deſtitutas? quòd in illis maximè & conſtantia agẽtis, & humanitas cerneretur. Cur pertinentes ad exemplum? quía plurimũ referret bonum, an malum ducẽ haberent. Ad hæc ego cauſarũ genera, ambitioſè fortaſſè, addam tamen claras & illuſtres: Æquum enim eſt agere nonnunquã gloriæ & famæ. Hæc Plinius: quaſi reliquas Rabulis, & quęſtuarijs Cauſidicis relinqueret, ex quibus ſunt Delatores, de quibus idem Plinius lib. 5. ad Valerianũ: Sed priuſquam ſententiæ dicerentur, Nigrinus Tribun. Plebis recitauit libellum diſertum & grauem, quo queſtus eſt venire aduocationes, venire etiam præuaricationes, in lites coiri, & gloriæ loco poni ex ſpolijs ciuium magnos, & ſtatos reditus. Tranquillus in Tyberio: Decreta Accuſatoribus præmia, nonnunquam & Teſtibus, nemini Delatorum fides abrogata.

Gloria, magna Oratoris merces.

Criminantes. Criminantes etiam dicuntur. Idẽ in Caligula: Sæpè in cũctos pariter Senatores, vt Sciani Clientes, aut matris, & fratrum ſuorum Delatores inuectus eſt, prolatis libellis,

bellis, quos crematos ſimulauerat, defenſaque Tyberij ſęuitia, quaſi neceſſaria, cũ tot criminantibus credendum eſſet. Aſſidui [5] fuerunt hi Delatores Principibus (ô vtinam ne nunc ſint) qui nõ modò crimina Maieſtatis, ſed & quęuis alia obijcerẽt, modò indè rediret ad Fiſcum, aut Ærariũ aliquid. Sueton. in Domitiano: Nihil penſi habuit, quin prędaretur omnimodo bona virorum & mortuorum vſquequaque, quolibet, & Accuſatore, & crimine corripiebantur. Satis erat obijci qualecunque factum dictumque aduerſus Maieſtatem Principis. Confiſcabantur alieniſſimę hęreditates, vel exiſtente vno, qui diceret ſe audiſſe ex defuncto hæredem ſibi Cæſarem eſſe. Idem tamen in initio Principatus iuſtiſſimus fuit in Delatores. Fiſcales (ait Suetonius) calumnias magna calumniantium pœna repreſſit, ferebaturque vox eius, Princeps qui Delatores non caſtigat, irritat. Quod Domitiano gratulatur Martialis hoc Epigrammate:

Domitianus.

Apophtegma.

Turba grauis paci, placidæq́; inimica quieti,
Quæ ſemper miſeras ſolicitabat opes.

Tradita Getulis, nec cepit arena nocentes,
Et Delator habet, quod dabat exilium.
Exulat Auſonia profugus Delator ab vrbe,
Impenſis vitam principis annumeres.

Indices. Indices etiam dicuntur: Plinius in Panegyrico: Vidimus Delatorum indicũ quaſi graſſatorum, quaſi latronum, non ſolitudinem illi nouiter, ſed templum, ſed forum inſederant. Nulla iam teſtamenta ſecura, nullus certus ſtatus, non orbitas, nõ liberi proderant, auxerat hoc malũ Principum auaritia. Deindè pòſt: Et fortaſſè non eadem ſeueritate Fiſcum, qua Ærarium cohibes, imò tanto maiore, quantò plus tibi licere de tuo quàm de publico credis. Indicinum. Vndè indicinũ præmium Indicis, vt qui aliquid inuenerunt cum indicant domino, & dominus agnoſcens beneficium aliquid reponit, indicinũ [6] cõſequuti dicuntur. Apuleius lib. 7. Aſini aurei indicinam vocat. Vlpianus in l. falſus. §. qui alienum. ff. de furtis μήνυτρα vocat. Ex quo Plinij loco conſtat manubias ex proſcriptionibus refectas modò in Fiſcũ, modò in Ærarium collatas. Hos ergò ſiue Quadruplatores, ſiue Delatores, ſiue Emiſſa-

miſſarios edicto grauiſſimo ſuſtulit Titus Veſpaſianus, in cuius vita ſic Tranquillus: Inter aduerſa temporũ, & Delatores, Mãdatoreſque erant ex licentia veteri, hos aſſiduè in foro flagellis & fuſtibus cęſos, ac nouiſſimè traductos per Amphiteatri arenam partim ſubijci in ſeruos, ac venire imperauit, partim in aſperrimas inſularũ auehi. Faciebant autẽ magnum quæſtum calumniando Delatores, quod intelligitur ex ijs quæ diximus, & ex Martiale lib. 11. in Vacerram. *Titus Veſpaſianus.*

Et Delator es, & Calumniator,
Et Fraudator es, & Negotiator,
Et Fellator es, & Laniſta, miror
Quare non habeas Vacerra nummos.

Cicero ad Quintum fratrem Proconſulem Aſiæ: Acerbiſſima Prętorum auaritię miniſtra calumnia. Propter Delatores ait: Calumniator enim Delator eſt. Eiuſdem gregis ſunt Sectores, qui delatorũ proſcriptionibus interſunt, bona diſtrahunt, manubiarum partem capiunt. Cic. 2. Philip. Tãtus igitur te ſtupor oppreſſit, vel vt veri⁹ dicã tãtus furor, vt primũ cũ Sector ſis iſto loco natus. Deindè cum Pompeij *Sectores.*

Sector,

Sector, non te execrãdum Populo Rom. non deteſtabilem, non omnes tibi Deos, omnes Homines,& eſſe inimicos,& futuros ſcias. Tacitus lib. 13. Eius Accuſationis auctor extitit Pætus quidam exercẽdis apud Ærarium ſectionibus famoſus.

Boni Principes Delatores exturbarũt eliminaruntq́.

Hoc igitur Collegium, quod coiuit ex his nebulonibꝰ, Delatoribꝰ, Quadruplatoribus, Sectoribus, Mandatoribus, Emiſſarijs funditus ſubuertit primũ Diuus Titus, deindè Nerua, tandem Traianus. Plinius in Panegyrico: Ingenti quidẽ animo Diuus Titus ſecuritati noſtrę vltioniq́ue proſpexerat, ideoq́ue numinibus æquatus eſt,ſed quanto tu quãdoq; dignior cœlo, qui tot res illi adiecisti, propter quas illum Deum fecimus. Id hoc magis arduum fuit, quod Nerua Imperator te filio,te ſucceſſore digniſſimus, per quem magna quędam edicto Titi aſtruxerat, nihilq́ue reliquiſſe tibi videbatur, qui tam multa excogitaſti, vt ſi ante te nihil eſſet inuentum. Deindè paulò pòſt: Quàm iuuat cernere Ærarium ſilens & quietum. & quale ante Delatores erat,nũc tẽplum illud,nunc vere Deus, non ſpoliariũ ciuiũ cruen-

cruentarumque prædarum ſæuum receptaculum, ac toto in orbe terrarũ adhûc locus vnus, in quo optimo Principe, boni malis impares eſſent, manet tamen honor legum, nihilque ex publica auctoritate conuulſum, nec pœna cuiquam remiſſa, ſed addita eſt vltio, ſolumque mutatum, quod iam non Delatores, ſed leges timentur: Quo in loco elegantiſſimè exaggerat deportationem ad quam cõdemnati erãt Delatores. Contigit (inquit) deſuper intueri Delatorum ora ſupina, retortaſque ceruices agnoſcebamus, & fruebamur, cùm velut piaculares publicę ſolicitudinis victimæ ſupra ſanguinẽ noxiorum ad lenta ſupplicia grauioreſque pœnas ducerentur. Sed paulatim renaſcebatur eiuſmodi peſtis, quæ tamen & ſæpius extincta eſt, vt ſub Antonino Pio, & Marco Philoſopho Imperatoribus. Iulius Capitolinus in Antonino Pio: Prouincię ſub eo cunctæ floruerunt, Quadruplatores extincti ſunt. Idem Capitolinus in Marco Philoſopho: Cauit & ſumptibus publicis, & calumnijs Quadruplatorum interceſſit, appoſita falſis Delatoribus nota, Dela-

Deportatio Delatorum.

ta: Delationes, quibus Fiſcus augeretur, contemſit.

COROLLARIVM.

Diuinationes. 1. Vt multi ſimul deferrent) *Ad rem facit l. vlt. de colluſ. deteg. ff. Si plures (inquit I.C.) ad colluſionem detegendam pariter accedunt, cauſa cognita, quis debeat admitti comparatis omnium moribus, & ætatibus, et cuius magis intereſt, ſtatui oportet. Quod ijſdem ferè verbis repetit Vlpian. l. 16. de accuſat. & inſcript. quibus conuenit etiam l. 2. de Popular. act. Hypoteſis aũt ſiue caſus peti poteſt ex l. 1. §. ſi ſimul ad accuſationẽ. ff. ad l. Iul. de adult.*

2. Lib. 2. diſſeruimus) *Cap. 6. & 7. noſtræ Hiſtoriæ. Quibus addatur & hoc Plutarchi in Lucullo: Id accuſandi ſtudium, vel ſine priuata occaſione haud ignobile videbatur: quinimo plurima delectatione eos mirari laudareq́ iuuenes cõſueuêre, quos ſceleſtis ac flagitioſis hominibus, ceu feris generoſos catulos, acerrimè cernerent incumbentes.*

Quadruplatores. 3. Sunt aũt Quadruplatores) *Sic Tacit. lib. 4. Annalium: M. Lepidus Accuſatoribus ſecundum neceſſitudinẽ legis, cætera liberis conceſſit. Quod & adhuc obſeruatur in quibuſdã edictis Regijs, vt Accuſatoribus, & Denuntiatoribus, imò etiam Iudicibus aliquota pars cedat bonorum commiſſorũ. Cicero autem in Oratione pro Roſcio ait cibaria Accuſatoribus præberi ſolita.*

4. Fabio quadrantaria Clytæmneſtra) *Fab. lib. 8. c. 6. circa finẽ, ait apud Cæciliũ quandã Clytæmneſtrã quadrantariam in triclinio Coam in cubiculo Nolam dictã, quo nomine malè audiuit Clodia Metelli Celeris vxor, cuius etiã meminit Plutar. in vita Ciceronis. Interpretationem verò ænigmatis re-*

Clodia Metelli vxor.

quire ab Andrea Alciato lib.2.Parerg. cap.12. Ioanne Brodæo lib. 3. cap. 24. Miſcellaneorum. Adrian.Turneb.Aduerſ.lib.3.cap.19.

5. Aſſidui fuerunt hi Delatores Principibus) *Non poſſum mihi tẽperare in odiũ harũ peſtiũ, quas etiã graſſari vidimus nõ ità pridẽ, quin illud addã ex Seneca lib. 3. de benef. cap. 26. Sub Tyberio Cæſare fuit accuſandi frequẽs, et penè publica rabies, quæ omni ciuili bello grauiùs omnẽ togatam ciuitatẽ cõfecit. Excipiebatur ebriorũ ſermo, ſimplicitas iocantiũ, nil erat tutũ, oĩs ſæuiendi placebat occaſio, nec iã Reorũ expectabatur euẽtus, cũ eſſet vnus. Cœnabat Paulus Prætorius in cõuiuio quodã, imaginem Tyberij Cæſaris habẽs exculptã, eminente gẽma, rem ineptiſſimã fecero, ſi nunc verba quæſiero quẽadmodum dicã, matellã ſumſiſſe. Quod factũ ſimul & Macro ex notis illius tẽporis Veſtigatoribus notauit. At ſeruus eius, cui nectebãtur inſidiæ, ei ebrio annulũ extraxit, & cũ Macro conuiuas teſtaretur admotã eſſe imaginẽ obſcœnis, & iã ſubſcriptionẽ cõponeret, oſtẽdit in manu ſua ſeruus annulũ: Quibus ſubſcribit etiam Sueton. in Tyberio: damnato, inquit, Reo paulatim genus calũniæ eò proceſſit, vt hæc quoq; capitalia eſſent, circa Auguſti ſimulachrũ ſeruũ cæcidiſſe, veſtẽ mutaſſe, nũmo vel annulo effigiẽ impreſſam latrinæ, aut lupanari intuliſſe. Ex quibus apparet quã miſerũ fuit vitã viuere aut protrahere ſub huiuſmodi Tyrãnis, qui nil prius habebant, aut antiquius, quã ex ciuium miſerorũ ſpolijs, et fortunis diteſcere, & Fiſci loculos implere: quod vt citiùs, & liberiùs facerent, bonos & improbos, ſontes atq; inſontes nullo diſcrimine mactabãt, trucidabant. Tanta autem erat, tamque ardẽsſitis, tã rabida*

Accuſatorum frequẽs rabies.

rabida fames ſanguinis, & auri, vt ſi toti maderet, & plenis faucibus ſe vtroque proluerent, & ingurgitarent, tamen expleri, aut ſatiari nunquam poſſent, vnicum reſtabat remedium huic morbo, vt ex vtre Tomyridis, quo ſatiauit Cyrum, aut poculo liquido, quod Parthi Craſſo *propinarunt, biberent, quibus hic ardor reſtingui potuiſſet. Dij tales auertite peſtes, vt ne nominentur quidem in Republica Chriſtiana. Sanctiùs Diuus Adrianus, vt ait* Paulus *I.C. in l. 8. de bonis damnatorum, in hæc verba reſcripſit: Fauorabilem apud me cauſam liberorum Albini numerus facit, cũ ampliari imperium hominum adiectione potius, quàm pecuniarum copia malim. Eſt tit. lib. 11. C. de Delatoribus, vbi l. fin. ait ſeruum domini delatorem in exemplum omnium proditorum ſeueriſſimæ ſententiæ debere ſubiugari, etiamſi obiecta probauerit, quæ interpretationem recipit ex l. 53. de iud.* ff.

Adrianus Imperator.

Seruus domini delator.

6. Indicium conſequuti dicuntur) *Facit ad rem l. Cornelia §. vlt. de iniurijs. l. ſolent. de præſcript. verb.* ff. *Quidam autem in d. l falſus legebant euangelia, ſunt autem mercedes allati iucundi nuntij. Cice. ad Atticum: ô ſuaues epiſtolas, quibus euangelia deberi fateor. Budæus* μήνυτρα *reſpoſuit, id eſt, indicij præmium. Liuius lib. 2. Præmium Indici pecunia ex Ærario, libertas, & ciuitas data. Sic minitra dici poſſunt præmiũ, et honor, quibus donatur is, qui in exordio initæ factionis ſtudio veræ laudis accenſus ipſe prodiderit factionẽ, vel impunitas, & venia, qui vſus fuerit factione, ſi vel ſerò, incognita tamẽ adhûc, conſiliorum arcana patefecerit in l. quiſquis. §. vlt. ad l. Iuli. Maieſtat.*

Euangelia.

Epinicia

Epinicia autem apud nos celebrantur, quandò ſupplicationes decernuntur, & hymni decantantur publicè ad agendas gratias Diuis pro læto nuntio. Epinicia.

ARGVMENTVM.

¶ De Præuaricatoribus, & eorum pœna.

Caput 3.

DELATORIBVS victoribus præmium decernebatur, aliâs certum, vt lege Papia, & more recepto in quadruplaturis, aliâs arbitrarium, honorariumque, vt lege recẽti quæſtionis, quam Prætor ferebat, aut Senatus. Tacitus lib. 4. Quia Cornutus ſua manu ceciderat, actum de præmijs Accuſatorum abolendis, ſi quis Maieſtatis poſtulatus ante perfectum iudicium ſe ipſe vita priuauiſſet, ibaturque in eam ſentẽtiam ni duriùs cõtraque morem ſuum palàm pro Accuſatoribus Cæſar inritas leges, Rempub. in præcipiti conqueſtus eſſet, ſubuerterent potiùs iura quàm cuſtodes eorũ amouerent. Sic Delatores genus hominũ publico exitio repertum, & pœnis quidem nũquam ſatis coërcitum per præmia eliciebantur *Delatorũ præmia.*

bantur. Victis autem pœna irrogabatur, vt enim odium iuſtum vitiorum mercedem meretur, ita innocentium calumnia, aut proditio ſupplicium: Ideò Sycophantis, Calumniatoribus, Præuaricatoribus, Tergiuerſatoribus & reliquis multæ ſunt conſtitutę, qui, quia non obtinent cauſam, & temerè accuſant, impudentis audaciæ

Præuaricator. dant pœnas. Præuaricator foris prę ſe fert ſpeciem hoſtis, denũtiatis extremis Reo, intùs verò animum habet amiciſſimũ, & cùm ſimulat accuſationẽ, diſſimulat ſubſcriptionem, aduocationẽ, patrocinium, cognitionem quam Reo commodat, & cùm tenere Reum poſſit & dãnare, dolo patitur ſibi eripi. vt in Piſonem Cicero vocat Publium Clodium Catilinę pręuaricatorem, quòd eo accuſante repetũdarum Catilina abſolutus ſit.

Transfuga. Idem ferè eſt cũ proditore, & transfuga, qui in procinctu prælioque arma abijcit, ſupplicesque manus tendens ſeſe dedit, aut ſtationem deſerit, aut in hoſtiũ partẽ concedit. Fab. lib. 12. cap. 1. An ei, qui ad defendẽdas cauſas aduocatur, nõ eſt opus fide, quẽ nec cupiditas corrumpat, nec gratia auertat, nec

metus

metus frãgat,ſed proditorẽ,trãsfugã,præuaricatorẽ donabimus Oratoris illo ſacro nomine? Qui locus nõ magis de Accuſatore, quã Patrono Rei capiẽdus eſt: Quicũque enim corruptus prodit cauſam vel Actori, vel Reo,præuaricator eſt, vt eſt apud Cic.in Partitionib⁹.cui Vlpian.[1] ſubſcribit lib.47.ff.tit.de Pręuaricatorib.Pręuaricator eſt,quaſi varicator,qui diuerſam partem adiuuat prodita cauſa ſua. Quod nomẽ Labeo à varia certatione tractũ ait, nã qui pręuaricatur, ex vtraq; parte conſiſtit.Fab.lib.12.cap.9.Afferet ad dicẽdum curę ſemper quãtũ plurimũ poterit, neq; enim ſolũ negligẽtis, ſed & mali, & in ſuſcepta cauſa perfidi, ac ꝓditoris eſt peiùs agere,quã poſſit:Ideoq; ne ſuſcipiẽdę quidẽ cauſę ſunt plures,quã quib. ſe ſuffecturũ ſciat,dicet ſcripta quã res patietur plurima,& vt Demoſth.ait,ſi cõtingit & ſculpta. Plin.lib.2.ad Tacitũ:Præuaricatio eſt tranſire dicenda,pręuaricatio etiã curſim, & breuiter attingere, quæ ſunt inculcanda,infigenda,& repetenda. Ex quibus ſatis cõſtat præuaricatorẽ eũ eſſe, quicunque ex fide iniunctũ receptũq; officiũ nõ

Vnde Præuaricator.

Præuaricatio.

 implet,

implet, ſed perfunctoriè adhibita fraude doloque varius titubat, aut in alteram ma gis incumbit partem, à qua recedere deberet. Ideò milites præuaricantur, cũ bellum cauponati, corrupti ab hoſtibus variè ſeſe in conflictu gerunt, quos proditores tranſfugaſque iam iam citiati auctores vocant. Et in ſacris Biblijs præuaricator legis homo dicitur, qui, quũ ad præſcriptũ legis ſeſe cõponere deberet, in quam iurarat, cùm primùm ſacroſancto piacularis lauacri ſacramẽto Chriſtianæ militiæ nomen daret, deſerto ſacramento, prodito duce, corruptus diabolo dæmonũ in hoſtium partem concedit, inſignibuſq; primæ militiæ ornatus, nomine, cruce, & cęteris coit fœdus turpiſſimũ cum ijs, quibuſcum æternum infinitumque eſt cum duce bellum. Trãſlatum verbum eſt, aut à Caſtris, aut à Foro. Iuriſcõſulti tamen ſtrictiùs hoc vocabulum coërcẽt, vt extra Forum excurrere nõ poſſit, ſed ibi tanquã in ergaſtulo cõſtringatur in Accuſatorũ ſubſellijs, vt cũ Turpilianum Senatuſcõſultum interminatur pœnas Pręuaricatoribus, Calumniatoribus, & Tergiuerſatoribus.

Milites præuaricantes.

Præuaricator homo Chriſtianus.

S C. Turpilianum.

ribus. Illîc Præuaricatores ſunt ſolũ ij, qui cauſam aduerſarijs ſuis donãt, & ex parte Actoris in partem Rei cedunt. Vlpian. in l. Præuaricatores. ff. de verb. ſignific. vel vt Marcellus [a] alibi ad S.C. Turpilianum lib. 48. ff. qui colludũt cum Reo, & trãſlatiuè munere accuſandi defungũtur, eò quòd proprias quidem probationes diſſimulãt, falſas verò excuſationes admittũt. Eſt enim præuaricari vera crimina abſcõdere. Plini. lib. 3. ad Minutianũ: Eſt lege cautum, vt Reus antè peragatur, dehînc de Præuaricatore quæratur, quia optimè ex accuſatione ipſa Accuſatoris fides ęſtimatur. De Norbano loquitur, cui obiecta erat præuaricatio. Additque: obiecta ſunt multa, quę magis, quàm præuaricatio, nocuerunt. Tandèm: dãnatus, & in inſulã relegatus eſt. Satis conſtãt præuaricationis crimẽ ante accuſationem obijci nõ poſſe: Nam qui nondũ Accuſator eſt, quomodò præuaricabitur? Et qui pręuaricabantur corrupti nummis, bouem in lingua habere dicebantur. Plinius lib. 18. cap. 3. Itaq; qui multæ pẽdendę metu deterriti reticerẽt, aut qui pecunia corrupti loqui nõ auderent,

Pręuaricari quid.

Bôs in lingua.

 derent,

derent, bouem in lingua dicebantur habere, cuius adagij myſterium explicatur ab Eraſmo. Porrò præuaricationis pœna ordinaria nõ eſt relegatio in inſulam: nam pura non erat Norbani cauſa, ſed cõiuncta cum alijs criminibus, vt in eadem dicitur epiſtola. Vt ergò intelligamus pœnam conſtitutam, biſariam committitur, ab Accuſatore, & Defenſore. Vterq; infamis fuit, quia perfidus, ex Prætoris edicto; *Qui in iudicio publico calumniæ, præuaricationiſue cauſa quid feciſſe iudicatus erit, infamia notator*, ex l. 1. ff. de ijs qui notãt. infam. Marcellus[3]. Si is, de cuius calumnia agi prohibetur, præuaricator cauſa iudicij publici pronuntiatus ſit, infamis erit. Venuleius:[4] Accuſator de præuaricatione cõuictus poſteà ex lege nõ accuſat. Accedit infamiæ pœna extraordinaria ex æquitate Iudicis ſtatuẽda habito circũſtantiarum omniũ delectu. Vlpianus[5]: Aduocatus nõ propriè præuaricator dicitur. quid ergò de eo fiet ſiue priuato iudicio ſiue publico præuaricatus eſt, hoc eſt, prodiderit cauſam? hic extra ordinẽ ſolet puniri. Deindè ſequitur[6]: Hodiè ijs, qui præ-

Præuaricationis pœna.

Infamia.

uaricati

uaricati ſunt, pœna iniũgitur extraordinaria. Sed modus ſtatuendæ vtcunque præſcriptus ab Alexandro Seuero, & patre eius Heliogabalo: Reſcripſerunt enim teſte Iulio Paulo [7], in criminibus quę extra ordinem obijciuntur præuaricatores eadem pœna affici debere, qua tenerẽtur, ſi ipſi in legem commiſiſſent, quia Reus propter præuaricationem abſolutus eſt. Si crimen erat ordinariũ ordinariæ, ſi extraordinariũ talione pœnæ extraordinariæ afficiebantur. Itaque nihil pœna pręuaricationis à calumniæ diſtat, vtraque infamiam & talionem irrogat, vt ferè in omnibus accuſationibus, quæ temerè inſtituuntur l.fin. C. de Accuſat.l. fin.C. de Calumniatoribus. Eſt etiam præuaricatio [8] in priuatis, vt ſatis indicat ſeries titulorum in Pandectis, cùm publica iudicia pręcedat de præuaricationibus tractatus, & apparet ex l. 1. C. de Aduocat. diuerſ. Iudic. Non autem licet ab accuſatione deſiſtere poſt inſcriptionem, niſi partis Reæ, & Iudicis conſenſu, aut intra triginta dies l.2. & l.fin. C.de abolitionibus.

Talio debetur Præuaricatoribus.

COROLLARIVM
ad caput tertium.

1. Cui Vlpianus ſubſcribit) *L.* 1. *Adde l.* 212. *de verb. ſignific.*
2. Vt Marcellus alibi) *L.*1. *ad S.C.Turpil.* ff.
3. Marcell⁹: ſi is qui) *Vel Macer l.*4. *de præuar.* ff.
4. Venuleius) *L.* 5. *eod.*
5. Vlpianus) *d.l.* 1. *de Præuaricat.*
6. Deindè ſequitur) *L.*2. *de Præuaricat.* ff.
7. Teſte Iulio Paulo) *L.* 6. *eod.*
8. Præuaricatio in priuatis) *Adde l.*1. *&* 3. *de Præuaricat.* ff.

ARGVMENTVM.

¶ De Tergiuerſatoribus, Mandatoribus, Emiſſarijs, & alijs id genus.

Caput 4.

ALTERA eſt in accuſando temeritas Tergiuerſatio. Eſt autē tergiuerſari, vt Marcellus [1] docet, in vniuerſum *Tergiuerſari.* ab accuſatione deſiſtere, quanquam aliud etiam ſignificet, terga nimirum vertēdo, more Parthorum refractariè pugnare, atque in ipſa fuga victoribus reſiſtere, vt cū victos pudet, omninò abiectis armis manus tendere more Protei

Proteus. *Omnia* [2] *transformant ſeſe in miracula rerum,*

Ignemq́;

Ignemq́, horribilemq́, feram, fluuiumq́, liquentem.
Verùm vbi nulla fugam reperit fallacia, victi
In ſeſe redeunt.

Cicero in Oratione pro L. Flac. de quodam, qui, quia inuitè ſoluebat debitum, omnes latebras, diuerticula omnia quærebat, vt ſeſe iudicio eriperet: Hunc (ait Cicero) æſtuantem, & tergiuerſantem iudicio, ille perſequitur, à Recuperatorib⁹ cauſa cognoſcitur. Sed in argumẽto Turpiliani, de quo iam mẽtio, ijs qui iudiciũ inchoatũ deſerũt, pœna deſtinatur: quorum impotẽs impudẽtia voluptaſque ex vexatione, ſordibuſque ciuium commouit ampliſſimos Patres, vt decreto in poſterum cauerẽt, ne quis tã improbo exemplo negotiũ impunè faceret bonis viris: Latum ergò ad Ærarium eſt Turpilianũ S. C. ad inhibẽdam iſtorum temeritatẽ, cũ antè id fieret impunè, nulla iſtis ludificationibus pœna impoſita, vt poſt delationem Reus nõ perageretur. Ideoque L. Sylla à Cẽſorio Repetũdarum accuſato, Cenſorius ab accuſatione impunè deſtitit, vt *S. C. Turpilianum.*

tit, vt legitur apud Plutarchum in Sylla. Plinius[3] ad Cornelianum: Deindè conuerſus ad nos ἐπίσασθε quid facere debeamus: Iſti enim queri volunt, quod ſibi licuerit non accuſare. Tùm ex conſilij ſententia iuſſit denũciari hæredibus, aut agerent, aut ſinguli approbarent cauſas nõ agendi, alioqui ſe vel de calumnia pronuntiaturum. Hîc Calumnia pro tergiuerſatiõe accipitur nõdùm fortè annotato diſcrimine, vt etiam in l. inter. ff. de public. iud. vbi calumnia pro tergiuerſatione capitur. Eſt autem contrarium peragere. Plinius ibidem: Admonitus, vt perageret accuſationem, peregit inuitus. Et ibidẽ, remittere accuſationem: Et cùm ex hæredibus quidam quaſi reuerentia Eurythmi remitteret accuſationem, pulcherrimè dixerat, nec ille Polycletus, nec ego Nero. Vlpian. in l. 2. ff. ad l. Iuliã de adulter. Peregiſſe nõ aliâs quis videtur, niſi & condẽnauerit. Eadem forma dicimus perrogare de aliquo, quod eſt expedire cognitionẽ & euacuare proceſſum. Plin. lib. 6. ad Tyronẽ: fecit pulcherrimè Cęſar, non enim de Bructiano, ſed ſtatim de Atticino perroga-

Calumnia.

Peragere.

Remittere accuſationem.

Perrogare.

rogauit, damnatus, & in inſulam relegatus. Pœna verò ſtatuta ijs, qui committerent in S. C. erat quinque librarum auri, vt idem Marcellus docet l.3. ff. de præuaricat. aut extraordinaria cum infamię nota, vt Imperator Gordianus [4] reſcripſit. & excludebatur à repetendo Reo l. cum Titia.ff. de accuſat. Mandatores, & Emiſſarij hoc etiam S.C. tenentur, quod ſignificat Marcellus [5] periphraſticè his verbis: Incidit in hoc S. C. & qui Accuſatorem ſummittit, aut qui inſtigat, aut qui mandat alicui, & inſtruit eũ ad accuſationem capitalem, dando probationes, allegando accuſationes, & meritò: nam diffidẽdo crimini quod mouet, & eximẽdo ſe periculo calũniæ vel deſertionis, meritò calumniãtis, & deſiſtentis pœnæ ſubijci debuit. Hactenus de Mandatoribus, quos deſcribit tanquã ſubornatores Delatorum, impulſores, auctores, ſuaſores, qui alijs negotium darent Reos peragendi. de quibus Trãquillus in Tito: Inter aduerſa temporum, & Delatores, Mãdatoreſque erãt ex licẽtia veteri, hos aſſiduè in foro flagellis & fuſtibus cęſos, ac nouiſſimè traductos p

Mandatores.

Amphi-

Amphitheatri arenã partim ſubijci in ſeruos,ac venire imperauit, partim in aſperrimas inſularum auehi. Curtius lib. 1. Gẽtis eiuſdem leuiſſimos falſis criminibus aſtrinxit, monitos tùm demũ ea deferre, cùm ipſe iuſſiſſet. Loquitur de quodã ſpadone,qui mãdabat delationes inſontium.

Emiſſarij. Emiſſarij verò fortaſſis ijdem ſunt cũ ſubornatis,ſummiſſis, ſubiectis, quaſi Mãdatorũ miniſtris,id eſt, Mandatarijs. De illis ibidẽ Marcellus: Tenetur Mãdator S.C. niſi (ait) ſubornatus Accuſator probauerit crimẽ,quod intendere ſuſcepit,nec intereſt,per ſe mãdauerit accuſationem, an per aliũ. Verùm hũc, qui hoc miniſterio vſus eſt ad mãdandam accuſationem, non ex verbis,ſed ex ſentẽtia S. C. puniri Papinianus reſcripſit: Summiſſus enim Accuſatór ſimiliter eodem S.C. plectitur,id eſt,propter hoc ſolũ punitur, quòd miniſterium alieni timoris receperit. Idẽ [6] alibi: In S.C. Turpilianũ incidũt, qui ſubiecisſent Accuſatores,aut ſubiecti poſtulaſſent,nec peregiſſent Reos, aut aliter quã abolitione facta deſtitiſſent, quiq; chirographum ob accuſandũ dediſſent, pactionémue

Sũmiſſus Accuſator.

némue

némue aliquam interpoſuiſſent. Hoc autem verbũ (peregiſſent) ad vniuerſos ſupraſcriptos pertinere dicẽdum eſt. De Emiſſarijs ſic meminit Tranquillus in Domitiano: Aretinũ Clemẽtem Cõſularem virum è familiaribus & emiſſarijs ſuis capitis cõdemnaturus in eadem, vel etiã maiore gratia habuit, quoad nouiſſimè ſimul geſtanti, cõſpecto Delatore eius, vis, inquit, cras hũc nequiſſimum ſeruum audiamus? Non ſum tamen neſcius à Pędiano dici Emiſſarios furtorum cõciliatores & internuntios, quæ à Magiſtratibus cõmittuntur. Tùm demùm autem dicuntur tergiuerſari, cũ poſt inſcriptionẽ litemq; conteſtatam, non impetrata abolitione Reos non perſequuntur. Hanc inſcriptionem Papinianus vocat denuntiationem: Mulier (inquit) quæ falſi crimen, iniuriæ propriꝫ poſt interpoſitam denuntiationẽ deſiſtens omiſit, ex S.C. teneri non videtur. Itaque dicti Nuntiatores qui ijdem ſunt cũ Indicibus. Iulius Paulus [8]. Nuntiatores, qui per notoria indicia produnt, notorijs ſuis aſſiſtere iubentur. Crimẽ autẽ tergiuerſationis aliâs vocatur deſertio. Marcel-

Emiſſarij conciliatores furtorum.

Quando tergiuerſatur.

Denuntiatio & inſcriptio.

Nuntiatores.

Marcellus [9]: nam diffidēdo crimini quod mouet,& eximendo ſe calumniæ, vel deſertionis, meritò calumniātis, & deſiſtentis pœnæ ſubijci debuit. Et deſertores qui tergiuerſantur quaſi Apoſtatæ deficiunt, pugnamque detrectant. Idem Marcellus paulò antè: Si dicatur aliquis in S. C. inci-diſſe, Præſidis erit ſuper ea re notio,& tamen contra deſertorem S. C. non interuenit actio.

Apoſtata.

Corollarivm. ad caput quartum.

1. Vt Marcellus docet) *Aliàs inſcribitur Martian. l. 1. ad S.C. Turpil.* ff.
2. Omnia transformant &c.) *Verſus Vergilij ex quarto Georgicon nonnihil immutati.*
3. Plinius ad Cornelianum) *Lib. 6. epiſt.*
4. Gordianus reſcripſit) *L. 2. C. ad S.C. Turpil.*
5. Marcellus periphraſticè) *Lib. 1. ad S.C. Turpil.* ff. *cui adde l. 5. C. de accuſat.*
6. Idem alibi) *L. 15. ad S.C. Turpil.* ff.
7. Papinianus vocat) *L. 4. ad S.C. Turpil.* ff.
8. Iulius Paulus) *L. 6. eod. Quæ ſint notoria docet Budæus in l. ab accuſatione.* ff. *ad S. C. Turpilian. de quibus fit mentio in l. ea quidem C. de accuſat. l. 31. de Epiſcop. & Cler. C. Theodoſ.*
9. Marcellus) *d. l. 1.*

Notoria.

Argv-

ARGVMENTVM.

¶ De Calumniatoribus, & eorum pœna.

Caput 5.

SVNT & ex eorum ordine, qui cauſam non obtinent, neque probè Accuſatoris officio perfunguntur Calũniatores, qui etiam Calumnioſi dicuntur. Paul. in tit. ad Turpilianum [1]. Et in priuatis, & in extraordinarijs criminibus omnes calumnioſi extra ordinẽ pro qualitate admiſſi plectuntur. Sunt autem ij, qui falſa crimina intendũt: Itaque qui dolo petunt quid actionibus priuatis in ciuilibus controuerſijs, calumniari [2] non dicuntur, quia crimen abeſt, quod vt falſum imponere poſſunt: ità enim capiunt Iureconſulti in argumento accuſationum: Aliâs ab ijſdem pro dolo malo vſurpatur, vt in Rubrica 6. lib. 25. ff. Si mulier ventris nomine in poſſeſſione calũniæ cauſa eſſe dicetur. Sed & tit. de Calũniat. lib. 3. ff. locũ habet, tã in pecuniarijs, quàm publicis iudicijs. Cicero primo Officiorum: Exiſtunt etiam ſæpè iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida, & malitioſa iuris

Calũniatores. Calumnioſi. Dolus.

inter-

interpretatione. vt ſit calumniari aliquandò captare [3], & aucupari verbum interuerſo germano ſolidoque ſenſu. Idem pro Cecinna: Tum aucupia verborum & literarum tendiculas in inuidiam vocāt, tùm vociferantur ex ęquo & bono, non ex callido verſutoque iure rem iudicari oportere, ſcriptum ſequi calumniatoris eſſe', boniq; Iudicis volūtatem ſcriptoris, auctoritatemque defendere. Cæterū hîc ſequuti
Calūnia pro- ſrus
Marcellū, pro fruſtratoria doloque ſuſcepta & malefundata accuſatione interpretamur, quæ cōſtituta vindicatur. Olim an-
Talio.
te S.C. Turpilianum etiam fuit pœna talionis, vt caput habet ex 12. tab. *Calumniator idem patiatur, quod Reus, ſi conuictus eſſet.* Cicero pro domo ſua: Nomē Sexti Propertij detulit, accuſare alienæ damnationis ſceleriſque ſocius propter calūniæ metum nō eſt auſus. Quod idem ſanxit l.
l. Rhemia.
Rhemia: nam multæ leges 12. tabulis póſteriores repetita cōtinent argumēta decemuiralium, vt in pœna falſi, repetūda-
Antiquatæ ll.
rum &c. cū deſuetudine tāquam ſenio, ſituque paulatim exoleuiſſent, & in puteo obliuionis deſuetudiniſque cōcluſæ tandē luci red-

luci redditę ſint, non quòd extinctæ prorſus eſſent. Id quod Iuſtinianus ſignificanter exprimit, qui deſuetudine improbatū ius remedio Imperiali à ſe illuminatum iactat. Talionis vſus etiam penè exoleuerat tempore Auguſti licētia nimia Delatorum: Itaque inter alia benemerita numeratur à Trāquillo, quod diuturnorum Reorum nomina aboleuerit conditione propoſita, vt ſi quem quis repetere vellet par periculum pœnæ ſubiret: Quibus edicti minis quid opus fuit, ſi Rhemia vſitabatur? Sed iterùm obtinuit Delatorū gratia, vt deſineret huiuſmodi ſubſcriptio in talionem: Itaque Domitianus purgaturus Reorum album, qui ante quinquennium apud Ærarium pependerant, eos liberauit, nec repeti niſi intra annū, eaque conditione permiſit, vt Accuſatori, qui cauſam nō teneret, exiliū pœna eſſet. Rurſus per Titum, Neruam, Traianum ſublatis è medio Delatoribus reſtituta veteri legi per Senatuſconſultum Turpilianū auctoritas, pœnaque talionis: quod cū plura capita haberet, de Præuaricatorib⁹, & Tergiuerſatoribus, quod de Calumniatoribus *S. C. Turpilianum.*
Hh ſcriptum

ſcriptum erat, hac conſtitutione expreſſum eſt per Auguſtos Honorium [4] & Theodoſium. Quiſquis crimen intendit, non impunitam fore nouerit licentiam mentiendi, cum calũniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicij. Accedit talioni infamiæ nota, quæ ipſo iure (vt aiũt) inuritur, vt deinceps accuſare non poſſint. Sed in priuatis aliud conſtitutum: nam qui illìc calumniatur violat iuſiurandum, quod concepit de calumnia, ſoluitque impenſas litis, & nonnunquam infamis eſt, cùm olim vetere de calumnia actione in partem decimã litis Actor multaretur, vt Auctor Inſtitu. [5] lib. 4. ſcribit. citra tamen talionis periculum, cùm nullam pœnam à Reo exigat, qui criminatur in priuatis, & pecuniarijs cauſis. l. 1. l. in priuatis. ff. ad Turpilian. Cæterùm in vtroque iudicio poſt abſolutum demùm Reum de Accuſatoris calumnia quęritur, vt etiam nunc poſt ſententiam latam ad principale, proceditur ad expenſas: & in hac principis litis appendice de calumnia quæritur, quia ei impinguntur implendæ expenſæ in priuatis, in publicis pœna legi-

Infamia.

Calumnia in priuatis.

na legitima: quamuis nonnunquam cum ſententia abſolutionis adiungatur notatio calumniæ, idque officio Iudicis non actione aut lege.l.prima C.de Calumniatoribus.Marcellus in l. prima. ff. ad Turpilianum. Non vtique, qui non probat quod intendit, calumniari videtur, nam eius rei inquiſitio arbitrio Cognoſcentis committitur, quia Reo abſoluto, de Accuſatoris incipit conſilio quærere, qua mente ductus ad accuſationem proceſſit, & ſiquidem eius iuſtum errorem reperit, abſoluit eum: Si verò in euidenti calumnia eum deprehenderit, legitimam pœnam ei irrogat. Cuius loci elegantem hypotheſim, ſeu facti ſpeciem habet Aſconius in Scauranam: Cato cùm vellet de Accuſatoribus in conſilium mittere, multique à Populo manus in Accuſatores intenderent, ceſſit imperitæ multitudini, ac poſtero die in conſilium de calumnia Accuſatorum miſit. Caius Triarius nullam grauem ſententiam habuit, Subſcriptores eius Marcus & Quintus Pacuuij fratres denas, & Lucius Marius tres graues habuerũt. Hęc ille. *Hypotheſis l. 1 ad S.C. Turpilianum.*

Quo in loco mera eſt hiſtoria, peiùs actũ cum Subſcriptoribus, quàm cum primario Accuſatore. Et dilatum in poſterũ iudicium de calumnia contra morem receptum in d. l. 1. Quomodo ſeſe gereret in ea quæſtione Prætor, verba eiuſdem Marcelli eleganter enarrant: Sitne reus calũniæ, an non, ex verbis pronũtiationis manifeſtatur: Nam ſiquidem ità pronuntiauerit, *non probaſti*, pepercit ei. Si aũt pronuntiauerit, *Calumniatus es*, ἐσυκοφάντισας, quod erat ſolemne (vt patet in duabus Conſtitut. [6]Romani Imperator. ex quibus cauſ. infam. irrog.) condẽnauit eum, & quamuis nihil de pœna ſubiecerit, tamen legis poteſtas aduerſus eum exercebitur. Nam vt Papinian. reſpondit, facti quidem quęſtio in arbitrio Iudicantis eſt, pœnæ verò perſequutio non eius volũtati mandatur, ſed legis auctoritati reſeruatur. Deindè quęri poſſet, ſi ità fuerit interloquutus, *L. Titius temerè accuſaſſe videtur*, an Calumniatorem pronũtiaſſe videatur. Et Papinianus temeritatẽ facilitatis viam continere, & inconſultum calorẽ calumniæ vitio carere, & ob id nullam pœnam ſubire

ſubire oportere reſpondit. Ex quo verbo Græco, quod repoſitum eſt in lacuna pridem vacua, ſatis intelligitur Sycophãtas 7 *Sycophantæ.* Græcis, eſſe Latinis Calumniatores, ſed *Calumniatores vnde.* diuerſiſſima analogia: Illi enim à ficubus, hi à caluitio, & caluire, vt cauillari trahũt originẽ nominis: A ficubus, quia ficuum *Ficuum furta Athenis capitalia.* furta quæ Athenis capitalia erant (auctore Feſto Pompeio) deferrent: Plutarchus in libello de curioſitate, & in Sylla. Sycophantari *Sycophantari.* Plautus dixit in Trinumo, vbi Callicles:

————— Satis ſcitè & probè:
Quanquam hoc me etiam ætatis ſycophantari pudet.

Et alio in loco Charmides:

Enimuerò nũc Sycophantæ huic ſycophantari volo.

In qua comœdia Sycophantarum ſordes mirè deſcribũtur, qui ad artes nugatorias, & impoſturas ſuas locant operas de Foro cõducti. Plato in Dialogis de Legibus tollit huiuſmodi peſtes ex ſua politia. *Plato.* Verba interpretis Ficini ſubijciam: Si quis Iuſtitiæ vires in animis Iudicum euertere conetur, ac præter oportunitatem multa li-

tigia moueat, aut mouentibus adſit, agat in eum quicunq; voluerit malè agendi, atque iniquè defendendi crimine, iudiciumque eiuſmodi apud electos Iudices agitetur. Et ſi damnatus fuerit, diſcutiatur, an auaritia, an ambitioſa quadam contentione id fecerit: Ac ſi contentione, certum ipſi Iudices tempus præſcribant, in quo neque pro ſe, neque pro alio certam dicat agátue cauſam: Sin autem auaritia, peregrinus quidèm à regione abito, & ſi redierit, moriatur. Quod ſi ambitioſa cõtentione bis tale quid feciſſe dicatur, idipſum ſupplicium ſubeat. Hactenus Plato.

Accuſatoris mos deſuetudine antiquatus.

Verùm iure noſtris moribus recepto, omnis Accuſatorum ratio, & accuſatorij iuris hiſtoria deſuetudine antiquata, vt tãtùm vetus Accuſator per Procuratorem Cæſaris, aut Fiſci (nihil iam moror an Latinè ſint ijdem, quia Procurator Fiſci differt à Procuratore Cæſaris per l. fin. C. de Aduocat. Fiſci.) repręſentetur, cui temerè agenti nihil nocet præterquã iuriſiurãdi dati religio: nã extra ordinem pridem cœperũt publica iudicia exerceri: Itaque in capitalibus lęſi Reũ proſequũtur ciuiliter ad

ter ad cōſequēdum id quod intereſt. Procurator Fiſci publicā exigit vindictam, vt exemplo reliqui deterreantur. Porrò tenere cauſam (quia ad rē pertinet) dictū eſt à ſyluis, vbi qui venantur aſſequuti feram, eam teñere dicūtur. Cic. pro Cecinna de cauſa Curiana loquens: Et hoc loco Scęuolā dixiſti cauſam apud Centūuiros nō tenuiſſe. Et ſuprà ex Tranquillo: vt Accuſatori, qui cauſam nō teneret, exiliū pœna eſſet. Quod idem dicitur damnare Reum, quod non ſolius Iudicis, ſed illi cùm Accuſatore victore commune eſſet. Valerius [8] de Lucio Craſſo Prætore in Gallia: Cùm in eam Cn. Carbo, cuius patrem damnauerat, ad ſpeculanda acta ſua veniſſet. id eſt, Accuſator cauſam obtinuerat. Cicero in eadem Oratione: Non ſolùm egeris, verùm etiam condemnaueris licet. Idē Valerius lib. 8. de Deciano. Cùm Publiū Furiū inquinatiſſimę vitę pro Roſtris accuſaret, quia in quadā parte actionis de morte Lucij Saturnini queri auſus eſt, nec Reum damnauit, & inſuper ei pœnas adiectas pependit. Qua in dicendi formula, ineſſe puto quandam tēporis

Procurator Fiſci.

Tenere cauſā.

Damnare Reum.

prolepſim, vt quia fœliciter peractam accuſationem ſequeretur cōdemnatio proximè. Quo modo vſus eſt etiam Plautus in Rudente:

Quis me eſt mortalium miſerior, qui viuat alter hodiè,
Quem modò damnauit ad Recuperatores Pleuſidippus?

Qui ergò cauſam non tenēt, neque damnant, non ideò Calumniatores ſunt, niſi id nominatim illis per ſententiam impactum ſit.

COROLLARIVM
ad caput quintum.

1. Paulus ad Turpil.) *L. 3.*
2. In ciuilibus controuerſijs calumniari) *Facit l. 5. C. de Calumniat.*
3. Vt calumniari aliquandò captare) *Sic Paulus I.C. in l. 19. ff. ad exhibendū ait, non oportere ius ciuile calūniari, neque verba captari, ſed qua mente quid dicetur animaduertere conuenire.* Calumniari.
4. Per A A. Honor. & Theodoſ.) *L. vlt. C. de Calumniator.*
5. Inſtitut. lib. 4.) *§. Hoc autem: de pœna temerè litigant.*
6. In duabus conſtit.) *L. 16. & 17. Vide etiā Alciatum lib. diſpunct. 2. cap. 26.*
7. Sycophantas) *Vide eundem Alciat. lib. 11. cap. 4. Parerg. Iur. Cæterùm moris fuit antiquitùs frōtem* Calumniato-

Calum-

Calumniatorum cauterio inurere, vt poſteà omnibus noti eſſent. Teſtis locuples Cicero in Oratione pro Roſcio, vbi comparat Accuſatores cum anſeribus, et canibus Capitolinis: Sed ſi (inquit) ego hos benè noui, literam illam, cui vos vſque eò inimici eſtis, vt etiam eas omnes oderitis, ità vehementer ad caput affigent, vt poſteà neminem alium, niſi fortunas veſtras accuſare poſsitis. Hinc eſt, quod Plini⁹ in Panegyrico ait, Delatores frontem exanguem, & ferream habuiſſe, punctis, & notis vulneratam. Plautus & Seneca huiuſmodi ſtigmaticos, literatos vocant. Et Capitolinus ſcribit M. Antoninum falſis Delatoribus notam appoſuiſſe. Sed nunc exclamare libet, vbi nunc lex Rhemia, dormis? vtile tamen eſt (vt ait Cicero*) multos eſſe Accuſatores in Repub. quibus addo & Cenſores, ſi modò ad accuſandū vitiorum odio, & amore virtutis, non vindictæ zelo, ſpe prædæ, aut aliqua praua cupiditate ducerētur, traherentur: ſic enim fieri poſſet, vt* Ciues *in officio continerentur, & mali ab iniquitate deſiſterent. Sed de his ſatis. Qui plura volet de Calumniatoribus, videat Franciſ. Balduini libellū de famoſis libellis, Lucianū Dialogo,* περὶ τῆς διαβολῆς.

rē frōs inuſta ferro.

Frons ferrea.

Literati.

8. Valerius) *Lib. 6. de Pudicitia.*

ARGVMENTVM.

¶ De Reis, qui cauſam dicere, reſpondere, ſubire iudicium, & defendi dicuntur, ac de incolumibus, & integris, atque de Budæi Forenſibus.

Caput 6.

REIS aduerſi ſunt Accuſatores, ex quorū ſcilicet ſordibus, dānatione,

& calamitate voluptas, vindićta, & præmiũ legis captatur. Sed Accuſator ſolùm

Reus. in publicis verſatur: Reus autem in priuatis is eſt, à quo petitur, vt Reus ſtipulandi,

Reus ſtipulādi. qui ſtipulatus eſt, Reus promittendi, qui ſtipulanti repromiſit, de quibus tit. in. ff. & C. Reus debēdi, tàm in realibus, quàm in perſonalibus. Quin & is etiam dicitur Reus, paradoxo apud vulgus ſignificatu, qui agit, vt Reus ſtipulandi, & Reus ac-

Reus accuſandi. cuſandi. Cicero ſecũdo de Oratore: Non ſemper fortis oratio quæritur, ſed ſæpè placida, ſubmiſſa, lenis, quæ maximè cõmendat Reos. Reos autem appello, non eos modò, qui arguunt, ſed omnes, quorũ de re diſceptatur, ſic enim olim loquebãtur. Idē in eod. li. Reos appello, quorũ res eſt. Reus reſpećtu Aćtoris dicitur, collatus ad Patronũ Cliés, ante ingreſſum litis

Reus locuples. Conſultor. Hinc Reus locuples, pro inſtrućto omni genere defenſionũ, & quaſi inuićto. Tacitus in Dialogo de Oratoribus: Si Poëtica accuſatur, non alium video Reum locupletiorem. id eſt, paratiorem ad reſpondendum, & præſtandam eam ſartam tećtam: De Baſſo loquitur: Vſi-

tur. Vſitatum tamen eſt Reos eſſe, qui pro capite cauſam dicunt, quorum conditio, ſtatus, & qualitas Reatus [1] vocatur Marco Meſſalæ, & poſteris. Auctor Fabius Inſtitutionum Oratoriarum lib. 8. Vlpianus in l. fin.ff.ad legem Iuliam Maieſtatis: Qui in reatu decedit, integri ſtatus decedit: Toto ergò tempore interiecto, ex eo quo inter Reos receptus eſt, vſque dùm eximatur morte, vel alia ratione Reatus dicitur, quo dicuntur pendere Rei. Tranquillus in Domitiano: Reos, qui ante quinquennium proximum apud Ærariũ pependiſſent vniuerſos diſcrimine liberauit. Nomina ergò eorum, qui inter Reos recepti eſſent ad Ærarium deferebantur, vt Iudicum & reliqua acta. Idem in Nerone: Cautum vt rerum actu ab Ærario cauſæ ad forum, & Recuperatores transferrentur. Iidem & Rei diuturni vocãtur, quorum nomen ſera abolitione deletur ex albo. Idẽ Tranquillus in Auguſto: Diuturnorum Reorum, & ex quorum ſordibus nihil aliud, quàm voluptas inimicis quæreretur nomina aboleuit. Cauſam dicere propriũ eſt

Reatus. Rei diuturni. Cauſã dicere.

Reorum, cũ accuſati publico iudicio reſpondent, vel per ſe, vel per Patronum, etiam ſi ipſe nõ agat, aut interſit: dicere tamẽ cauſam dicitur, id eſt, ſubire iudicij aleam, euentumque dubium, quod faciunt qui delati, vocatique reſpondent. Curtius lib. 6. Rex manũ eidem inhibuit, dicendæ priùs cauſæ debere fieri poteſtatem, nec aliter iudicari paſſurum ſe affirmans. De Philota loquitur. Eſt etiam reſpõdere Latinè apud Gellium quod comparere: Prętor M. Varroni quandò citatus, neque reſpondit, neque excuſatus eſt. Quod pertinet ad morem veterem, quo per Pręconem [a] Rei citabantur. Tranquillus in Tyberio: Citatum per Præconem in carcerem rapi iuſſit. Subire iudiciũ etiam dicitur. Tacitus lib. 5. Scilicet medio triennio defuerat tempus ſubeũdi iudicium Conſulari ſeni, tot Cònſularium parenti. Reſpondent ergò, ſubeunt iudicium & cauſam dicunt, qui per Cognitorem defenduntur, vt qui in vincula ducti ex iiſdem cauſam dicunt, cùm abſentes in carcere per alios defenduntur. Cæſar lib. 1. belli Gallici: Moribus ſuis Orgetorigem ex vinculis

Reſpondere.

Citati per Præconem Rei.

Subire Iudicium.

vinculis cauſam dicere coëgerunt. Damnatum pœnam ſequi oportebat, vt igni crematetur. Die conſtituta cauſæ dictionis Orgetorix ad iudicium omnem ſuam familiã ad hominum millia decem vndique coëgit. Per eos ne cauſam diceret ſe eripuit, id eſt, ne ad poſtulata cogeretur reſpõdere. Curtius lib. 7. Sine præiudicio dicimus cauſam liberis corporibus, animiſque. Habitum etiam in quo te comitari ſolemus reddidiſti. id eſt, ſoluti, quia vincti videntur prædamnati. Idem lib. 6. Vincti hominis, non ſuperuacua ſolũ, ſed etiam inuiſa defenſio eſt, quæ Iudicẽ non docere videtur, ſed arguere. Plautus in Truculento:

——— *Reus ſolutus*
Cauſam dicit.

Curtius libro 6. Subibat animos Parmenionis quoque tanti ducis, & tam clari ciuis fortuna, qui modò duob⁹ filijs Hectore, & Nicanore orbatus, cũ eo quem reliquũ calamitas fecerat, abſens diceret cauſam. Cùm abſentes cauſam dicunt propriè defendi dicuntur. Cice. pro Quintio: Et audes Sexte Næui negare abſentem de- *Defendi.*

tem defenſum eſſe Quintium, cùm eum defenderit idem, qui te ſolebat? Ibidem: Apud Iudicem cauſam priore loco dicat, & cùm eam orarit, tùm denique vocem Accuſatoris audiat? Non adeſſe etiam dicitur pro eo, quod Vulgus dicit contumaciter ſeſe abſentare. Cicero pro domo ſua: Sed ſi patrem tuum ciuem mediuſſidius egregium, diſſimilemque veſtri nemo vnquam ſanus exulem appellauit, qui cùm de eo Tribunus Plebis promulgaſſet, adeſſe propter iniquitatem Cinnani illius temporis noluit, eique imperium abrogatum eſt. Receptum eſſe inter Reos, & incolumem eſſe, duo ſunt contraria: Eſt enim incolumis, qui cauſam dicturus, in ius non citatur. Cicero pro domo ſua: Nihil erat latum de me, non adeſſe eram iuſſus, non citatus fueram, eram etiam tuo iudicio ciuis incolumis. Idem dicitur integer. Ibidem: In me qui profectus ſum integer, abfui ſimul cum Republica &c. Curtius libro decimo. Illi, quo faciliùs ab integris ſumptuoſos diſcerneret, tentari ipſos rati prolatando aliquantum extraxerant temporis. In-

Non adeſſe.

Incolumis.

Integer.

ris. Integros dixit frugi, qui nihil æris alieni contraxerant luxu: Imperata enim erat ſingulis æris alieni profeſſio. Paulus in l. prima de popular. actionib. Popularis actio integræ perſonæ permittitur, hoc eſt, cui per edictum poſtulare licet. Intentatus idem cum integro. Tacitus li. quinto de Cocceio Nerua I. C. Dùm integer, dùm intentatus honeſtum finem voluit. Indemnatus eadem forma dicitur. Cicero pro domo ſua: Quo iure, quo more, quo exemplo legem nominatim de capite ciuis indemnati tuliſti? Plautus in Curcul. *Intentatus.* *Indemnatus.*

Hoccine pacto indemnatum, atque inteſtatum mè arripi?

Inteſtatum nouè pro nullis teſtibus præſentibus conuicto dixit. Accipiunt etiam inteſtatũ pro infami, & reiecto à dictione teſtimonij. Inteſtatus viuito, pro inteſtabili & ſacro, ſacer & inteſtabilis eſto, vt Tacitus ſæpè vſurpat. Indefenſus & inauditus etiam dicitur. Vlpianus. ff. ad l. Corneliam. Inauditum filium pater occidere non poteſt. Tranquillus de Oratoribus: Nõ patiar inauditũ, & indefenſum *Indefenſus.* *Inauditus.*

ſæculum

ſæculum noſtrum hac veſtra conſpiratione damnari. Hinc condẽnati indicta cauſa, & ſine iudicio. Cic. pro domo ſua: Nego potuiſſe iure publico, legibus ijs, quibus hæc ciuitas vtitur, quenquam ciuem vlla huiuſmodi calamitate affici ſine iudicio. Primo de Legibus: vt Dictator qui eſſet, quem vellet ciuium indicta cauſa impunè poſſet occidere. Indicta cauſa, id eſt, ſine iudicio, non dicta cauſa, vt apud Vergilium libro ſeptimo.

Indictus.

Nec tu carminibus noſtris indictus abibis.

Sed iam ad vſum veterũ iudiciorũ, quem Praxim vocant accedamus, & quantùm per Auctores, qui iam extant, licet, rationem methodumque, quam in exercẽdis iudicijs, tàm publicis, quàm priuatis Veteres ſunt ſequuti, deſcribamus, qua in re præſtanda ferè omnis opera conſumetur in explicandis certis vocabulis, quorum ſignificatus accommodatus erat ad veterem praxim, quorum Commentarium amplum confecerat Guilelmus Budæus vir ſine controuerſia ità magnus, vt aleam iudiciorùm, cenſuramq; Ariſtarchorum nunquam viuus ſubierit, neque à funere

Laus Budæi.

æternum

æternum ſubiturus ſit. Verùm quia quaſi in aduerſaria, quæ adnotauerat, coniecta erāt, neque morte intercepto licuerit tumultuariam miſcellaneam in codices digerere, maluerūt ij, ad quos gradu proximo tãtæ gloriæ redibat hæreditas, inuentario rem illam intercipere, quàm cõmittere, vt candor gloriæ Budeanæ, labe & macula negligẽtiæ inficeretur, ſi inter res hæreditarias repręſentaretur. Non enim extremam manum auctor admouerat, ſed rudem impolitumque lambẽdum aliquando ſibi ſeruabat, vt fœtus honeſtior ederetur, parenteque dignior. Sed Fatorum maleficio tanto beneficio nobis carendum eſt, cũ nemo quiſquam ſit, qui deſcriptis lineamentis ſuccedere auſus ſit, vt Apelleæ quondam Veneri: Nos tamen tãtum, quantũ per anguſtias temporum, quib. hęc corripimus, præſtare licebit, dabimus operam; vt bona pars forẽſium dictionum in hoc vniuerſo Commentario explicata habeatur, non ductis lineamentis ab Apelle illo penicillum comparantes, ſed in alia tabula perceptam in animo Idæam expreſſuri.

Corollarivm.
ad caput ſextum.

Reatus pro qualitate.

1. Reatus) *Paul. l. poſt contractum. de donation. l. ſi diutino. ff. de pœnis, vbi Reatus accipitur pro qualitate, ſtatu, & habitu rei, vti rectè interpretatur Alciat. lib. 2. Parerg. iur. cap 10. vt ij ſint in diutino reatu, Rei pendentes, et diuturni, de quibus infrà. Reatus tamen etiã pro crimine & flagitio Rei accipitur, vt idem notat Alciat.*

Pro crimine.

2. Ad morem veterem, quo per Præconem) *De hoc infrà dicemus lib. 5. vbi de Apparitoribus & Præcone agemus.*

Defendi.

3. Propriè defendi dicũtur) *Quid ſit defendi habetur l. 2. & 5. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eat.*

Argvmentvm.

¶ Accuſatorium ordinem aggreditur, ac primùm de Delationibus, Libellis, Inſcriptione, Subſcriptione, Relatione, Exemptione, & Abolitione Accuſatorũ & Reorum, nec non de Cuſtodum appoſitione.

Caput 7.

Accuſatorij iudicij ordo.

AC primùm de publicis dicamus, vbi qui accuſare volebant, ſic ſeſe gerebant, nomen Rei deferebant, diem dicebant, arceſſebant, legibus interrogabant, accuſabant, & demùm damnabant. Rei verò delati, & citati transferebant iudicium, ſi licebat, aut conſtituto iudicio reſpondebant, Rei fiebant, cauſam dicebant,

bant, quorum ſeries obſeruanda eſt, vt ſolemnia iudicij probè intelligantur. Deferre eſt idem quod Reum facere. Cice. 4. Actione: Palàm de ſella, & tribunali pronuntiauit, ſi quis abſentem Sthenium rei capitalis reum facere vellet, ſeſe nomen eius recepturum. Reum facere, id eſt, deferre nomen eius. Plautus in Aulularia: *Deferre.* *Reum facere.*

——— *Ad tres viros iam ego deferam*
tuum nomen.

Martialis lib. 12. in Theleſinum:

Ecce reũ Carus te detulit, adſit agellus,
Exilij comitem quæris? agellus eat.

Cicero pro domo ſua: Nomẽ Sexti Propertij detulit, accuſare alienæ dãnationis, ſceleriſque ſocius propter calumniȩ metum non eſt auſus. Vbi delatio præcedit accuſationem, vt infrà docebimus. Dicimus etiam & deferre crimen, vt nomen. Idem pro Ligario: Nouum crimẽ, C. Cȩſar, & hactenus inauditum Q. Tubero heri ad te detulit. Hoc ideò, quia in libello accuſatorio Rei nomen, & ſpecies criminis concipiebatur. Sed & crimen pro libello eodem accipitur, niſi fallor. Idem Cice. in Actione quarta de Siculis: *Crimen.*

Hoc commoti dolore poſtulata Conſulibus,quæ nõ poſtulata, ſed in iſtum crimina viderentur eſſe,ediderũt. Id eſt,nõ ſupplices,& queribundos,ſed accuſatorios libellos obtulerunt. nam & criminatione pro accuſatione idem auctor pro Quintio vtitur:Nos inaudita criminatione Accuſatorum priore loco cauſam dicere intelligis. Criminari eſt etiam accuſare. Tacitus in libro de Oratorib. ad finẽ: Ergò te Poëtis Meſſala antiquarijs criminabimur. At ego vos Rhetoribus, & Scholaſticis,inquit. Cicero pro domo ſua:Hęc cũ ità ſint in re, vbi crimen eſt?vbi Accuſator?vbi Teſtes?Crimẽ eſt intentio, obiectioque Accuſatoris,quæ libello concipitur, quę & accuſatio per abuſum vocatur ad finem 2. Verrinæ: Hæc primæ actionis erit accuſatio. Dicimus C. Verrẽ, cùm multa libidinosè, multa crudeliter in ciues Romanos, atque in ſocios,multa in Deos Hominesq́; nefariè fecerit, tùm præterea CCCC. ſeſtertia ex Sicilia cõtra leges abſtuliſſe. Hoc teſtibus, tabulis publicis, priuatiſque planũ faciemus. Vbi quædã eſt formula intentionis,atq; etiam libelli

Criminatio. *Criminari.* *Accuſatio pro libello.* *Formula libel*

libelli accuſatorij, ità tamẽ vt deſint quædam: Nam Iulius Paulus eius formulã dictat in tit.de accuſation. in hæc verba: Libellorum inſcriptionis cõceptio talis eſt: Conſul & dies, apud illum Prætorem vel Procõſulẽ Lucius Titius profeſſus eſt ſe Mæuiam lege Iulia de adulterijs Reã deferre, quod dicat eam cũ C. Seio in ciuitate illa, domo illius, menſe illo, Conſulibus illis adulterium commiſiſſe. Vtique enim & locus deſignãdus eſt, in quo adulterium commiſſum eſt, & perſona, cum qua admiſſum dicitur, & mẽſis: Hoc enim lege Iulia publicorum iudiciorum cauetur, & generaliter præcipitur omnibus, qui Reum aliquem deferẽt. Item ſubſcribere debet is, qui dat libellum, & reliqui Subſcriptores, ſe profeſſos eſſe. Delatio ergò inſcriptionem ad talionem Rei, & criminis, & ſubſcriptionem primarij, & cæterorum Accuſatorum comprehendit ſimul cum profeſſione. Profeſſionis meminit Suetonius in Domitiano, vbi Stephanus coniuratus profitetur ſe Indicem cõiurationis per libellum: Profeſſus (ait) cõſpirationis indiciũ, & ob hoc admiſſus,

li accuſatorij.

Subſcribere.

Profeſſio.

legente traditum à ſe libellum & attonito ſuffodit inguina. Vbi intelligēdum eſt ſubſcripſiſſe Stephanum ſe profeſſum indicium. Et profiteri indicium apud Tacitum frequentiſſimè legitur, maximè lib. 15. Curtius lib. 5. deferre indicium: Beſſus, quanquam erat Græci ſermonis ignarus, tamen ſtimulante conſcientia indicium profectò Patronē detuliſſe credebat. Vt aliâs vtebantur libellis Delatores. Plinius lib. 7. ad Suram: Nihil notabile ſequutum, niſi fortè, quod non fui Reus, futurus ſi Domitianus ſub quo hæc acciderunt diutiùs vixiſſet: Nam in ſcrinijs eius datus à Caro de me libellus inuentus. Ex quo intelligitur aliud eſſe, delatum eſſe, & eſſe Reum. Libellis autem huiuſmodi crimina deferebantur. Tranquillus in Iulio: Libellum inſidiarum indicem ab obuio quodam porrectum libellis cæteris, quos manu ſiniſtra tenebat, quaſi mox lecturus commiſcuit. Idem in Caligula: Libellum de ſalute ſua oblatum non recepit, contendens nihil ſibi admiſſum, cur cuiquam inuiſus eſſet, negauitque Delatoribus aures habere. Subſcriptiones verò an-

Profiteri indicium.

Libelli delatorij.

rò ante Delatorum, & Cæſarum tempora argumento ſunt, etiam libellos accuſatorios offerri ſolitos Prætori, aut Triumuiris: Vbi enim ſubſcripſiſſent? aut quæ alia vocabuli ratio in iure accuſatorio? Nam ſubſcriptiones Cenſorum, quid hûc pertinent, aut Cæſarum, cum condemnationibus Reorum ſubſcribebant? Idem Tranquillus in Nerone: Cùm de ſupplicio cuiuſdam capite damnati, vt ex more ſubſcriberet, admoneretur, quàm vellem, inquit, neſcire literas. Alij ſunt libelli [1] ſupplices, vt poſtulationes, poſtulata, deſideria. Martialis libro octauo in Dentonem.

Subſcriptio Cæſarum.

Libelli ſupplices.

Sed iam ſupplicibus dominũ laſſare libellis,
Deſine et in patriã ſerus ab vrbe redi.

Tranquillus in Nerone: In iuriſdictione poſtulationibus, niſi ſequenti die, ac per libellos non temerè reſpõdit. De poſtulatis: Cic. 4. Actione: Dicit prȩterea teſtimoniũ tota Sicilia, quæ in communibus poſtulatis ciuitatũ omniũ Cõſſ. edidit, rogare atque orare Patres Conſcriptos, vt ſtatuerent, ne abſentium nomina reciperentur. De deſiderijs Tranquillus in Tito:

Poſtulata.

Deſideria.

In cęteris deſiderijs animum hominũ obſtinatiſſimè tenuit, ne quẽ ſine ſpe dimitteret. Idem in Auguſto: Promiſcuis ſalutationibus admittebat & Plebem, tanta comitate adeuntium deſideria excipiens, vt quem ioco corripuerit, quòd ſic ſibi libellũ porrigere dubitaret, quaſi elephanto ſtipẽ. Imperator Gordianus in l. ſi ſub ſpecie. C. de poſtul. Si ſub ſpecie honorarij eam quantitatẽ, quã deſiderio complecteris, te daturũ cauiſti. Apertiùs idem Imperator in l. 2. C. de error. Aduoc. Errores (inquit) eorum, qui deſideria, id eſt,
Preces. preces ſcribunt, veritati præiudicium afferre nõ poſſe manifeſtum eſt. Et Rubrica de errore Aduocatorum & preces ſeu libellos concipientiũ. quę Latinè vſurpãtur pro Requeſtis, & Remonſtrationibus
Libri queruli. vulgò. Sunt & queruli libri, quos vulgus appellat Doleancias. Martial. lib. 8.

Dante tibi turba querulos Auguſte libellos.

Libellus in ærario ſuſpendebatur. Libellus ergò ab accuſaturo propoſitus cum inſcriptione eorũ quæ diximus, referebatur in tabulam, quę publicè in Ærario ſuſpẽdebatur, donèc abolitio fieret. Cicero pro Cluentio: Hærebant in tabulis publi-

lis publicis Reus & Accuſator. Tranquillus in Domitian. Reos, qui ante quinquēnium proximum apud Ærarium pependiſſent, vniuerſos diſcrimine liberauit. Hoc erat inter Reos referre: Cicero ſecunda Philipp. Abſentē credo inter Reos relatum, abſentem damnatum. Plinius in epiſt. lib. 9. ad Quadratum: Venio in Senatum, ius dicēdi peto, dico pauliſper maximo aſſenſu, vbi cœpi crimen attingere, Reum deſtinare, adhûc tamen ſine nomine, vndique mihi reclamari, alius, ſciamus quid ſit, de quo extra ordinem referas, alius, quis eſt ante relationem Reus? alius, ſalui ſumus, qui ſuperſumus. In eodē ſenſu recipere nomē Rei, eſt admittere libellum, eiuſq; formulam referre in tabulam publicam, vbi pendeat, dùm finiatur iudicium. Cicero 4. Actione: De ſella atque tribunali pronuntiauit, ſi quis abſentem Sthenium rei capitalis reum façere velit, ſeſe nomen eius recepturum. Quæ tabula cùm refigitur, dicitur Reus ex Reis eripi. Tranquillus in Auguſto: Vnum omninò è Reorum numero, ac ne eū quidem niſi precibus eripuit, exorato coram Iudicibus

Referre inter Reos.

Recipere nomen Rei.

Eripi ex Reis.

dicibus Accuſatore, Caſtritiũ, per quem de accuſatione Murenæ cognouerat. Cicerò Verrina quinta. Condemnare Diodorum non audet, abſentem de Reis eximit. Curtius libro ſeptimo de Lynceſte: Quia primus Alexandrum Regem ſalutauerat, ſupplicio magis, quàm crimini fuerat exemptus, id eſt, magis dilata cauſa, quàm extincta. Eximere crimini, eſt eripere ex Reis, & abolere delationem aut crimen impactum. Subſtrahere etiam dicitur. Curtius lib. 6. Nicomachus, quem taciturum arcana de ſemetipſo credebat, confeſſus, alijs nominatis, me vnum ſubſtrahebat. Huiuſmodi exemptio Congedium Curiæ vocatur. Cicero 4. Actione: Non ego à Vibone Veliam paruo nauigio inter fugitiuorum, & prædonum, & tua tela veniſſem, quo tempore omnis illa mea feſtinatio fuit cum periculo capitis ob eam cauſam, ne tu ex Reis eximerêre, ſi ego non adfuiſſem ad diem. Abolitio etiam rectiſſimè dicitur. Tranquillus in Auguſto: Diuturnorum Reorum nomina aboleuit. id eſt, tabulam pendulam, vbi elenchus erat Reorum refixit.

Eximere crimini.

Subſtrahere ex Reis.

Exemptio.

Abolitio.

Erat autem abolitio priuata & publica. Publica, vt in lætitia publica, cũ primum Princeps aduentum honorariũ celebrat in vrbem aliquam, Rei ex cuſtodijs dimittuntur, eorum nomina ex actis abolentur, cum pleniſſima reſtitutione in integrum, & priſtinum ſtatum: aut ob diem inſignem, rẽ proſpere geſtam, aut aliam publicam gratulationem [a]. Priuata verò abolitio fit negligentia Accuſatoris non perſequentis crimen, aut eodem poſtulante, vt aboleatur nomen, vel ex lege abolitio fit, mortuo Accuſatore, vel ex iuſta cauſa impedito, quo minùs agere poſſit. Dicit Papinianus l. aut priuatim. ff. de S. C. Turpilian. & abolitionibus. aut ſi libelli inſcriptionũ legitimè ordinati non fuerint l. 3. ff. de accuſ. Cæterùm vt relationi oppoſita eſt exẽptio, ità inſcriptioni abolitio: Aboletur enim nominis inſcriptio, quę ad Reũ pertinet: Subſcriptio ad Accuſatorẽ tantũ, quę omninò neceſſaria eſt. Traianus Cęſar Plinio de Chriſtianis: Sine auctore propoſiti libelli nullo crimine locum habere debent: nam & peſſimi exempli, nec noſtri ſæculi eſt.

A die

A die autem delationis vſq; in ſummum diem, quo cauſa dicenda erat, poterat Reus ex lege apponere Cuſtodē [3] Accuſatori, qui obſeruaret, quę agerentur ab Actore, & quomodo accuſationem inſtrueret, ne quid dolo, aut alia via ſcelerata moliretur (auctor Plutarchus in Catone Vticenſi) vt vix quicquam liceret meditari ad accuſationem, niſi pręſente Cuſtode.

Cuſtodes Accuſatori appoſiti.

C o r o l l a r i v m
ad caput ſeptimum.

1. Alij ſunt libelli ſupplices) *Quandò hoc capite libellorum ſupplicum ſiue requeſtarū, vt vulgò vocant, & reſcriptorum mentio incidit, à publicis ad priuata deflectendo, dùm cauſam captamus corruptos mores noſtri ſæculi, qui in praxim quotidiè irrepunt, corrigendi & admonendi, lubet hìc deplorare meritò frequentem nimiū vſum, aut potiùs abuſum reſcriptorum à Principe obreptorum, & ſubreptorum magis, quàm obtentorum & impetratorum. Quotuſquiſque enim litigator eſt litem protrahere volens, qui non obtrudat facili & benigno Principi mendacia? Et hac in parte quod facilè imponunt ſuis Clientibus Procuratores, & Pragmatici, vt etiam in re minimè neceſſaria cumulum reſcriptorum extorqueant, magno cū Litigantium diſpendio, dolet Ioan. Imbert. Inſtitut. forenſibus. Verùm in expenſis punitur temerarius, & mendax ſuggeſtor: ſed operæprecium eſſet adhuiuſmodi Vitilitiga-*

Abuſus reſcriptorum.

tilitigatorum cohibendos cauillos quãdam multam apponere ratione obreptionis, ſubreptionis, vel inciuilitatis, pro cuiuſlibet articuli falſi ſuggeſtione, ex l. 5. C. ſi cõt. ius vel vtilit. eaq; duplicaretur, aut augeretur arbitrariè ex circũſtantijs, & frequentia abutẽtis gratia Principis: quemadmodum fieri audio in quibuſdam appellationum cauſis à ſuprema Curia, quãdò euidens eſt calumnia. Sed certè melius res ſe haberent Forenſes (meo quidem iudicio) ſi omnes prærogatiuæ, gratiæ, reſciſiones, nullitates, compenſationes, reconuentiones, reſtitutiones in integrum, atque id genus beneficia, & remedia iuris, quibus læſis, & afflictis ſuccurri ſolet, à Iudice ordinario ex æquitate, & iuris præſcripto dari & concedi poſſent, vt opus nequaquam eſſet toties oraculum Principis interpellare: Quorſum enim interpretatur, quod iure cõmuni conceditur? l. Imperator. ff. de priuilegijs credit. l. vnic. de theſaur. lib. 10. C. Sed video quoſdam ſacroſanctos, qui pluſquam Tribunitia poteſtate pollent, intercedere atque illud exclamare, res Fiſci eſt, quam tractas, minus turgeſcent eius loculi, ſi ſigilli emolumentũ decreſcat, aut decedat. Quibus habeo, quod reſpondeã, quod augeretur publica vtilitas, ob quã Principes, et Reges conſtituuntur, & vniuerſa ſpectat Politia. His etiam obijci poteſt egregia illa analogia, & cõuenientia Fiſci & Reipublicæ cum liene, & cæteris membris, quam proponere ſolebat Traianus Nerua optimus ſanè Princeps, ſi Chriſtianus fuiſſet: atque alia in hanc ſententiam cumulare poſſem, ſed ſufficiat morbum, atque medicinam indicaſſe.

Iuris remedia ab Ordinarijs concedenda.

Traianus Nerua.

2. Aut

2. Aut aliam publicam gratulationem) *L. 8. et 9. ff. ad S. C. Turpilian.*
3. Ex lege cuſtodem apponere) *De Cuſtodibus ſuperiùs dictum eſt, lib. 2. cap. 4. noſtræ Hiſtoriæ.*

ARGVMENTVM.

¶ De diei dictione, interrogatorijs, & litiſconteſtatione.

Caput 8.

Dies dictus. DELATO libello dies dicebatur, ad quẽ ſe ſiſteret Reus cauſam dicturus: Hunc ſtatum, & conſtitutũ Latinè dici antè [1] annotauimus. Dicere ergò, prædicere, & prodere diem eſt adiornare. Cice. pro domo ſua: In me cui dicta dies nunquam eſt, qui Reus non fui, qui nũquam ſum à Trib. Pleb. citatus, dãnati eſſe pœna potuit? Idem ibidem: Moderata iudicia Populi ſunt à maioribus conſtituta, primũ vt ne pœna capitis cũ pecunia coniungatur: Deindè ne niſi prædicta die quis accuſetur, vt ter antè Magiſtratus accuſet intermiſſa die, quàm multam irroget, aut iudicet, quarta ſit accuſatio trinundinum prodita die, qua iudicium ſit futurum. Quo ex loco clarum eſt, quod vt delatio diem dictam, ità diei Trinũdinum. dictio

dictio accuſationem præcedebat, ità tamen vt exacto trinũdino perageretur accuſatio. Debuit ergò intra vigeſimum ſeptimum dies dici, neque longiùs Reo tergiuerſari licebat. Trinundini verò ſolemnitas maximè ſeruabatur ad Populum, vt in legibus ferendis, primis & alteris nundinis, promulgatæ penderent in tabula, tertijs, ſi nemo cõtradiceret, in Ærarium ferrentur. In Foro ad Prætorem nõ item: itaque triginta dies vtiles dati, intra quos Accuſator diem diceret, & Reus cauſam. Hìnc illa tria de in ius vocando edicta diſtincta [2] ſpatio decem dierum, vt nundino decimus dies adiectus ſit, niſi quod in nundino nonus includatur, in decimo decimus excludatur, demũ peremtorium impetretur, ad quod, ſi non adſit Reus, tamẽ cauſa diſceptabitur [3]. Prodita die qua iudicium ſit futurum: Nam dicere diem, non eſt conſtituere eum ſummum diem, quo de cauſa pronuntiabitur, ſed eum quo primum ad Prætorẽ Accuſator Reum legibus interrogabat, ad quem ſi non aderat Accuſator, Reus eximebatur ex Reis. Cicero quarta Actione in Verr.

Trinũdini ſolemnitas.

Edicta de in ius vocando.

Edictum peremtorium.

Dicere diem quid propriè.

Non

Non ego à Vibone Veliam paruo nauigio inter fugitiuorum, & prædonum, & tua tela veniſſem, quo tempore omnis illa mea feſtinatio fuit, cum periculo capitis, ob eam cauſam, ne tu ex Reis eximerêre, ſi ego non adfuiſſem ad diem. Nam prima actio, qua Reus conueniebatur, fiębat

Altercatio intentionis & depulſionis.

in altercationis modum per intẽtionem & depulſionem. Aſconius in Verrinam 7.

Reum fieri.

Reum fieri eſt legibus interrogari, cùm enim in ius ventũ eſt, dicebat Accuſator apud Prætorem Reo, *Aio te Siculos ſpoliaſſe.* ſi tacuiſſet, lis ei, vt victo, æſtimabatur. ſi negaſſet, petebatur à Magiſtratu dies inquirendorum criminum, & inſtituebatur accuſatio. Hæc Aſconius.

Intentio.

Huius intentionis exemplũ eſt apud Ciceronem in Diuinatione: Sicilia tota, ſi viua voce loqueretur hæc diceret, quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis vrbibus, ſedibus, delubris fuit: Quod in vnoquoque beneficio Senatus Populique Rom. iuris habui, id mihi C. Verres eripuiſti atque abſtuliſti, quo nomine abs te ſeſtertium millies ex lege re-

L. Cornelia Repetundarum.

peto. Vbi legem Corneliam [4] interpretamur,

tamur, quæ lata eſt de pecunijs repetundis ante Iuliã. Ex eodẽ loco, quid Reum fieri; & quid legibus interrogari ſit, ſatis conſtat. Cicero pro domo ſua: In me, cui dies dicta nunquam eſt, qui Reus non fui, qui nunquam ſum à Tribuno Plebis citatus, damnati pœna eſſe potuit? Idem ibidem: Eſto, non fuit in me pœna vlla peccati, at fuit iudicij. cuius? quis me vnquam vlla lege interrogauit? quis diem dixit? Quorum ſeriẽ ſi propius ſpectemus, diem dici poſt interrogationem actioni futuræ patebit, ad quam rurſum Reus citabatur. Ante ergò interrogationem legibus dies dicebatur. Cicero ibidẽ: Nihil erat latum de me, non adeſſe eram iuſſus, non citatus fueram, eram tuo iudicio ciuis incolumis. id eſt, nondùm Reus, nondũ lege interrogatus. Ibidem: Qui neq; adeſſe ſit iuſſus, neque citatus, neque accuſatus. Die accuſationis rurſus citabatur Reus. Idẽ in Diuinatiõe: Ità Deos mihi velim propitios, vt cùm illius tẽporis mihi venit in mentem, quo die citato Reo mihi dicendum ſit, non ſolùm commoueor animo, ſed etiã toto corpore perhorreſco. Enimuerò

Cicero explicatus.

Reus citatus.

Interrogari legibus. interrogatio illa, quæ legibus fiebat, habet plus myſterij intùs, quàm præ ſe ferat: *Litis conteſtatio.* Nam litis conteſtationẽ in publicis continebat. Tùm Reus opponere poterat exceptiones dilatorias, declinatorias, reliquaſque tranſlationes, aut peremptoriè ſubmouere, depellereque intentionẽ cõſtituto iudicio: Nam litis cõteſtatio à ſtatu Rhetorũ omninò nõ differt, niſi quod illa forẽſis, hic ſcholaſticus & declamatorius. Conſtat litem conteſtari eſſe iudiciũ *Status Rhetorum.* accipere, & conſtituere: Ideò cùm ſtatus Fabio, ſit conſtitutio Ciceroni in veteri Rhetorico, erit & litis cõteſtatio. Atque vt exactiùs res excutiatur, quæ à Rhetoribus tã diligẽter ſcribũtur de cauſarum ingreſſu, intẽtione, depulſione, id eſt, ſtatu, vbi gradũ figit Reus ad repugnandum, & ex horũ cõgreſſu nata cõſtitutione: Item de ratione à Reo allata, eidemque relato ab Actore firmamento, & hinc nata diſceptatione, vel iudicatione, quam κρινόμενον vocant, illa ſanè ſpeciẽ prorſus eorum mihi referunt, quæ in foro ex præceptis Iuriſprudentiæ obſeruantur, vt temerè & ineptè quidam putẽt, ignorantia hiſtoriæ præ-

riæ, præcepta de minutijs iſtis (vt aiunt) poſita eſſe in theoria, & ſubtili mentis contentione, neque in rem præſentem vnquam deduci: nam quemadmodum ante litis conteſtationem, id eſt, ſeriam cauſæ diſputationem proponuntur exceptiones dilatoriæ, declinatoriæ, temporales ad transferēdum iudicium: ſic ex præſcripto Rhetorum, & veterū Oratorum ante iudicium, tanquam ante iuſtum prælium, exercetur quædā velitatio de conſtituendo iudicio, ſitne actio illi, qui agit, aut iam ne ſit, an nùm iam eſſe deſerit, illáne lege, his ne verbis, quæ concertantur & conficiuntur ante iudicium. Vocant Rhetores præambulam huiuſmodi controuerſiam ſtatum tranſlationis, vtque in Rhetoricis poſt tranſlationem principes ſtatus concertantur, coniecturæ finitionis qualitatis nati ex intentione Actoris, & depulſione Rei, in quibus tota cōtrouerſia conſtituta vertitur: hînc conſtitutiones ſtaſeis, vertices, & cardines cauſarum dicuntur. Ità in iure litis conteſtatio ex actione & oppoſita peremptoria exceptione conſurgit. Ad hæc quia Reus in

Tranſlatio.

excipiendo agere opus habet, vt ratione aliqua exceptionẽ ſuam confirmet: Hanc Rhetores vocãt peculiari nomine Rationem, cui Actor Firmamentum, quod Iuriſperiti Replicationem appellant, refert, & opponit. Rurſuſque ex conflictu Relationis & Firmamenti, id eſt, Exceptionis, & Replicationis naſcitur altera litis conteſtatio, quã Iudicationem, & Diſceptationem Cicero vocat, tanquam de ea demùm quæſtione ſit diſceptãdum, iudicandum, & pronuntiandum. Hîc conſiſtunt Rhetores, & ad hãc iudicationem perſuadendam omnem vim Inuẽtionis, & Eloquutionis conferunt hînc indè, & certatim. Aduocati verò & Iuriſperiti nõ contenti his primis cauſarum ſynechis & cõtinentibus ad Duplicationẽ, quæ Rei eſt, & Triplicationem, quæ Actoris, & rurſus ad Quadruplicationẽ alternis aſcendunt, & ſuperiùs, donec ab vtroque Litigante allegationibus fuerit renũtiatum. Sed tamen lis conteſtata eſt in priore cõflictu, & ſtatu, aut poſteriore diſceptatione: reliquæ quæſtiones, quæ ex reliquis cõflictionibus oriuntur nõ ſunt principes, nec Iudicatio-

Ratio. *Firmamentũ.* *Replicatio.* *Iudicatio, & Diſceptatio.* *Continentia cauſarum.*

dicationes vocari poſſunt. Et quanquã de omnibus incidentibus, & emergentibus cognoſcant Iudices, tamen de Iudicatione ſola, in qua lis eſt conteſtata, definitiuè pronunciant. Lis dicitur conteſtata, quia poſt iudicium acceptum perpetua ſit, vt virtus conteſtata pro perenni, vbi metaphora à foro eſt. Cic. pro Flacco: Cùmq; ab hac perenni, cõteſtataque virtute maiorum nõ modò nõ degenerauit L. Flaccus. Idem pro Quintio: Et audes negare Sexte Nęui abſentẽ defenſum eſſe Quintium, cũ eum defenderit idem, qui te ſolebat, cùm is iudiciũ acciperet pro Quintio, cui tu & rem, & famam tuam commendare proficiſcens, & concredere ſolebas? Et paulò pòſt: Fatetur libellos Alphenum deieciſſe, vadimoniũ promiſiſſe, iudicium quin acciperet, in ea verba, quæ Næuius edebat, non recuſaſſe. Sed in priuatis iſta dicuntur, quę per iuriſiurandi, & ſponſionis ſolemnia fiebant, vt aliquandò narrabimus, vt Actio, quæ in publicis Intentio, Criminatio, Petitio, vocabulo traducto à gladiatorijs ludis, vbi petere aduerſariũ, eſt intentare artificiosè gladium,

Lis cõteſtata quare dicitur.

Virtus conteſtata.

Petitio.

alter autem depellit, & eludit. Cic. in Diuinatione de Hortenſio: noui hominis petitiones, rationeſque dicendi. Vergil.

Malo me Galathea petit.

Arcerſere. Inquirere. Arcerſere, inquirere, poſtulare capitis ad hanc interrogationem pertinent, præceduntque accuſationem. Trãquillus in Iulio: Mox & ipſe à L. Antiſtio Tribu. Plebis poſtulatus, appellato demùm collegio, obtinuit (cùm Reipub. cauſa abeſſet)

Poſtulare. Reus ne fieret. Porrò aliâs poſtulare iudicium idẽ eſt, quod petere vt aduerſarius litem conteſtetur. Hînc ortum à formula poſtulandi, quando Actor ſic Reũ aggrediebatur: *Quando te in iure conſpicio, poſtulo an te auctorem facias?* Cicero pro Quintio: Iudiciũ poſtulas? nõ recuſat. Poſtulare ius, eſt petere, vt ſibi ratio & iuſtitia fiat, vt Vulgus loquitur. Poſtulare aũt ſine epitheto, eſt deſideriũ ſuũ, vel amici ſui in iure apud eũ, qui iuriſdictiõi præeſt, exponere, vel alterius deſiderio cõtradicere. Vlpi. in l. 1. ff. de poſtu. Id iã vocabuli retinemᵒ, vt poſtulent qui agunt cauſas, & aduocaſſant. Poſtulata, deſideria, & requeſtas eadem diximus ſuprà.

Corol-

Corollarivm. ad caput octauum.

1. Antè adnotauimus) *Suprà lib. 1. cap. 9. noſtræ Hiſtoriæ.*
2. Diſtincta ſpatio decem dierum) *De quibus in l. 68. & duabus ſequentibus. ff. de Iudic. Hûc quadrat illud Plutarchi in Ciceronis vita. Cùm Manlius ad dicēdam cauſam legitimum dierum tempus expoſceret, vnicū diem, quæ adminiſtrationi ſupererat, Cicero Prætor præſtitit. Mos autem erat Prætorum Reis non pauciores decem diebus dare.*
3. Si non adſit Reus, tamen diſceptabitur) *L. 71. & 73. de Iudic. ff.*
4. Vbi l. Corneliam interpretamur) *Quatuor potiſſimùm leges de repetundis latæ ſunt, Seruilia, Acilia, Cornelia, & Iulia, de quibus infrà quædam adnotabimus lib. 5.* *LL. Repetundarum.*

¶ *De litis conteſtatione, quomodo & quandò nūc fiat habes C. de litiſconteſt. iuncta authent.*

Argvmentvm.

¶ De Inquiſitione, & Legatione, ac de cauſa Repetundarū.

Caput 9.

INTERROGATVS legibus Reus, ſi inficiatus eſſet crimen, dies inquirendi à Magiſtratu petebantur, maximè in cauſa Repetundarum, vt in cauſa Verris, *Cauſa Repetundarum.* Verres primùm delatus, agitata diuinatio, lege interrogatio, lite conteſtata inquiſitio, demùm accuſatio & damnatio. *Inquiſitio.*

Ante ergò accuſationẽ, & inquiſitionem quædã inquiramus. Magiſtratus ergò, qui ſeſe improbè geſſerant in adminiſtranda Prouincia, poſt miſſum ſucceſſorem poſtulati ab ijs, quos cõcuſſionibus, & latrocinijs vexauerant, cauſam dicebant Repetundarum, ex lege Acilia, deindè Cornelia, & Iulia. Sed de admiſſis vix cõſtare poterat, niſi qui delationẽ obtineret, impetraret certos dies ad peragrandum Prouinciam, in qua graſſatus erat Reus, vt in omnia inquireretur. Eſt enim inquirere, quod vulgò dicimus facere enqueſtam, & informationem, colligere, & conquirere argumenta omnia inartificialia vndequaque ad Reum cõuincendum. Hoc muneris aliquandò ipſi Accuſatori, nõ ſępè Reo dabatur, ſæpius extra ordinem Commiſſarijs. De Accuſatore, Cicero in Diuinatione: Itaque cùm ego diem inquirẽdi in Sicilia poſtulauiſſem perexiguam, inuenit iſte, qui ſibi in Achaiã biduo breuiorẽ poſtularet. Idem 3. Actione: Interpoſuiſtis Accuſatorem, qui, cùm ego mihi centum & decem dies in Siciliam poſtulaſſem, centum & octo ſibi in Achaiã poſtularet,

Inquirere.

Quibus Inquiſitio mandabatur.

ſtularet. Quod extra ordinem Legatis res committeretur, vt & hodiè fit Commiſſarijs: Vndè ire in commiſſionem, quod Latini dicunt obire Legationem. Plinius lib. 3. de cauſa Macri, qui Proconſul erat in Africa: Norbano tamē non ordo legū, non legationū, non inquiſitionis officium præſidio fuit. Pro eodem dixit Legationes & Inquiſitionem: & ad finem epiſtolę: Summo die Saluius Liberalis reliquos Legatos grauiter increpauit, tāquam non omnes, quos mandaſſet Prouincia, Reos peregiſſent. Legatos interpretor Inquiſitores, qui eligebantur à vexatis & cōcuſſis. Idem de eodē Norbano: Homo alioquì flagitioſus, & Domitiani temporibus vſus, vt multi, electuſque tūc à Prouincia ad inquirendum, non tanquam bonus & fidelis, ſed tāquā Claſſici inimicus. Quod Reo aliquandò tribueretur Inquiſitio, ad defenſionem inſtruēdam, idē Plinius docet ad Vrſum, in cauſa quam egit pro Vareno Repetundarum poſtulato à Bythinis: Inducti in Senatum inquiſitionē poſtulauerunt. Tùm Varenus petit, vt ſibi quoque defenſionis cauſa vocare teſtes

Legatio.

Plinius explicatus.

Legati.

Inquiſitio Reo etiam conceſſa.

 liceret,

liceret, recuſãtibus Bythinis cognitio ſuſcepta eſt. Et paulò pòſt ibidem: Cenſuit Acilius Rufus conſul deſignatus inquiſitionem Bythinis dandam, poſtulationem Vareni ſilentio prætcrijt. Hæc forma negandi fuit: Cornelius Priſcus Conſularis, & Actoribus quę petebãt,& Reo tribuit, vicitq; numero. Impetrauimus rem nec lege comprehenſam, nec ſatis vſitatã, iuſtam tamẽ. Quæ verba ſignificant inquiſitionem Reo interdictam neque permiſſam. Idem libro *6*. de eodem argumento: Scripſerã tenuiſſe Varenum, vt ſibi euocare teſtes liceret: quod pluribus ęquum, quibuſdam iniquum, & quidem pertinaciter viſum, maximè Licinio Nepoti, qui ſequenti Senatu, cùm de rebus alijs referretur, de proximo Senatuſconſulto diſſeruit, finitamque cauſam retractauit. Addidit etiam petendum eſſe à Coſs. vt referrẽt ſub exemplo legis Ambitus de lege Repetũdarum, an placeret in futurum ad eam legem adijci, vt ſicut Accuſatoribus inquirendi, Teſtibus quoque denuntiandi poteſtas eſſet ex lege: ità Reis quoque fieret. Fuerunt quibus hæc oratio, vt

ſera &

ſera & intempeſtiua,& præpoſtera,diſpliceret. Meminit eodem lib. 6. ad Vrſum. Tacitus lib. 13.de Suillio Repetũdarum, & Cintiæ legis reo: Mox quia inquiſitionem annuã impetrauerat, vrbana crimina incipi, quorum obuij teſtes erant. Neque à ſolis Magiſtratibus, vbi priuati deceſſiſſent de Prouincia, ratio magiſtratus geſti repoſcebatur,ſed & Comites ipſi, Socij & Emiſſarij eadem lege Iulia Repetũdarum cauſam dicebant.Marcell.l.1. ff. ad l. Iul. Repetund. Lex Iulia Repetũdarum pertinet ad eas pecunias,quas quis in Magiſtratu, Poteſtate, Curatione,Legatione,vel quo alio officio,munere, miniſterióue publico acceperit,vel eum qui ex cohorte cuius eorum eſt.Plinius libro tertio ad Minutianum de cauſa Claſſici, qui Procõſulatu exacto in Bœtica Hiſpaniæ Repetundarũ accuſabatur. Addiderũt(ſcribit)Bœtici,quot ſimul ſocios, miniſtroſq; Claſſici detulerũt,nominatimq; in eos inquiſitionẽ poſtulauerũt. Tamen ante Marcelli interpretationẽ nondũ cõſtabat tenerentúrne Comites Magiſtratuũ lege Iulia, in qua id nominatim non caue-

Comites.

Cohors.

Explicata l. 1. ff. ad l. Iul. Repetund.

cauetur,ſed adiectum à Marcello in d. l. r. Plin.lib.3.ad Minutianũ de ſocijs & miniſtris: Circa Hiſpanum & Probũ multùm ſudoris.Horum antequam crimina ingrederer,neceſſariũ credidi elaborare, vt cõ-
Miniſterium. ſtaret miniſterium crimẽ eſſe, quod niſi effeciſſem,fruſtrà miniſtros probaſſem.Et paulò pòſt: Hiſpanus, & Probus in quinquennium relegati , adeò crimen viſum eſt,quod initio dubitabatur an crimen eſſet. Miniſterium ergò opera eſt, quã Comites præſtant Magiſtratibus ad vexãdos
λειτούργιον. Prouinciales, Græci λειτούργιον vocant, pro quo Comites tenebãtur, eratq; quaſi appẽdicula litis principis. Idem Plinius lib. 2. de cauſa Marij: Hîc finis cognitionis ampliſſimæ , ſupereſt tamen litʊrgion nõ leue.Hoſtilius Firminus Legatus Marij Priſci,qui permiſtus cauſę,grauiter,vehemẽterque vexatus eſt:Nam & rationibus Martiani, & ſermone,quẽ ille habuerat in ordine Lepticanorum , operã ſuam Priſco ad turpiſſimum miniſterium commodaſſe,ſtipulatuſque de Martiano quinquaginta milia denariorũ probabatur &c. Idẽ Plinius ſequenti epiſtola: Leitoúrgion

illud

illud,quod ſupereſt cauſę Marij Priſci ſcri-pſeram proximè,neſcio an ſatis,circumci-ſum tamen, & adraſum eſt. Firminus in-ductus in Senatum,reſpondit crimini no-to. Poſtrema ergò pars primæ legis in ti-tulo ad l.Iul.Repetũd.ad cauſas litκrgiω̃n, & miniſteriorum pertinet. Impẽſæ verò inquiſitionum partìm publicę, partìm pri uatæ fiebãt.Cicero de ſua inquiſitione lo quẽs 3. Act. Nemini meus aduẽtus labo-ri aut ſumptui, neque publicè, neque pri-uatìm fuit. Magnæ autem erant propter ambitionem, infinitumque comitatus fa-ſtùm. Idem pro Flacco de Lælio Accuſa-tore & Inquiſitore,in cauſa repetundarũ: Qui comitatus in inquirẽdo? comitatum dico, imò quãtus exercitus? quæ iactura? qui ſumptus?quãta largitio? Comparaba-tur autem tantus Comitum numerus ad vim inferẽdam, extorquenda ciuitatibus pſephiſmata, priuatis teſtimonia, adeò vt tãdem lex lata ſit, de numero Comitũ in inquiſitione. Idem in eadem oratione. Tantùm à vobis petam Iudices, vt ſi quid ipſi audiſtis in cõmuni fama, atq; ſermo-ne de vi,de manu,de armis,de copijs, me-mineri-

Impenſa inquiſitionum.

Lex de numero Comitũ.

mineritis,quarum rerum inuidia lege hac recēti & noua certus eſt inquiſitioni Comitum numerus conſtitutus. Ciuitatum porrò elogia,& populorum pſephiſmata, priuatorū teſtimonia,quæ in tabulas coniecta inſtrumenta inquiſitionis vocabantur, impetrata publicè à Prouinciarū cócionibus iuratis Romam deferebantur:& intra triduum ad Prætorē ex lege deferri debebant,atque à Iudicibus obſignari. Idem in eadem Oratione: Sed fuerunt incorruptæ literæ domi, nunc verò quā habere auctoritatem, aut quam fidem poſſunt? Triduò lex ad Prætorem deferri, Iudicum ſignis obſignari iubet, trigeſimo die vix referuntur. Ne corrūpi facilè poſſent,idcircò lex obſignatas in publico poni voluit. Et quia incidimus in obſignationis mētionem,annotemus morem veterem in cauſis Repetūdarum, quē etiam in alijs ſeruamus multis. Aſconius 3. Act. ad illud Ciceronis. Cùm obſignandi gratia veniſſem: Moris fuit (inquit) vt Accuſator obſignaret domum, & omnia clauſa haberet eius,quē accuſaturus erat,ne qua furtorū indicia, aut in vaſis, aut in ſignis, aut in

Inſtrumenta Inquiſitionū.

Vetus mos in crimine Repetundarum.

aut in literis conſtituta à Reo remouerẽtur. Idem Aſconius alibi adnotat de mẽſe Februario. Hîc eſt menſis, quo Senatus frequens poſtulatis Prouinciarum audiendis datur. Fortè quia tùm recens deceſſerant ex Prouincia Magiſtratus miſſis ſucceſſoribus Ianuario. Itaque præſentibus Reis querimoniæ Prouinciarũ audiebantur commodiùs, & tutiùs propter Teſtes & memoriam recentiorem. Zeno tamen Imp. conſtituit, vt adminiſtratores Prouinciarum quinquaginta diebus poſt Magiſtratum in Prouincia palã manerent, vt eſſet cuiuis poteſtas accuſandi priuatum, repetẽdi extortum. Conſtitutio extat lib. 1. C. Iuſtinianei.

Februarius.

L. Zenonis.

C O R O L L A R I V M
ad caput nonum.

1. *Pſephiſmata ſũt rogatiões & leges Populares, quæ Plebiſcita, id eſt, decreta, & placita Populi dicuntur. Cic. pro Flacco: Sic ſunt expreſſa iſta præclara, quæ recitantur pſephiſmata, non ſententijs, ſed auctoritatibus declarata. Pſephiſmatum etiam meminit Plinius libro decimo epiſtola de Byzantinorum impendijs.* *Pſephiſmata*

ARGVMENTVM.

¶ De varijs æſtimationibus litium.

Caput 10.

SI Reus illatam intẽtionem nõ depellebat in vtroque iudiciorum genere, velut cõfeſſo lis æſtimabatur, vt antè ex Pædiano ſcripſimus. Eſt autem litem æſtimare, vt idem docet in eadem 2 Act. redigere in ſummam pecuniam, de qua lis fuit, quę de cõdemnati rebus exigeretur. & vt tota res pleniùs habeatur, puto fuiſſe triplicem litis æſtimationem. Primùm cùm cõfeſſo, vt diximus ſine accuſatione & iudicio lis æſtimabatur, vt in oratione pro Rabyrio Poſthumo, vbi Aulus Gabinius cõfeſſus eſt accepiſſe ſe pecuniã ob reducẽdum Ptolomeum in Ægyptum, & ei lis æſtimata extra iudiciũ. Itaq;(inquit) nec prędes dati, nec ex eius bonis, quanta ſumma litiũ fuiſſet, à Populo recipi lex æqua eſt. Et paulò pòſt: Itaque in litibus inferendis adeſſe ſolebãt, qui aliquid de ſe verębãtur, & cũ erant appellati, ſi videbatur, ſtatim cõtradicere ſolebant. Sin eius temporis recẽtem inuidiam pertimerẽt, reſpõdebant poſteà: quod cùm feciſſent permulti ſępè vicerũt. Hæc ille. Gabinius ergò

Litem æſtimare.

Triplex litis æſtimatio.

ergò nõ reſpõderat,& ideò lis ei æſtimata ſine prædibus, poſteà diluta tempore inuidia cauſam dixit defendente Cicerone, abſolutuſque eſt. Huiuſmodi litis ęſtimationem nõ ſtatim ſequebatur prædiũ exactio, aut pignoriſcapio, vel bonorum diſtractio. Itaque ſi rebus integris poſteà Reus defenderetur, extinguebatur prorſus facta æſtimatio, & hoc eſt, quod dicit permulti ſæpè vicerunt: quo in loco alioqui difficili nihil prorſus vidit interpres, vt & in reliqua planè Oratiõe cæcutit. Et quia interpoſita ęſtimatio nõ impediebat poſteram defenſionem, neque iudicium, neq; pręiudicium erat,cũ rei iudicatæ exceptio nõ opponeretur. Cic. pro Cluẽtio: *Pro Cluentio.* Hîc profertur id, quod iudicium appellari nõ oportet, P. Septimio Scæuolæ litẽ eo nomine eſſe æſtimatã. Et paulò pòſt: Quod cùm ſit, nõ iudicia reſcindũtur, ſed hoc ſtatuitur, æſtimationem litium nõ eſſe iudicium. Et quãquam ille locus de ęſtimationibus, quæ poſt iudiciũ fiãt loquatur, tamẽ eiuſdem ingenij eſt, ea quę pręcedit, quòd ante iudicium ſit, & ſine vlla litis cõteſtatione. Altera erat, quę illatio *Illatio litis.*

litis dicebatur, cùm iniuria affecti vindictam non quærebant publicè, ſed litem ſibi æſtimari poſtulabant, id eſt, multã quãdam adiudicari, qua ablatum cõcuſſione, latrocinio, furto, recuperarent. Cice. pro Cluentio: In litibus æſtimandis ferè Iudices, aut quòd ſibi eum, quem ſemel condemnauerunt, inimicũ putant eſſe: ſi quæ in eum lis capitis illata eſt, non admittũt, aut quòd ſe perfunctos iam eſſe arbitrantur cùm de Reo iudicarunt, negligentiùs attendunt cætera. Eſt enim inferre litem non crimen intendere, aut formulam, ſed omiſſo capite rerũ ablatarum per Reos, æſtimationem perſequi: quod vulgò dicimus agere ciuiliter, vt nunc in cædibus, cæſorum parentes litem inferunt, id eſt, agunt, vt lis æſtimata redigatur ad recuperandum quanti ſua intereſt. Procurator Fiſci crimen intentat, vindictam perſequitur, ſolumque caput petit. Hîc cui lis capitis æſtimata, nondum eſt ex Reis exemptus: ſed & condemnari poteſt: Ità contrà, qui abſolutus eſt tantùm pro capite, tamen litis æſtimationi obnoxius eſt. Sunt enim litem inferre, & litem capitis

Inferre litem.

Litem capitis æſtimare.

pitis

pitis æſtimare eadem, cùm pœna legitima conuertitur in multam, aut præ multa contemnitur. Alterum tamen alteri præiudicium non adfert, vt Accuſator vnus æſtimationem capitis, alter caput ipſum petere poſſit, ſicut nunc non ſatis eſt ſatisfeciſſe (vt loquimur) parti intereſſatæ, niſi publicè abolitio impetretur: aut contrà non ſatis eſt remiſſionem impetraſſe, niſi id quod intereſt ſoluatur, vt in cauſa Verris quæ æſtimata eſt ſeptingentis quinquaginta millibus.qua in ſumma putat Plutarchus præuaricatum Ciceronē, qui in Diuinatione petierat millies ſeſtertium. Hactenùs duæ litium æſtimationes,quæ ſunt ante ſententiã, prior ſine lite, altera cum lite. Tertia reſtat, quæ appendicula eſt cauſæ principis, vt dicit pro Rabyrio, cum vindicta primùm lege petitur, deindè vice corollarij intereſſe, & litium æſtimatio exigitur, quod fit in quibuſdam cauſis,vt Repetundarum, & Concuſſionis, maximè ſi coniunctæ ſint cum alio crimine. Plinius Secundus lib.ſecundo epiſtolarũ ad Arrianũ de cauſa Priſci damnati Repetundarum:

Appendicula cauſæ principis.

Cornutus Tertullus Conſul deſignatus, vir egregius, & pro veritate firmiſſimus cẽſuit ſeptuaginta millia, quæ acceperat Marius Ærario inferenda, Mario Vrbe, Italiaque interdicẽdum. Vbi capitis pœna cum pecunia coniũcta eſt, ſed coniuncta erat Marij cauſa, qui ob Reos iudicandos, interficiendoſque pecuniam acceperat. De hoc S. C. ſic meminit Iuuenalis Satyra 1.

Locus Iuuenalis.

Exul ab octaua Marius bibit, & fruitur Dijs
Iratis.at tu victrix Prouincia ploras.

Quò redibat pecunia.

Sed videndum ad quos redibat æſtimata pecunia: Ex verbis Plinij,& naſuto, mordaciq́ue Iuuenalis hęmiſtichio ad Ærariũ redijſſe cõſtat,aut ad Populum.Cice. pro Rabyrio:Sunt lites æſtimatę de Gabinio, nec prædes dati,nec ex eius bonis quanta ſumma litiũ fuiſſet à Populo Rom. recipi lex ęqua eſt. Sed illîc is, qui dederat,turpiter dederat, ideoque inferre litẽ ad repetẽdum nõ potuit.Qui autem poterant litẽ inferre,ad eos æſtimatio redibat: Nihil enim tam naturale, quã eum ſequi cõmoda, quem ſequũtur incommoda, aut nihil

nihil tàm iuſtum, quàm vt ſpoliatus reſtituatur: Ideoque nō immeritò exagitatur à Satyrico Senatuſcōſultū,quo rapta à ſocijs Ærario illata ſunt. Plin. ergò de cauſa Claſſici Repetūdarum damnati lib. 3. ad Maximum: Cōſilij noſtri exitus fuit, bona Claſſici,quæ habuiſſet ante Prouinciā, placuit Senatui à reliquis ſeparari: illa filiæ,hæc ſpoliatis relinqui. Additum eſt,vt pecuniȩ,quas creditoribus ſoluerat,reuocarētur. Cicero Actione vltima: Nō ex litibus tuis æſtimādis pecuniam,domū,ſed ex tua calamitate cineri atque oſſibus filij ſui ſolatium vult reportare. Ii quorum intererat adeſſe debebant, vt teſtarentur de ſuis diſpēdijs & intereſſe. Cicer. tertia Actione: Reperietis paucos Syracuſanos, qui ſe nunc publicæ laudationis cauſa veniſſe dicūt,& tūc participes prædæ fuiſſe, & nūc nō ad iſtius laudationem, ſed ad cōmunem litiū ȩſtimationem veniſſe. Æſtimabantur autem ex literis priuatis, tabulis publicis,teſtimonijs, cæteriſque inquiſitionum inſtrumētis. Cicero pro Rabyrio: In litibus æſtimādis nemo appellabatur, niſi Teſtium dictis,tabulis priuatorū,

Vndè ȩſtimabatur lis.

Appellare.

& rationibus ciuitatum. Ex qua loquendi formula etiam conſtat litium æſtimationem iudicium non fuiſſe, non enim dicit, citabatur, vocabatur in ius, ſed appellabatur. Idem ibidem: In litibus æſtimandis adeſſe ſolebant, qui aliquid de ſe verebantur, & cũ erant appellati, ſi videbàtur, ſtatim contradicere ſolebant. Itaque eodem iudicio capitis pœna cum multa nõ infligitur, propter veterem iuris articulũ, qui vetat ne pœna capitis cum pecunia coniũgatur, vt eſt in Oratione pro domo ſua. Aſconius in 2. Act. Duæ res cõſequebantur damnationẽ, vna qua vel ſimplex, vel duplex, vel quadruplex æſtimatio duceba tur: Altera erat exilij. Quod eſt intelligẽdum in ſimplici quæſtione, non coniũcta, vbi pœna capitis cum multa cõiungitur, vt antè diximus. Eſt alia etiã litis ęſtimatio noſtris temporibus, cũ iudicato principali (vt loquimur) procedimus pro expenſis recuperandis. Eſt enim hoc perſequi litis æſtimationem, vt non tantùm diſpendia, ſed etiam impendia cõſequamur, quod totum eſt in arbitrio Cognoſcentis poſitum. Meminit Cicero 1. de Oratore de ęſti-

Pœna capitis cum pecuniaria non coniungitur.

Alia litis æſtimatio.

Impenſa litium.

de æſtimatione pœnæ,quæ ad rem vtcunque pertinet: Erat (inquit) Athenis Reo damnato,ſi fraus capitalis non eſſet,quaſi pœnę æſtimatio & ſententia cùm à Iudicibus daretur, interrogabatur Reus,quã quaſi ęſtimationem commeruiſſe ſe maximè confiteretur: quod cùm interrogatus Socrates eſſet, reſpondit ſeſe meruiſſe,vt ampliſſimis honorib' & præmijs decoraretur, & vt ei victus quotidianus in Prytaneo præberetur, qui honos apud Græcos maximus haberetur.

Æſtimare pœnam.

Mos Athenienſium.

Socrates.

ARGVMENTVM.

¶ De ordine dicendi, & quod Defenſio interdum Accuſationem præcedebat, de partibus Orationis, in fori veteris & huius ſeculi mores digreſſio, quid ſit indicaſſe Reum.

Caput II.

SOLEMNIA, quæ deſcripta ſunt, excipit tandem accuſatio, & accuſationem defenſio. Accidit tamen nonnunquam, vt defenſio præcedat iniquitate Iudicis, aut accidentium maleficio, vt in cauſa Quintiana Cicero queritur

Defenſio interdum præcedit.

Reum priore loco cauſam dicere, & antequam Accuſatoris criminationem audiuerit hac elegāti allegoria: Ità fit, vt ego, qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam, tùm id facere cogar, cùm etiam telum aduerſarius nullum iecerit: Illis autem id tempus impugnandi detur, cùm & vitandi illorum impetus poteſtas ademta nobis erit: & ſi qua in re, id quod parati ſunt facere, falſum crimē quaſi venenatum aliquod telum iecerint, medicinæ faciendæ locus non erit. Hûc pertinet, quod Fabius ſcribit cap. 2. libri 7. Multis millibus verſuum ſcio apud quoſdam eſſe quæſitum, quomodo inueniremus, vtra pars deberet prior dicere, quod in foro vel atrocitate formularum, vel modo petitionum, vel nouiſſimè ſorte dijudicatur. Et paulò pòſt: Sed in plurimis cōtrouerſijs ne inueniri quidē poteſt, vt in illa, qui tres liberos habebat Oratorem, Philoſophum, & Medicum teſtamento quatuor partes fecit, & ſingulis ſingulas dedit, vnā eius eſſe voluit, qui eſſet vtiliſſimus ciuitati, contēdunt quis primus dicat. Incertū eſt, propoſitio tamen certa. Item in anti-
catigo-

catigoria, id eſt, accuſatione mutua, vbi vterque Accuſator, vterque Reus, ambigitur vtri prior dicendi locus dabitur, maximè cùm hoc reciprocũ, & mutuum cauſæ genus recipitur, vt apud Populum, Principem, & Senatum, & reliquos qui religioni legum addicti non ſunt: Nam apud iuratos Iudices nõ criminibus, ſed innocẽtia morũ ſe purgare oportet. Vlpia. in l. is qui Reus. ff. de public. iudic. Cui Fabius ſubſcribit latiùs rem perſequutus capite 3. lib. 7. in hęc verba: Ex hoc naſcitur anticategoria, vtique hoc factum eſſe cõuenit, quod duo inuicem objciũt: in quo quidem genere cauſarum admonet Celſus in Foro fieri nõ poſſe, quod neminem ignorare arbitror. De vno enim Reo conſilium cogitur, & ſi qui ſint, qui inuicẽ accuſent, alterum iudicium præferre neceſſe eſt. Apollodorus quoque anticategoriam duas eſſe cõtrouerſias dixit, & ſunt reuera ſecũdum Forenſe ius duę lites. Poteſt tamen hoc genus in cognitionem venire Senatus, aut Principis. Conuẽtio reconuentio, compenſatio ad priuata pertinẽt. Cęterùm ſeries naturalis eſt, vt Ac-

Anticatigoria.

Vnius cauſa vnum iudicium.

cuſator prior dicat, cui reſpondeat deinceps Rei Patronus. Vtrumque olim oratione perpetua præſtabatur, quæ Procemio, Narratione, Contentione, & Epilogo conſtaret. Adijciebatur nonnunquã Refutatio eorum, quę cognata cauſæ non erant, ſed tamen alia ratione dicenti nocitura. Interiectæ & Parecbaſes, quę docẽtur exactiùs à Rhetoribus, quàm à nobis in hiſtoria pingerentur. Atque vtinam infantia temporum quorundam, aut fatorũ malignitas veteris Fori tàm pulchros mores, tàm factos ad comparãdam ciuilitatẽ, tàm aptos ad pręſtanda ea, quibus ſolis præſtamus cæteris animantibus, nobis non inuidiſſet. Quantò meliùs ageretur cum legibus, quantò ſanctiùs obirẽtur Iuſticię ſacra à Sacerdotibus & Myſtis, quãtò fœlicius exerceretur Deę principis ſatellitium, ſi Veterum conſuetudinem retineremus, quæ pridem è manibus nobis elapſa eſt? Nam vt taceam reliqua complorata complorandaque, atq; ſemitam non egrediar, quid frigidius iudicijs publicis? Quid Accuſatoribus iſtis Syndicis, & Procuratoribus Cęſaris accommodatiùs

Orationis partes.

Refutatio.

Parecbaſis.

Vetus Forũ.

Procuratores Fiſci.

datius ad calumnias, prçuaricationes, & tergiuerſationes? Nam hos nec ira, nec dolor iuſtus, nec publica cauſa ad accuſandum impellit, hos nec talio nec ſubſcriptio, nec infamia malè verſantes in officio deterret, nec ſpes prçmij ad conuincendũ allicit: ſed eoſdem nummus ab officio reuocat, vt quibus præuaricatio plus lucri, quàm commodi adferat, qui ità languidè agunt, ità frigidè vrgent, ità leniter pungunt, vt nõ perfunctoria modò accuſatio, ſed luſus planè videatur. Accedit his incommodis longè fortaſſis grauiſſimũ, extinctũ in Foro dicẽdi artificium, nulla eloquẽtiæ cura, aut ratio inuectis altercationibus clamoſis, receptis inſtrumentorum plauſtris, non ſine magno Reorum diſpendio & iuris, quę ſanè ità frigent, vt bilem Iudicũ accendere aduerſus improbos nunquam poſſint, ità marcent, vt exaſperare Cognoſcentes nunquam poſſint ad audẽdũ aliquid, quod Iuſtitia dignũ ſit. Vſq; adeò ſcripta minùs mouẽt, quã audita. Quin illa intelligẽtiã, prudẽtiam diſceptãtiũ impediũt ſine neruis & ſãguine, id eſt, ſine actione, pronũtiatione, & geſtu. *In corruptos iudicij mores.*

Quid

Vis Eloquentia.

Quid enim magis ſalutare, quàm vi Eloquẽtię Iudicem raptum transferre in Iuſtitię caſtra, eumq; cogere, vt odium, extremaque omnia denunciet Deæ hoſtibus, reddere infeſtum, infenſumque vitijs & improbitati? Quod contingebat beneficio perpetuæ orationis, quæ impetu facto in animum audientis ad vindictã ſtatim abripiebat, quę igniculos ſopitos excitabat ad inflammandam poteſtatem Iudicum, quę gladium miniſtrabat ad iugulãdos virtutum hoſtes. Iã verò longis ambagibus, comperendinationibus, & dilationibus vadimoniorũ decoquitur, & putret in animis Iudicum voluntas animaduertendi, frigore ſcriptorum penè extinguitur accenſa bilis in vindictam, adeò vt accuſationes iã, quę olim cotes erant pertinacium ingeniorum, argumenta odij æterni ſolidique aduerſus vitia, abierint in altercationes ridiculas, & fruſtratorias, chartas pręuaricatorias, ſed vtẽdum temporibus, fruſtrà lacrymę funduntur, vincimur heu fatis: Satis ſit indicaſſe medicinam ad curandum malum, reuocationem nimirùm veteris moris, vt publicè quiuis admit-

Cotes pertinacium ingeniorum.

admittatur, vt perpetua oratione Reus peragatur,defendaturque,cùm ad excitãda magis ingenia, detegendam ignauiam quandam triſtem, & contemtricem Eloquentię,tùm ad fideliorem iuris exercitationem. Verũ vt de re tota ſemel aliquandò pronuntietur,mutantur mores agendi cum ſeculis, quod eleganter & grauiter diſputatur apud Tacitum in Dialogo de Oratoribus. Sed ad rem. Accuſator ſi vincit damnaſſe Reum & peregiſſe dicitur,vt antè diximus. Tacitus lib. 4. Receptus eſt Reus neq; peractus ob mortem oportunam. Dicitur etiam & indicaſſe. Vlpianus in l.indicaſſe.ff. de verb.ſignific. Indicaſſe Reum (inquit)eſt detuliſſe,arguiſſe,accuſaſſe, & conuiciſſe. Vbi ordo ſolemnium prædictorum ſeruatus eſt. Plautus in Aſinaria omninò ità vſurpat vt I. C. vbi ſenex ab vxore deprehenſus in lupanari, & condemnatus rapitur domum tãquam ad ſupplicium. Ait enim:

Reum damnare. *Peragere.* *Indicare.*

Malè cubandum eſt,indicatum me vxor adducit domum.

Vbi primũ delatus à Paraſito erat, accuſatus, & conuictus ab vxore:nam arguiſſe

illud

illud ſecundum ad interrogationem legíbus conſtitutam, conflictionemque ex intentione, & depulſione referimus, vbi, quia altercamur, magis arguimus, quàm accuſamus. Cęterùm hic indicare non in germano manet ſignificatu, ſed pinguius & plenius quid ſonat, vt non deferre tantùm & denunciare, ſed damnare ſignificet, quod ità capiendũ putamus, cùm ſcilicet de pręmio conſtituendo [1] indicanti quęritur, quod demùm conſequitur, qui eam dat operam, vt non denũtiet, arguat, accuſet ſolùm, ſed etiam damnet: vt cum effectu verba accipiantur, & aliquem tãdem exitum ſortiantur, quemadmodum in l. ſi Barſatoram. C. de fideiuſſoribus, vbi inuenire latronem, eſt exhibere iudicio vinctum, ſiſtere Prędidi, vel Pręfecto Prętorio puniendum. Aliâs indicare minus eſt quàm deferre, vt in coniuratione Catilinariorũ Fuluia index fuit, Cicero autem detulit, arguit, accuſauit, conuicit, & dãnauit. Attq; ità paucis habeatur explicatum Vlpianicum reſponſum. Quomodo autem perpetuæ iſtę Actiones ín multos dies prorogarentur, tàm ab Actore, quàm

Explicata l. 197. ff. de verbor. ſignific.

L. 13. C. de Fideiuſ.

re, quàm

re, quàm Patrono antè diximus, vt ſępiùs eadem cauſa tota, aliâs per partes à pluribus oraretur, aliquando continuis, aliâs interiectis diebus, quę repeterentur, niſi nota eſſent ex [2] ſuperioribus.

COROLLARIVM
ad caput vndecimum.

1. De præmio conſtituendo indicanti[1]) *Vide l. 3. §.8.ff. ad S. C. Silan. vbi legendum videtur indicaſſe non iudicaſſe. De indicino ſuperiùs quædam dicta ſunt cap.2.huius libri.* Correcta l. 3. ad S.C. Silan.

2. Ex ſuperioribus) *Vide lib.1. cap.12.ſuprà.*

ARGVMENTVM.

¶ De Altercatione.

Caput 12.

PERPETVAS Actiones ſequitur Altercatio, cuius vſus ordine eſt vltimus, quę ſanè omninò cõmunis Rhetori cũ Sophiſta & Dialectico: Poſita enĩ eſt in ſola inuẽtione, & iudicio, quib. duobus ars diſſerẽdi cõtinetur, & abſoluitur, neque illa diſpoſitionem, aut eloquutionis ornamenta magnopere deſiderat, aut circa memoriam, & pronuntiationem laborat, vt Dialecticus horum omnium ſecur[9] eſt, cõtentus fine ſuo, ꝙ eſt ꝓſuadere. *Altercatio.* *Partes Altercationis.*

Quo

Quo modo autem Dialectici de Problemate propoſito interrogando & reſpondendo vltrò citroque diſputāt, ità Oratores, quæ in actione perpetua circa probationes dixerunt, ea intendendo depellendoque alternis, retractant. Sed cùm ſint duo probationum genera, artificiales, & inartificiales, illæ continua laudis oratione explicantur, hæ altercationibus mutuis committuntur. Itaque in Teſtiū examine pugnatur, quaſi pūctis, aculeis, ſpinis, tùm in commendandis, tùm in refutandis, in tabularum probatione, ſpectationeque, non oratione perpetua, quaſi cæſim, ſed mucronib⁹ dimicatur. Hìc, quę inter agendum de argumētis extra artem ſitis iactauimus, promenda præſtandaque ſunt. Exhibendus teſtis dignus eo elogio, quo affecimus nuper. Præſtanda ea tabularum fides, integritas incolumitas, quæ promiſſa à nobis eſt: In his enim regnat, dominatur totum altercandi artificium: Continuitas actionis in inſitis occupatur. Cic. 2. Actione in Verrem. Fructum iſtū laudis, qui ex perpetua oratione percipi potuit, in alia tempora reſeruemus, nunc

Probationum duo genera.

Altercatio in atechnis.

Oratio perpetua in inſitis.

nunc hominem tabulis, teſtibus, priuatis, publiciſque literis, auctoritatibuſque accuſemus. Id eſt, nouo more in altercationem deſcendamus ante ingreſſum deductæ actionis. Plinius in epiſtola ad Minutianum libro tertio. Concipere animo potes, quàm ſimus fatigati, quibus toties agēdum, toties altercandum, tàm multi Teſtes interrogandi, ſubleuādi, refutandi. Altercari ergò eſt, quod vulgò dicimus verbaliter debatuere Teſtes, aut inſtrumēta, quod nonnūquam ità factitabatur, vt nō idem, qui declamauerat cauſam, altercaretur, ſed faſtidita hac minuta opella, atque ſe indigna, Rabulis & alijs inferioribus Patronis rixas illas arrogans Orator relinquebat. Fabius lib. 6. de Altercatione. Videas alios plærūque iudicijs priuatis ad altercationes vocari, alios ad probationes, quæ ſi diuidenda ſunt officia, hoc certè magis neceſſarium eſt, pudendūque dictu, ſi plus litigātibus proſunt minores. Sed quia ad victoriam vel plurimùm valēt quidam in dicendo mediocres, hac tamē altercandi præſtantia meruerūt nomē Patronorum. Cic. in claris Oratorib. de L. Philip-

Altercari quid.

Altercatis etiam commēdas Oratorē.

Philippo: Erat imprimis (vt temporibus illis) doctrinis Græcis inſtitutus, in altercãdo cum aliquo aculeo & maledicto facetus. Ibidem de Craſſo: Hic in altercando parem inuenit neminem. Idem in Oratione pro L. Flacco: Vbi eſt igitur illa laus Oratoris, quæ vel in Accuſatore anteà, vel in Patrono ſpectari ſolebat? benè teſtem interrogauit, callidè acceſſit, reprehendit, quo voluit adduxit, conuicit, elinguem reddidit? In publicis itaque iudicijs non ſolus ambitioſus declamandi ſudor Oratores exercet, ſed pugna decertatoria altercationum, ad quam certandam citantur voce Pręconis, qui egerunt.

Citatio altercaturorum.

Quia verò nuſquam magis, quàm inter altercandum, leuibus & conciſis dictis incaleſcit Orator, præcipiunt Rhetores, ne erumpat in conuitia, & flagitioſa dicteria. Tranquillus in Claudio: ac ne cui hęc mira ſint, Litigatori Gręculo vox in altercatiõe excidit, καὶ σὺ γέρων εἶ καὶ μωρὸς, tu ſenex es, & ſtultus. Fabius lib. ſexto: Bonus Altercator vitio iracũdiæ careat: nullus enim affectus rationi magis obſtat, & fert extra cauſam, & plærunque defor-

Præcepta Altercantis.

mia vitia facere, & mereri cogit, & ipſos nonnunquam Iudices incitat. Melior moderatio & nonnũquam etiam patientia. & quæ ſequuntur vtinam audirent Rabulæ quidam, qui latratibus aſſiduis noſtra fora exercent. Aliquandò ſine vlla actione perpetua, tantùm altercando, cauſas tractabant, vt Aſconius narrat de L. Lucilio, & M. Licinio ambobus Conſularibus, M. verò Triumphali. Hi, cùm accuſarent Lucium Cottam, non ſunt vſi oratione perpetua, ſed interrogatione Teſtium cauſam peregerunt: Quod aliquandò conſtituit Claudius Nero. Tranquillus in eius vita: In cognoſcendo morem eum tenuit, vt continuis actionibus omiſſis, ſingulatim quæque per vices ageret. Aliâs nonnunquam altercatio perpetuam actionem præcedit, vel ex lege quæſtionis, vt in cauſa Milonis lex lata Cneo Domitio Quæſtore, cuius inter cætera vno capite cauebatur, vt per triduum ante diem iudicij Teſtes audirentur: Vel etiam exemplo, cùm cauſæ vtilitas id poſtularet. Marcus Cicero ſecunda actione Verrina: Faciam hoc non

Cauſæ ſola Altercatione cõtentæ.

Altercatio nõnunquam Actionẽ perpetuam præcedit.

Lex quæſtionis.

Exemplum cauſæ.

nouum, ſed ab alijs, qui cùm Principes noſtræ ciuitatis ſunt, antè factum, vt Teſtibus vtar ſtatim. Illud à me nouum, Iudices, cognoſcetis, quod ità Teſtes conſtituam, vt crimē totum explicem: Vbi id interrogādo, argumētiſque, atque oratione firmauero, tùm Teſtes ad crimen accommodem, vt nihil inter illam vſitatam accuſationem, atque hāc nouam interſit, niſi quod in illa tū, cùm omnia dicta ſunt, Teſtes dātur, hîc in ſingulas res dabūtur, vt illis quoque eadem argumentandi facultas ſit. Idem, ſed apertiùs, pro Flacco: Vbi eſt igitur illa expectatio, quæ verſari in iudicijs ſolet? Nam anteà cùm dixerat Accuſator acriter & vehementer, cumq; Defenſor ſuppliciter demiſſeque reſponderat, tertius ille erat expectatus locus Teſtium, qui aut ſine vllo ſtudio dicebāt, aut cū diſſimulatione aliqua cupiditatis.

Cōfuſus ordo dicendi & altercandi.

ARGVMENTVM.

¶ Altercationem diuidit, ac primū de ea, quæ in denunciandis, & interrogandis teſtimonijs conſiſtit, Acatalepſia, & Subſellijs Teſtium, ac de Iureiurando.

Caput

Caput 13.

OPPONVNTVR ex aduerſo Altercatio & Diuinatio. hæc, vt quidam apud Pędianum dicunt, actiones eas complectitur, quę ſolis argumentis, quæ arte induſtriaque Oratoris è locis inſitis educũtur, cõfirmari poſſunt: Altercatio autẽ, vt diximus, in ijs verſatur, quæ inartificialia & foris aſſumta ſola induſtria Oratoris, beneficio eloquutionis tractantur, nõ inueniũtur, cuiuſmodi ſpecies ſex enumerat Fabius [1], quem maluimus ſequi, quod poſtremus ſcripſerit de Rhetoricis, & de prioribus veluti iudiciũ tulerit, habito delectu eorum, quę optima viderentur: Eæ ſunt, Pręiudicia, Rumores, Tormẽta, Tabulæ, Iuſiurandum, Teſtes. Rumores, & Præiudicia magis ad continuatam dictionem pertinent: reliqua ad altercationem accõmodatiſſima. Primũ ergò de Teſtibus dicamus, quoniam circa eos maximus Patronorũ ſudor eſt. Teſtis olim Superſtes, Antiſtes, Antiſtitor, Anteſtatus, Aduocatus, quia in præſentẽ rẽ de qua teſtificaturus erat adducebatur,

Diuinatio. *Altercatio.* *Aſſumti loci.* *Teſtis.*

vocatus eſt, quaſi idem ſit cũ eo, qui prudens, & ſciens, conſciuſque rei, quæ geritur, præſentiam commodat: nam & pupilli [1], aut furioſi præſentes aut Teſtes eſſe non poſſunt, quia rem non intelligunt magis, quàm ſaxum aut rupes. Quod ſi ità habet, conſtat Teſtes oculatos eſſe debere, quanquam & auriti nonnunquam ſint: Adnotauit enim Aſconius in tertiã Verrinam apud Antiquos & de auditiõe teſtimonium dici ſolitum. Fabius libro quinto. De auditionibus ſcimus non ipſos eſſe Teſtes, ſed iniuratorũ afferre voces. Et certè ſi præſentes aures accommodent pro oculatis capiuntur, vt in conuitijs, & exigendis ijs, de quibus an dicta ſint ambigitur, quæ auribus non oculis accipiuntur. Auritos autem vſus recepit eos, qui de alijs audiuerint, nec ipſi rei gerendæ interfuerunt, vt eſt in vulgaro prouerbio, *Pluris eſt oculatus Teſtis vnus, quàm auriti decem.* Plaut. in Truculento:

Præſens.

Auritus Teſtis.

Oculatus Teſtis.

— *Non placet, cùm illi plus laudant, quæ audiunt,*
Quàm quæ vident. Pluris eſt oculatus
Teſtis vnus, quàm auriti
Decem.

Decem. Qui audiunt, audita dicunt: qui
vident, planè ſciunt.

Vis vocabuli præſentiam requirit, & ſenſus intentionem, quo rem accipiat, acceptamque in animum referat, vt philoſophantur Phyſici res à ſenſu perceptas tanquam per manus internuntiorum repræſentari phantaſiæ, & ab ea rurſus oſtendi cogitationi mentis, quæ tandem ab illa in theſauro memoriæ reponuntur. Hînc etiam Arbitri dicti Teſtes, qui præſentes adeſſent rei geſtæ. Plautus in Trinummo:

Circumſpice, dùm ne quis adſit Arbiter nobis.

Horatius:

Auribus meis non infideles arbitræ
Nox & Diana.

Obſeruatum verò antiquitùs in teſtimonijs dicendis vſitatam fuiſſe quandam acatalepſiam, & Academicā aporiā, vt qui teſtificarentur nō ſe ſcire, & pro certo cōpertum habere pronuntiarent, ſed Socratico more perceptionē certā aſſertionēq; ſecuram ſuſpēderent vocabulo parū arrogāti, & obſtinato *arbitrari* ſe dicebāt. Itaq;

Acatalepſia Academicorum in foro.

 Cice-

Cicero in Oratione, quam pro Fonteio repetundarum reo perorauit, cùm de Teſtium religione multa dixiſſet, tandèm irridet formam teſtimonij dicti à quodam Gallo: Credo (ait) hæc eadem Indutiomarum in teſtimonio timuiſſe, aut cogitaſſe, qui primùm illud verbum conſideratiſſimum noſtrę conſuetudinis, *arbitror*, quo nos etiam nũc vtimur, cùm ea dicimus iurati, quæ comperta habemus, quæ ipſi vidimus, ex toto teſtimonio ſuo ſuſtulit, atque omnia ſe ſcire dixit. Idem in Academicis: Quam rationem maiorum etiam comprobat diligentia, qui primùm iurare *ex ſui animi ſententia* quenque voluerunt, deindè teneri, *ſi ſciens falleret*, quòd inſcientia multa verſaretur in vita. Tùm qui teſtimonium diceret, vt *arbitrari* ſe diceret, etiam quod ipſe vidiſſet. quęque iurati Iudices cognouiſſent, vt ea nõ eſſe facta, ſed vt *videri* pronuntiarẽt. Erat & quędam in iureiurando præſtando religio, vt iurati teſtificarentur. Hînc iuſiurãdum vocatiuum, & theſes Rhetorũ diſputatæ pro religione & cõtra religionem eiuſdem ſacramẽti. Idem Cicero in eadem

Arbitrari. *Videri, facta.* *Iuſiurandum Teſtium.* *Theſes Rhetorum.*

eadẽ pro Fõteio de M.Scauro Teſte:Cuius (inquit) iniurati nutu prope terrarum orbis regebatur, iurati teſtimonio neque in C.Fimbriam, neque in C. Memmium creditum eſt. Ibidem de Gallis, quos vt leues grauiſſimè exagitat,Foro vſus nimirum, cauſæque ſeruiens: Ab iiſdem gẽtibus(ait) ſanctis, & in teſtamento religioſis obſeſſum Capitoliũ eſt, atque ille Iupiter, cuius nomine maiores noſtri ſanctam teſtimoniorum fidẽ eſſe voluerunt &c. Significatur autem Iupiter ἐνόρχιος periurij vindex, qui in Capitolio ſibi aſſidẽtem Fidẽ habet, vt eſt in Catonis Oratione.Et meminit Ennius: *Galli.* *Iupiter ἐνόρχιος.* *Fides.*

O Fides alma, apta pinnis,& Iuſiurandum
Iouis.

Putatur etiam Iſis Ægyptia periuria vlciſci,vt apud Iuuenalẽ Satyra 13.vbi multa de periurio. Ex quibus, quia ſunt quidam Athei contemnunt religionis metum, alij auaritię ſuę ſordibus poſtponunt Deorum iras: *Iſis.*

Hic putat eſſe Deos, & peierat, atque ità ſecum
Decernat quodcũq; volet de corpore noſtro

Iſis, & irato feriat mea lumina ſiſtro,
Dũ modò vel cæcus teneam, quos abnego nummos,
Et phtiſis et vomicæ putres, et dimidiũ cr°
Sunt tanti?

Arcturus. Arcturus etiam apud Plautũ in prologo Rudẽtis periuriorũ vindex eſt. *Athenienſium mos.* Athenis dicturi teſtimonium ad aras admouebãtur. Cic. pro Balbo: Athenis aiunt, quũ quidã apud eos, qui ſanctè grauiterq; vixiſſet, & teſtimoniũ dixiſſet publicè, & (vt mos eſt Græcorũ) iurandi cauſa ad aras accederet, vna voce oẽs Iudices, ne is iuraret reclamaſſe. Ex quo loco cõſtat poſt dictũ teſtimoniũ demũ iuramento adigi ſolitos. Intelligitur aũt tacitè Xenocrates, vt ex vita eius apud Laërtiũ diſcimus. *Duplex Teſtimonium.* Teſtimonium reddebatur bifariam, aut viua voce ab ipſo Teſte præſente conceptũ, aut tabulis ſcriptóue mandatũ, *Surdum.* quod ſurdum etiã in adagione vocatur, vel mutum, vt fit in obſignãdis teſtamẽtis, contractibus, inquiſitionibus, & cæteris abſentiũ depoſitionibus. Præſentes aũt ſuũ aſſignatum in *Subſellia Teſtium.* foro ſubſelliũ habebãt, ex quo teſtificaturi ſurgerẽt. Cic. pro Roſcio Comœdo: Te, te inquam

inquā Fanni abs tuis ſubſellijs cōtra te Te
ſtē ſuſcitabo. Quod & nos antè [3] adnota-
uimꝰ.Fab.li. 5.Illę verò peſſimę artes, Te-
ſtē ſubornatū in ſubſellia aduerſarij mit-
tere,vt indè excitatus plꝰ noceat dicendo
contra Reū,cū quo ſederit.Opus alterca-
tionis in interrogādis Teſtibus totū con- *Interrogatio Teſtiū a quibus fiebat.*
ſumitur, id ꝙ olim fiebat à partibus ipſis:
nā & Accuſator ſuos ipſe Teſtes,& Patro
nꝰ itē ſuos,viciſſimq; alter alteriꝰ interro-
gabat.Vndè præcepta Rhetorū de caute- *Præcepta Rhetorum.*
lis interrogationū, & legibꝰ ꝓcōtationū:
neq; enī, vt iā fieri ſolet,qui quæſtiōi prę-
ſidebat teſtimoniū exigebat, quāq̄ teſti-
moniū denūciaret. Eſt enī Teſtiū duplex *Teſtium duplex genus.*
genꝰ teſte Quītilian.volūtariorū,& eorū,
quib.Iudex in publicis iudicijs lege denū-
ciare ſolet: ſicuti iuſiurandū, vel eſt volū-
tarium, vel neceſſariū, vt non temerè de-
currari debeat Rubrica 2.lib. 12.ff. de iu- *Correcta Rubrica ff.*
reiurādo, quæ in correctioribus exēplari-
bus non habet reliqua, ſiue volūtario, ſi-
ue neceſſario, ſiue iudiciali. Neceſſarius *Neceſſarius Teſtis.*
Teſtis eſt,cui denūtiatum eſt teſtimoniū,
id eſt, qui citatus neceſſe habet teſtifica-
ri.Eſt enim denūciare [4], citare ad diē,qua *Denuntiare.*
dicen-

dicendum eſt teſtimonium, quod facere poterant, præter ipſos Iudices, & Accuſatores. Plinius lib. 6. Licinius petēdum cēſuit à Conſulibus, vt referrent ſub exēplo legis ambitus de lege repetūdarū, an placeret in futurum ad eam legem adijci, vt ſicut Accuſatoribus inquirendi, Teſtibuſque denūciandi poteſtas eſſet ex ea lege, ità Reis quoque fieret. Denunciādi Teſtibus, id eſt, die dicta ad iudicium euocandi teſtationis gratia. Probus in literis antiquis: *D. T. D. D. P. F.* id eſt, *duntaxat Teſtibus decem denuntiandi poteſtatem faciam.*

Denunciationes. Hinc denunciationes pro vadimonijs; & citationibus. Cicero pro Flacco de Lælio Accuſatore, & Inquiſitore loquens: Adiūxit illa, vt eos, qui domo exire nolebāt, teſtimonij denūciatione deterreret, qui domi ſtare non poterant; largo & liberali viatico commoueret. Et qui pecuniam accipiūt ob denūciandum teſtimonium cōcuſſionem committunt, atque adeò lege Cornelia tenētur. *Concuſſio.* *L. Cornelia.* Eſt enim hoc vexare hominem domo auocare, negotijs neceſſarijs ſubſtrahere; illudere. *Deferre Inſimulandum.* Deferre autem aliud eſt, & idem quod permittere,

mittere, vel exigere vt alius iuret. Vlpia-
nus:Si Reus iurauerit, nemine ei iuſiurã-
dum deferẽte, Prætor id iuſiurãdum non
tuebitur, ſibi enim iurauit. Fabius: Is qui
defert alioqui agere modeſtè videtur, cũ
litis Aduerſarium Iudicem faciat. Et pau-
lò pòſt: Sed nobis adoleſcẽtibus ſeniores
in agẽdo facti pręcipere ſolebant, ne vn-
quam iuſiurãdum deferremus. Delatum,
qui nõ præſtat, recuſare dicitur. Fabius 5. *Recuſare.*
Is qui defert, eum, cuius cognitio eſt, o-
nere liberat, qui profectò alieno iureiurã-
do ſtare mauult, quàm ſuo, quo difficilior
recuſatio eſt, niſi fortè res eſt, quã credi-
bile ſit notã ipſi nõ eſſe. Reſpuere etiam *Reſpuere.*
dicitur. Idem Fabius: Iuſiurãdum Litiga-
tores aut offerunt ſuum, aut non reſpuũt
oblatum, aut ab Aduerſario exigunt, aut
recuſant, cùm ab ipſis exigatur. Vndè ap-
paret, exigere, offerre, deferre eadẽ. Quã- *Exigere, offerre.*
quam offerre noſtrũ ſæpiùs dicamur. Ibi-
dem: Offerre ſuum ſine vlla conditione,
vel vt Aduerſarius iuret, ferè improbum
eſt. Qui verò recipit dare teſtimoniũ di-
citur. Fabius: Nemo per tabulas dat teſti- *Dare Teſtimonium.*
moniùm, niſi ſua volũtate. Dicere etiam

perhibe-

perhibere, teſtificari, id eſt, deponere pro teſtimonio: nam teſtari aliud eſt:

——— *Cœlum hoc & ſydera conſcia teſtor.*

Dicitur etiam iuriſiurandi gratiam [6] facere. Plautus ad calcem Rudentis:

Iuriſiurandi volo gratiam facias.

Idem:

——— GRI. *Tange aram hanc Veneris.*
LAB. *Tango.*
GRI. *Per Venerẽ hanc iurandum eſt tibi*
LAB. *Quid iurẽ tibi.* GR. *Quod iubeo.*
LAB. *Prai verbis quid vis, id quod domi*
eſt, nunquam vlli ſupplicabo.
GRI. *Tene aram hanc.* LAB. *Teneo.*
GRI. *Deiura te mihi argentũ daturũ*
Eodem ipſo die, viduli, vbi ſis potitus
LAB. *Fiat.*
GRI. *Venus Cyrenenſis Dea te teſtor mihi.*

Et quæ ſequuntur.

COROLLARIVM
ad caput decimumtertium.

1. Enumerat Fabius) *Lib.5. Inſtitut. Orat.*
2. Præſentes aut Teſtes eſſe non poſſunt) *L. apud Labeonem. ff. de verb. ſignifi.*
3. Antè annotauimus) *Lib.1. cap.7.*
4. Eſt enim denuntiare) *De denuntiatione teſtimonij vide Cuiatium lib. Obſeruat. 3. cap. 15.*

5. Fabius)

5. Fabius)*Lib.5. cap 6.Inſtit. Orat.*

6. Iuriſiurandi gratiam facere)*Papirius I.C.l.38. ad Municipal. vſurpat pro eo, quod diſpẽſare dici- mus. Sic Tyberius(teſte Suetonio)Equiti Romano iuriſiurandi gratiam fecit, vxorem in ſtupro gene- ri deprehenſam dimitteret, quam ſe nunquã repu- diaturũ antè iurauerat. Hæc autem gratia nunc à Pontificibus noſtris impetrari debet. Aliás remit- tere ſuſceptum iuſiurandum ſignificat. Paulus in l. 6. de iureiurand. ff. Labeo etiam abſenti & igno- ranti iuriſiurandi gratiam fieri poſſe reſpondit. Sed et per epiſtolã gratia iuriſiurandi fieri poteſt. l. 41. & Modeſtinus l. 32. Iuriſiurãdi gratiã facere pu- pillus non poteſt. Cæterùm quãdo locus hic incidit de periurÿ vindicibus, operæpreciũ adhûc videtur quædam de periurio adferre, quia ſunt, qui ex l. 2. C.de iureiur. l.aduerſus. ff. de except. l. vlt. de in lit. iurãd. negẽt periurium puniri iure Romano, ſed tãtũ Deũ vltorẽ habere, quod falſum eſſe cõuin- citur ex Cicerone primũ lib.2.de Legib. qui ait per- iurÿ pœnã diuinã exitiũ, humanã dedec⁹ eſſe. Quod quidẽ dedecus interpretamur cẽſorias notas, quibus afficiebãtur periuri, vt idẽ Cic.lib.de Officÿs teſta- tur Cẽſores nulla de re diligẽtiùs, quã de iureiurã- do iudicaſſe, eiuſq́ rei exẽplũ extat apud A. Gelliũ lib.7.cap.18.de duob.captiuis recuſantibus reuerti ad Hãnibalẽ, vti iureiurãdo ſe obſtrinxerãt. Ad rẽ facit, quod Valer.refert li.4.c.1. de Africano, et l.ſi duo.§.vl.de iureiurã.l.vl.de crimi.ſtel.ff.l.vl.ad l. Iul.repetund.l. 2.§.vlt. de indict.viduit.tollen. C. quib.adde c.quicũq;.cũ gloſſa 6.quæſt.1.l.21.22.de dolo. ff. Quid vetat etiã citare §. 6. Conſtitutionũ Regiarũ nuperrimè latarũ ſup iuſticia criminali.*

Iuriſiurandi gratiã facere.

Periurium in foro vindicetur.

Cenſores.

ARGV-

ARGVMENTVM.

¶. De Teſtium reiectione, & eleuatione, Iuriſiurandi varijs formulis, Tormentis, ac Tabulis.

Caput 14.

Percunctari. SIGNIFICANTISSIMVM eſt in altercandi ratione percũctari, vbi non tàm Teſtiũ interrogatio peragitur, quàm percontatio, cùm longo circuitu, altè repetitis interrogationibus diu ſuſpéditur, cauteque circũducitur, vt inter illas ambages imprudens quædã fateatur, quæ interroganti profutura ſunt, dũ colliguntur in vnum. Plaut. in Trinummo:

——— *Cætera intùs otioſè percũctabor.*

Tractum eſt à Nautis, qui conto explorãt aluei cauitatem, tentantque ſuſpectas ſibi fluminis partes. Ità Orator fidem, animique conſtantiam, quam attulit Teſtis, circũſpectè probat, cùm ſępè etiã deprehendit, aut in vado hærẽtem, aut ſine fundo fluctuantem. Fabius lib. 5. Multùm domi antè verſandi, ac varijs percontationibus, quales haberi ab Aduerſario poſſunt, *Teſtatio.* explorandi ſunt. Teſtatio etiam pro teſtimonio dicitur. Idem Fabius: Sępè inter ſe collidi

colliſi ſolēt, indè teſtatio, hinc Teſtes, locus vtrinq; . Reijcere Teſtes, refutare, refellere, reprehēdere, ſed mitiora ſunt ſubleuare, eleuare, quaſi fidem detrahere, tracta à Zigoſtatis, & Libripendibus. Plinius lib. 3. Toties altercandum, tam multi Teſtes interrogandi, ſubleuandi, refutandi. Exarmari etiam cauſa dicitur, cū à ſubornatis Teſtibus expugnatur. Idem Plin. ibidem: E Teſtibus quidam ſiue iratus, quod euocatus eſſet inuitus, ſiue ſubornatus ab aliquo Reorum, vt accuſationē exarmaret, Norbanum Licinianum Legatum & Inquiſitorē Reum poſtulauit, tanquā in cauſa Caſtæ vxoris Claſſici hic præuaricaretur. Sed cauſę arma non in ſolis Teſtibus poſita ſunt, verùm in cæteris probationibus, quibus confirmatur. Quæ ideò arma dicūtur, quòd ijs inſtructa cauſa neceſſitatem quandam cognoſcētibus afferat, vt pro ijs iudicent: Non eſt enim libera Iudicum diſceptatio, ſed aſtricta allegatis & probatis in ordinem cogitur. quod tamen diſputatur apud Gelliū cap. 2. lib. 14. Et Cice. in Oratione pro Fonteio contendit pluribus, non eſſe tantam

Reijcere Teſtes. *Subleuare.* *Exarmari.* *Arma cauſę.* *Iudiciū cognitio an libera.*

fidem adhibendam probationibus, vt cõſcientia æqui boni relicta metum religionis nobis pariat, his verbis: Quamobrem Iudices ſi hoc præſcriptum lege, aut officio putatis, Teſtibus credere, nihil eſt, cur alius alio Iudice melior aut ſapiẽtior æſtimetur: Vnum eſt enim & ſimplex auriũ iudicium, & communiter, & promiſcuè ſtultis, ac ſapientibus à natura datũ. Quid eſt igitur vbi elucere poſſit prudentia? vbi diſcerni ſtultus Auditor, & credulus ab religioſo, & ſapiente Iudice? Et reliqua, quę eleganter diſputantur in eam theſim, propè efficiunt, vt Iudicum cognitio debeat eſſe libera, maximè cùm arma, quibus cogi dicuntur vt allegata ſequantur, infirma ſunt, veritate inferiora, & æquitati rationique imparia. Sed locus iſte ita [1] amplus eſt, vt ſi more Peripatetico in vtranque partem declamaretur, iuſtum librum conficeret. De iureiurãdo [2], quod in foro concipitur, nihil mihi adhûc conſtat in quam formulam conciperetur. Iuſtinianus primus inſtituit, vt per ſacroſancta Euangelia iuraretur, in authentica de ſanctiſſimis Epiſcopis. Extra forum per

Iuriſiurandi formula varia.

res ſibi

res ſibi chariſſimas iurabãt. Aſcanius apud Vergilium lib. 8.

Per caput hoc iuro, per quod pater antè ſolebat.

Apud Ouidium de amica periura:

Perq́; ſuos illam nuper iuraſſe recordor,
Perq́; meos oculos, & doluère mihi.

Apud Martialem lib. 8.

Non per myſtica ſacra Dindymenes,
Non per Niliacæ bouem iuuencæ,
Nullos denique per Deos Deaſq́;
Iurat Gellia, ſed per vnione. s &c.

Aliquando etiam per Deos. Hînc Iouem [3] lapidem iurare, quod qui faciebãt, lapidem ſilicem tenebant, hæcque verba effabantur. *Si ſciens fallo, tùm me Dieſpiter ſalua vrbe, arceq́; bonis eijciat, vt ego hunc lapidem.* Feſtus. Et Phauorinus apud Gellium lib. primo capite vigeſimo primo Iouem lapidem (inquit) quod ſanctiſſimum iuſiurandum eſt habitum, paratus ſum ego iurare Vergilium hoc nunquã ſcripſiſſe. Annotauit & Plutarchus in Problematibus viros per Caſtorem [4] & Pollucẽ non iuraſſe, vt nec mulieres per Herculem. Iurabãt ergò aut Deos, aut res

Iouem lapidẽ iurare.

Iuſiurandum virorum & mulierum.

chariſſimas. Æneas lib. 4. apud Vergiliū:

Funeris heus tibi cauſa fui, ꝑ ſydera iuro,
Per ſuperos.

Iurare geniū Cæſaris.

Erant & qui iurarēt geniū Cæſaris. Tranquillus in Iulio de columna Iulio poſita: Apud eam longo tempore ſacrificare, vota ſuſcipere, controuerſias quaſdam interpoſito per Cæſarem iureiurādo diſtrahere perſeuerauit.

Conceptis verbis iurare.

Conceptis verbis iurare, eſt iurare in formulam prꝺſcriptam, ab eo, qui præeundo adiurat iuraturos. Curtius lib. 7. Nos propemodùm tuo verberatu ei omnes te præeūte iurauimus, eoſdem nos inimicos, amicoſque habituros, quos tu haberes. Plinius lib. 10. ad Traianum: Prꝺijmus & Commilitonibus iuſiurandum more ſolemni præſtantibus, & Prouincialibus, qui eadem certarunt pietate, iurantibus.

Conſtitutio Platonis.

Plato in Dialog. de Legibus conſtituit, vt per Iouē, Apollinem, & Themidē in Foro iuraretur, ratus hos Deos periurij ſeueros vindices. Ideoq; ſacramentum dictum propter ſacrorum religionem teſtationibus interpoſitā. Plin. li. 10. ad Traianū: Rogatus, Domine, à Nicenſibus publicè per ea, quꝺ mihi & ſunt, & debent

& debent eſſe ſanctiſſima, id eſt, per æternitatem tuam, ſalutemque, vt preces ſuas ad te perferrem, fas non putaui negare. Quod attinet ad tormentorũ [6] quæſtiones, quanquam ad altercandi hiſtoriã pertineant, tamen quia exiguam habent rationem, ſubinde nouis quęſtionum generibus excogitatis ad exprimendam veritatem, paucis perſtringemus, omiſſis ijs quæ apud Valerium de quæſtionibus, & Rhetores de problematis, quæ more ſuo in vtrũque verſant latus, vt ratio cauſę poſtulat. Libera ciuitate ante Cęſares nemo quæſtionum tormentis ſubijciebatur, niſi ſeruus, tãta erat ciuium Romanorũ prærogatiua, quæ per Cæſares in miſerabile ſeruitium conuerſa eſt. Erat inter genera Tormentorũ Culeus, Laminæ ardentes. Valerius lib. 6. de ſeruo Antonij Oratoris: Plurimis laceratus verberibus, culeo impoſitus, candentibus laminis vſtus, omnem vim Accuſatoris, cuſtodita Rei ſalute, ſubuertit. Trãquillus in Domitiano: Verùm aliquanto poſt ciuilis belli victoriam ſæuior, plæroſque partis aduerſę, dudùm etiam latentes, conſcios inueſtigato

Tormenta.

Problemata.

Culeus.
Lamina.

nouo quæſtionis genere diſtorſit, immiſſo per obſcœna igne. Idem in Tyberio de Fidiculis: Excogitauerat inter cætera genera cruciatus etiam, vt larga meri potione per fallaciam oneratos repente veretris deligatis, fidicularũ ſimul & vrinę tormento diſtenderet. Idẽ in Caligula: Quin & ſubindè iactabat, exquiſiturum ſemel Fidiculis de Cęſonia ſua, cur tãtoperè diligeret. Exemplum acerbiſſimæ quæſtionis extat apud Curtium lib. 6. ſub finem exercitæ in Philotã Parmenionis filium.

Quæſtiones. Quæſtiones dictæ, quòd tormentis veritas credatur exquiri & extundi ab inuitis. Idem in Tyberio: Statuæ Auguſti quidã caput demſerat, vt alterius imponeret. Acta res in Senatu, &, quia ambigebatur, per tormenta quęſita eſt. Alluſum eſt hîc

Tabula. ad nomẽ quæſtionis. Tabularũ inſpectio, reliquorũque ἀτεχνῶν vix vllã habet hiſtoriã, niſi quod Tabularũ multa genera: ex priuatis Diaria, quæ & Ephemerides, Aduerſaria, Codex, Commentarius, Breuiarium, Pugillares, Quincuplices, Quadruplices &c. Ex publicis Acta, Hiſtorię, Annales, Commentarius imperij, Breuia-

rium

rium imperij, quod Regeſtũ Finantiarum vocamus &c. ſed huius loci non ſunt, quare ad alia pergamus.

Corollarium ad cap. decimumquartum.

Vtrum iudicandum ex actis & probatu, an potius ſecundum cõſcientiam.

1. Sed locus ità amplus eſt) *Hanc quæſtionem diſputant in contrariam partem Martin. & Ioan. antiqui Gloſſatores, hic ex actis & probatis, ille ſecundum veritatem & conſcientiam iudicãdum putat. Accurſ. eos quadam diſtinctione conciliare nititur gloſſ. l. illicitas. §. veritas. de offic. Præſid. adde gloſſ. in cap. 1. de offic. Iud. ordinarij extra. cap. Iudices. cum gloſ. 2. quæſt. 7. gloſ. in authent. Iuſiurandum quod præſt. ab his qui adm. accip. in verbo quod mihi viſum. gloſſ vlt. cap. 1. extra de conſtit. & in cap. 1. de ſentent. & re iud. in 6. Oldendorp. de formul. inueſtig. act. in fin. Deciſio. 29. Guido Pape ait, quod inferiores Iudices debeant iudicare ſecundum acta & probata, ſed ſupremi ſecundum conſcientiam. Pro quo ſtat Bartolus in l. vnic. vt quæ deſunt Aduocat. C. Felinus in c. Paſtoralis de officio Delegati ponit ſeptem caſus, quibus Iudex inferior poteſt iudicare ſecũdum conſcientiam.*

Iuſiurandum cõcipiebat qui deferebat.

2. De iureiurando, quod in Foro concipitur) *Ex l. 2. § fin. & duab. ſequentib & l. 33. de Iureiurand. ff. elici poſſe videtur, quod iuriſiurandi formulam præſcribebat is, qui deferebat: Iurari (inquit) oportet, vt delatum eſt iuſiurandũ. Cæterùm ſi ego detuli, vt per Deum iurares, tu per caput tuum iuraſti, vel filiorum tuorum, non erit iuratum*

habendum iuſiurandum. Quod ſi exegi, vt per ſalutem tuam iurares, & iuraſti, ſtabitur: omne enim omninò licitum iuſiurandum, per quod voluit quis ſibi iurari, idoneum eſt, & ſi ex eo fuerit iuratum Prætor tuebitur. Diuus Pius iureiurando, quod propria ſuperſtitione iuratum eſt, reſcripſit &c. De vario autem ac multiplici iureiurando apud diuerſas Gentes, & per quos Deos iurare conſueuerunt, vide apud Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 10. De obſeruata, cuſtoditaque apud Romanos iuriſiurandi ſanctimonia vide Aulum Gelliū lib. 7. cap. 18. Noct. Att. Laberius Mimus apud eūdem lib. 16. cap. 7. facetè reſpondit iuſiurandum eſſe emplaſtrum æris alieni. Baſilius verò cenſuit nunquā eſſe iurandum, & Plato 12. Dialogo de Legibus turpe cēſuit iuſiurandum exigere, & eius vſum prohibuit.

Laberius Mimus. *Baſilius.* *Plato.*

Iurare Iouē lapidem.

3\. Iouem lapidem iurare) *Vndè Cicero lib. 7. Epiſt. familiariū Trebatium I. C. Epicureū factū irridet: Quomodo, inquit, tibi placebit Iouem lapidem iurare, cùm ſcias Iouem iratum eſſe nemini poſſe? Huius etiam formulæ meminit Plautus in Aulularia:*

Si te ego ſciens fallo, ità me eijciat Dieſpiter
Bonis, ſalua vrbe, & arce, vt ego hunc lapidem.

4\. Viros per Caſtorem non iuraſſe) *Adde Gelliū lib. 11. cap. 6. Noct. Att. Sic per Iunonem etiam viri, vt mulieres mediuſſidius, nunquam iurabant, vt notat Turneb. Aduerſ. lib. 3. cap. 20. Familiare autem fuit Socrati apud Platonem iuſiurandum per canem & anſerem.*

Viri Iunonē, mulieres mediuſfidius non iurabant. Socratis iuſiurandum.

Conceptis verbis iurare.

5\. Conceptis verbis iurare) *Huius generis iuſiurandum etiam erat, quod præiuratio dicitur, quādò ſequens cū iuraret, tātùm addebat, idem mihi: Cui, vt ex*

vt ex Salluſtio in Catilina apparet, addebatur execratio: Cùm ad iuſiurandũ (inquit) Populares ſceleris ſui addiceret, humani corporis ſanguinem vino permixtum pateris circumtuliſſe, indè, cùm poſt execrationem omnes deguſtaſſent, ſicuti in ſolemnibus ſacris fieri cõſueuit, dicitur aperuiſſe conſiliũ ſuum. Exemplum eſt elegãs apud Marcellinum lib. 21. de Militibus iurãtibus in verba Iuliani. Aliud militare conceptum vide apud Gellium lib. 16. cap. 4. Nunc conceptis verbis etiam omnes Magiſtratus, & Præfecti Iuriſdictionũ iurare coguntur ſtatim in initio ſuſcepti officij ex præſcripto dictarum Conſtitutionum Regiarum nuperrimè latarum ſuper Iuſtitia criminali. Formula autẽ deſumta videtur ex auth. Iuſiur. quod præſt. ab ijs qui adminiſt. accipiunt. Sed hæc non in foro contentioſo. Execratio.

6. Tormentorum quæſtiones) Fallaciſſimum eſſe quæſtionis iudicium vel ex eo cõuincitur, quod mẽtitur, qui pati poteſt, mentitur, & qui pati non poteſt, ille patientia, aut obſtinatione ſuperat, hic infirmitate ſuperatur, ſemper anceps coniectura, quoniam vera confeſſis, & falſa dicentibus idem doloris finis oſtenditur: quod exemplo Epigoni, & Euſebij apud Marcell. lib. 4. comprobari poteſt. Varia vtriuſque exempla ſunt apud Valerium lib. 8. cap. 4. & alios Hiſtoriographos. Idẽ etiam Valer. cap. 3. lib. 3. miram conſtantiam depingit in Theodoro, in quo Hieronymus Tyrãnus Tortorum manus fruſtrà fatigauit, rupit, Verbera, Fidiculas laxauit, ſoluit Eculeũ, Laminas extinxit prius quã efficeret, vt tyrannicidij ſocios indicaret. Contrà Cicero in Topicis: Quæ tormentis, verberibus, igne Rei Quæſtio fallax iudicium. Theodorus.

 defatigati

defatigati dicunt, veritas ipſa dicere videtur. Sed quorſum verbo defatigati vtitur? an quia mitius eſt, quàm coacti? Locus itaque hic controuerti poteſt. Horrendas quæſtiones, & tormenta exercita à Valentin. Imperat. ità exactè deſcribit idē Ammianus Marcel. li. 29. vt horror, & terror legentibus incutiatur, nam vt cætera prætercam, quis nō afficiatur vel inter legendum ſolum Tormentorum, & Quæſtionis apparatum magnificum? Intenduntur (inquit) Eculei, expediuntur Pondera plumbea cum Fidiculis & Verberibus, reſultabant omnia truculentæ vocis horroribus, inter cathenarum ſonitus, tene, claude, comprime, abde miniſtris officiorum triſtium clamitantibus. dein meras aperit carnificinas. Varia Tormentorum genera explicant Ioan. Brodæus lib. 2. cap. 9. & 10. Miſcellan. & Adrian. Turneb. lib. 4. cap. 3. Aduerſ. quæ propter Tyrannos vtinam incognita, aut obliuione deleta eſſent. Sed ſolers ad ſæuitiam ingeniū alia noua indies fingit, atque comminiſcitur, quandò mors vna non ſufficit.

ARGVMENTVM.

¶ De Ampliationibus, Comperendinationibus, & Dilationibus cauſarum, & earum diſcrimine.

Caput 15.

VBI ab vtraque parte cauſa perorata eſſet, miſſi in concilium Iudices, vel abſoluebant Reum, vel damnabāt, vel, ſi de cauſa non liqueret, ampliabant, quod

Ampliatio.

quod ſæpiùs aliquando fiebat in iuris obſcuritate. Valerius lib.8. de cauſa Cottæ: Septies ampliata, ad vltimũ octauo iudicio abſoluta eſt. Symbolõ & inſigne Ampliationis fuit N.L. non liquet in tabella: *Non liquet.* nam ſi liqueret tabella A. abſolutionis, aut C. condẽnationis in vrnam cõijciebatur. cic. pro Cecinna de Fidiculano quodã: In eũ quid dicã? niſi id, quod negare nõ poſſit? veniſſe in conſiliũ publicæ quæſtionis, cùm eius conſilij Iudex non eſſet: & in eo conſilio cùm cauſam nõ audiſſet, & poteſtas eſſet ampliandi, dixiſſe ſibi liquere: dũ incognita re iudicare voluiſſet, maluiſſe condẽnare, quã abſoluere, cũ ſi vno minùs dãnarent, condẽnari Reus nõ poſſet, non ad cognoſcendã, ſed ad explendam dãnationem præſto fuiſſe. Item Areopagitæ *Areopagitæ.* cũ mulierẽ veneficij reã, iuſtã tamẽ probantẽ ei⁹ cauſam, nõ abſoluerẽt, quia per leges nõ licuit, neq; nocẽtem dãnarent, quæ digna venia fuit, ampliauerũt, & Accuſatorem Accuſatãque centeſimo anno adeſſe iuſſerunt. Gellius [1] lib. 14. Vt abſoluerem inducere in animum non quiui, & propterea iuraui mihi non liquere, atque

atque ita iudicatu illo ſolutus ſum. Idem eſt etiam quod ampliùs pronunciare. Cicero 4. in Verrē: Verùm, vt opinor, Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur Reus, anteà vel iudicari primò poterat, vel ampliùs pronuntiari. In quem locum ſic Aſconius: Aut ſtatim ſentētia dicebatur, ſi abſoluēdus eſſet Reus, aut ampliùs pronunciabatur, niſi videretur eſſe damnandus cùm dixiſſet, ius non liquet, hoc eſt, obſcura cauſa eſt. Itaque ea pars interpoſita dilatione dicebat, in cuius peroratione videbatur obſcuritas, atque ità alterius tātùm partis cauſa ampliatio concedebatur. Si ergò iubebatur in alium diem cauſa dilata rurſus planiùs agi ampliatione, erat hæc ſpecies quædā dilationis, vt etiam comperēdinatio, & diei diffuſio diuerſa ab iſtis temporis ratione: Ampliatio enim in incertum diem & concipiendum ab eo qui iudicio præerat: Comperendinatio in perēdinum & tertium: Diffuſio in alterum poſterumque rem differebat. Apud Aſconium aliud annotatur diſcrimen, vt ampliatione [a] altera tātùm pars differatur, cuius ſcilicet obſcura cauſa eſt:

Amp'io pronuntiare.

Comperendinatio.
Diei diffuſio.
Diſcrimen inter Ampliationē, Diffuſionem, et Cōperendinationem.

ſa eſt:Comperendinatio autem vtriuſque partis & dilatio, & recitatio eſt. Rurſus pergit idem: Comperendinatio, eſt ſecũda actio: Item, eſt ab vtriſque Litigatoribus inuicem ſibi denunciatio in perendinum diem: namque cùm in rem aliquam agerẽt Litigatores,& pœna ſe Sacramẽti peterent, poſcebant Iudicem, qui dabat trigeſimum diem:quo dato, deindè inter ſe comperendinum diem, vt ad iudicium venirent,denuntiabant. Quò cũ eſſet vẽtum,antequã cauſa ageretur quaſi per indicem rem exponebãt, quod ipſum dicebatur cauſæ [3] coniectio,quaſi cauſę ſuę in breue coactio.Reliqua corruptiſſima ſũt. Verũ ex verbis Aſconij videor mihi poſſe cõfirmare lectionem germanã, reiecta notha & ſuppoſititia in l.1. ff. de reg. iur. vbi Paulus,vel,vt alij habẽt, Venuleius ex Sabini I.C. ſentẽtia definit regulam breuem eſſe rerum narrationẽ, & quaſi cauſæ cõiectionem: vbi antè legebatur coniunctionem, ſed legendum cõiectionem nemo iam ambigit,cùm eadem penè verba ſint apud Aſconium:Summa enim rerũ narratio explicabatur, quaſi per indicẽ capi-

Cauſa cõiectio.

Locus Aſconij corruptus.

Reſtituta & vindicata l.1. ff. de reg. iur.

capitũ præcipuorũ apud tribunal. Quam
Coactio cauſæ. cauſæ in breue & quaſi compẽdium, coa-
ctionem idẽ vocat, quòd cogatur in epi-
tomen & breuiarium. Breuem narratio-
nẽ Paulus & Sabinus reſpiciẽs ad veterẽ
fori hiſtoriam, quaſi cauſæ coniectionem
dixit, ſignificás magis ad inſtar eſſe, quàm
eandem, cũ illa in foro, hęc extra forũ eſ-
ſet. Quod ſanè conuenit cũ prima defini-
tione, Regula eſt, quę rem, quę eſt, breui-
ter, enarrat: id eſt, argumentum cauſæ in
periochẽ cõcludit, vt ſunt argumẽta Ora-
tionum Ciceronis ab eodẽ Pædiano con-
tracta. Ità in regula, theſi, axiomate, prò-
nuntiato, proloquio, principio, maxima,
aphoriſmo, apophtegmate (nihil enim re-
fert, quomodo appellemus, cũ eandẽ vim
penè habeant) coguntur in vnum multæ
ſpecies. Atque vt in ſumma narratione rè-
ciduntur circũſtantię, & quaſi luxuriãtes
rami detũduntur relicto trunco: Ità in re-
Regula. gula ſuperſedetur particulariũ moleſta in-
ductione, atque enumeratiòne, quibus in
arctas anguſtias verborum coniectis, id in
quo cognata ſunt, breuiſſimè ſolùm vide-
tur. Sed vinculú cognationis nõ eſt lis aut
cauſa,

cauſa,ideoque addita particula ſimilitudinis, *quaſi*, vt alluſio ad hiſtoriã ſignificaretur. Aliâs præter Aſconij ſententiam poſſumus cauſę coniectionem ſecùs interpretari, non pro coactione, ſed pro ſumma quadam & leui cognitione,ex qua ſcilicet ſtatim,quid iuris ſit conijcit, & diuinat Iudex:Eſt enim & hoc conijcere cauſam,ſpectare quid iuris in quæſtione propoſita, vt etiã Iuriſcõſultus in ſolio cõſultus de lite,ſi poteſt, ſtatim eius hypotheſim refert ad aliquã ſui iuris regulã, vt ea cõijciat quid iuris,et euentũ cauſę futurę. Neq; incõmodè aut ineptè ità interpretaremur,niſi prior plꝰ antiquitatis,& eruditionis haberet:Tamẽ pro poſteriore facit Gel.cap.10.li.5.de Protagora:Litẽ cũ Euathlo conteſtatur,& cũ ad Iudices cõijciẽdæ conſiſtendæq; cauſæ gratia veniſſet, tũ Protagoras ſic exorſus.Vbi cõijcere in eo eſt ſignificatu,in quo diximꝰ. Verũ ad propoſiti diuerticulũ.Ampliationis meminit ibidẽ Gell.de argumẽto κατ᾽ ἀντίστρεφον & reciprocè relato ab Euathlo Protagorę:Tũ Iudices hoc dubioſũ inexplicabileq; eſſe, ꝙ vtrinq; dicebãt rati,ne

Cauſæ coniectionis alia interpretatio.

Conijcere.

ſenten-

ſententia ſua, vtrãcunque in partẽ dicta eſſet, ipſa ſeſe reſcinderet, rem iniudicatã reliquerunt, cauſamque in diem longiſſimam diſtulerũt. Id eſt, ampliauerũt, comperendinauerunt, diemque diffuderunt. Nam ſæpiſſimè iſta tenui diſcrimine ſeparata confunduntur ad quamcunque dilationem, vel (vt iam loquimur) procraſtinationem ſignificãdam. Differre autẽ cõmune vulgatũque vocabulũ. Iuuenal.

Differre. ———— *Differt vadimonia Prætor.*

Plinius libro 1. ad Suetonium: Scribis te perterritũ ſomnio, vereri ne quid aduerſi in actione patiaris, rogas vt dilationẽ petam & pauculos dies. Deindè ad calcem epiſtolę: Nã iudiciũ Centũuirale differri nullo modo, iſtud ęgrè quidẽ, ſed tamen poteſt. Gell. cap. 2. lib. 14. Sed enim ego, cũ homines conſiderabã, alterũ fidei, alterũ probri plenũ, ſpurciſſimęque vitę, ac diffamatiſſimę, nequaquam adduci potui ad abſoluendum. Iuſſi igitur diem diffundi, atq; indè à ſubſellijs pergo ire ad Phauorinum Philoſophũ. id eſt, ampliari. Idẽ ibidem: Atque in rerum quidẽ definitionibus, comperendinationibuſque, & alijs quibuſ-

quibuſdã legitimis reb⁹ ex ipſa l. Iulia &c. vbi trifariã lectio variat: Sũt enĩ qui legãt definitionib. alij diffuſionib⁹, vt Budęus, [4] ꝙ rectè cõfirmat ex Liuio, alij diffiſionib. vt ſit diffindere diẽ, nõ diffundere, vt Politian. in Miſcellan. cõtẽdit ex fide Archetypi ff. ꝙ Florẽtię religioſiſſimè cuſtodiẽ, vbi in l. 2. tit. ſi quis cautionib. ità legitur: Si Iudex, vel alter ex Litigatorib. morbo ſontico impediatur, lex iubet diẽ iudicij eſſe diffiſũ. Dicim⁹ etiã ꝓferre diẽ, producere, et dirimere, ꝙ Vulgus dicit remittere ad cras, vel ad aliũ diẽ, vndè dicũtur [5] Prolationes apud Plautum in Milite glorioſo:

Proferre diẽ.

Prolationes.

—— *Trecentæ poſſunt cauſæ concinni.*
Non domi'ſt abijt ambulatum, dormit, ornatur, lauat,
Prãdet, potat, occupata'ſt ope, nõ eſt, nõ poteſt,
Quantumuis prolationum, dũmodo &c.

Dicitur etiam prolatare, & extrahere. Q. Curtius lib. 10. Ille quò facili⁹ ab integris ſũptuoſos diſcerneret, prolatãdo aliquantum extraxerat tẽporis. Ampliationis aũt etiã meminit Auſonius in epiſt. ad Paulũ his verbis: Sẽſit hoc Venus de pulchritudinis palma diù ambiguo ampliata iudicio:

Prolatare.

cio: Ad quam ampliationem,vt dictũ eſt, N.& L.quod eſt nõ liquere refertur. Cuius notę & iuriſiurãdi,quod in ea cõcipiebatur faciũt mẽtionem noſtræ Pandectæ lib.4.ſub tit.de recept.arbit.in l.idẽ Põponius, his verbis: Proindè ſi fortè vrgeatur à Prętore ad ſentẽtiã, ęquiſſimũ erit,ſi iuret ſibi de cauſa nõdũ liquere, ſpatiũ ei ad ꝓnuntiandũ dari.Et lib.42. earundẽ Pandect.ſub tit.de re iud. in l. Põpon. Paulus I.C.etiã meminit his verbis: Si vni ex pluribus Iudicib.de liberali cauſa cognoſcẽti, de re nõ liqueat,cęteri aũt cõſẽtiãt: ſi is iurauerit ſibi nõ liquere,eo quieſcẽte, cęteros, qui cõſentiũt, ſẽtẽtiã ꝓferre:quia etſi diſſentirẽt,ſentẽtia plurium obtineret.

Corollarium.

1. Gellius)*Cap. 2. Noct. Att.*

Ampliatio. 2. Ampliatione altera tantũ pars)*Dubitat Manutius vtrũ hoc ſemper verũ fuit, nã ex Liuij lib. 43. probari poſſe videtur, quod ſicut in Comperendinatione vtraque pars agebat, ità in Ampliatione. Diſcrimen eſt aũt aliud inter Ampliationem, et Comperendinationẽ, quod hæc non tantũ ex arbitrio Iudicũ, vt illa, pendet, ſed petente altero, aut vtriſque Litigatoribus cõceditur, Ampliatio verò voluntate Iudicũ. Mirũ aũt videtur, quod etiã ait Aſconius, quod Ampliatio fiebat interdũ in cauſa manifeſta, cũ Reus cõdemnãdus veniret, et veluti ad excuſan-*

Comperendinatio.

Aſconius reprehenſus.

dũ dilationẽ cõdẽnationis prætextũ hũc, quaſi nõ liqueret, acciperẽt Iudices. quod etiã vix ſit veriſimile: Nã cũ Iudices in leges iurarent, proculdubio ſine religione non poterant hoc ſymbolum N. L. apponere in cauſis, quibus liquidò conſtabat Reũ condemnandũ. Hũc accedit quod ex l. idem. de recept. arbit. & l. Pomponius. de re iud. ff. apparet, quod Iudices non poterant cauſam ampliare, niſi priùs præſtito iuramento ſibi non liquere.

3. Dicebatur cauſæ coniectio) *De cõiectione cauſæ vide Duarenũ li. 1. diſpũc. c. 46. Alciat. li. 5. Parer. c. 1. Vide etiã Adrian. Turneb li. 13. c. 27. Aduerſ.* Coniectio cauſæ.

4. Budæus) *Adnotat. in ff. ad l. 2. ſi quis caut.*

5. Vndè dicũtur Prolationes) *Rerũ Prolationes, et Res prolatæ dicũtur etiã vacationes, & forẽſes induciæ, quib. in Foro feriãtur homines, vt ſũt Meſſium, Ludorũ, et Vindemiarũ tẽpora, quãdo Halcedonia ſũt apud forũ, vt Plaut. loquitur: quod idẽ elegãter explicat in Capteiuis ſub perſona Paraſiti Ergaſili:* Res prolatæ.

Vbi res prolatæ ſunt, quom rus homines eunt,
Simul prolatæ res ſunt noſtris dentibus.
Quaſi quom caletur, cocleæ in occulto latent:
Suo ſibi ſucco viuont, ros ſi non cadit.
Item Paraſiti rebus prolatis latent,
In occulto miſeri victitant ſucco ſuo,
Dùm ruri rurant homines, quos liguriant,
Prolatis rebus Paraſiti venatici.

Rerũ prolatarũ ſæpiſſimè meminit Cice. Seneca de breuitate vitæ: Diripitur inquit ille toto foro Patronus, et magno cõcurſu oĩa vltrà quàm audiri poteſt cõplet, quãdò, inquit, res proferentur? Et nos cætera cũ reb. proferẽda duximus, atque ãpliãda in ſequẽtẽ lib.

SVMMARIVM Libri Quinti.

LIBRO QVINTO DE PRAXI, ET FORMVLA PRIVATORVM IVDICIORVM, ET, QVÆ AMBOVRM FERE COMMVNIA SVNT, RATIONE FERENDARVM SENTENTIARVM, SPORTVLIS, APPARITORIBVS, CVSTODIIS, APPELLATIONIBVS, ET REIVDICATA.

HISTO-

HISTORIAE
Fori Romani
Liber Quintus.

ARGVMENTVM.

¶ De more denunciandi litem,ſeu in ius vocandi , hoc eſt, de Vadimonijs,Atteſtationibns, Atteſtatis,Vadibus,Prædibus,& Supprædibus.

Caput primum.

EXCIPIAT priuatorũ minorumq́ue iudiciorum formula publicorũ maiorumq́ue deſcriptionem, vt tandem finis incepto deductoq́ue operi imponatur. Formula ergò litium exercendarum rectè dicitur,quã Stylum, & Praxim Vulgus vocat.Tacitus in lib. de Oratoribus: Trãſeo nunc ad formam & conſuetudinem veterum iudiciorũ. Quę ſic deducebatur:Qui actionem habebat, ex qua cum alio experire-

Formula Fori.

periretur, hoſtem in ius vocaturus primũ à Prætore petebat, vt liceret eum, quẽ libello deſcripſerat, vadari. Prætor libello ſubſcribebat. Plautus in Aulularia de Euclione ſene auariſſimo loquens:

Pulmentum pridem ei eripuit miluus.
Homo ad Prætorem plorabundus deuenit:
Inſit ibi poſtulare plorans, eiulans,
Vt ſibi liceret miluum vadarier.

Libellus.

Subſcriptio Prætoris.

De ſubſcriptione Plinius lib. 1. Epiſto. ad Arrium: Sedeo pro tribunali, ſubnoto libellos, cõficio tabulas. Vadari autem vel conuadari, eſt in ius citare die dicta. Horatius 1. Sermonum:

Vadari.

——— *Et caſu tunc reſpondere vadato*
Debebat.

Id eſt, Aduerſario, qui eum in ius vocauerat. Cicero pro Quintio: Vadari vis? promittit. In ius vocas? ſequitur. Iudiciũ poſtulas? nõ recuſat. Sed huiuſmodi vadatio in hunc morem expediebatur: Actor vel Petitor per ſe, non per Apparitorem, vt nunc, inſtructus libello ad hoſtem veniebat, aduocatiſque aliquot Teſtibus citabat die dicta, atq; vt Teſtes meminiſſent facti vadimonij illis auriculam vellebat.

Vadationis executio.

De Li-

De Libello Plautus in Curculione: *Libellus.*

Vbi tu es, qui me conuadatus es Venerijs
vadimonijs?
Vbi tu es, qui me libello Venerio citaſti? ec-
ce me ſiſto, ades contrà:
Siſto ego tibi me, & mihi contrà itidem te
vt ſiſtas, ſuadeo.

De Teſtibus aduocatis, rogatiſque, quos *Teſtes aduocati.* Iuriſperiti Adhibitos vocãt, Liui. de Virginia, & Appij Decemuiri liberto: Vocat puellam in ius auctoribus, qui aderant, vt ſequeretur. Horatius Satyra 9. lib. 1.

———— Caſu venit obuius illi
Aduerſarius, et quò tu turpiſſime? magna
Exclamat voce. et licet anteſtari? ego verò
Oppono auriculã, rapit in ius, clamor vtrin
Vndique concurſus. (que,

Ad quem locũ ſic Acron: Denuntiantes *Mos denunciandi litem.* litẽ Anteſtatos habebant, quibus præſentibus ità conueniebant, vt aurẽ illis tertio vellerent. Sîc Seruius. Alij ſic exponũt, ꝙ Horatiũ interrogauerit, ſi teſtis eſſe pateretur, et Horatius obtulerit aurẽ vltrò. Solebant enim Teſtium ¹ aures tenere, *Vulſio auriculæ.* & ità dicere: Memento quod tu mihi in illa cauſa teſtis eris, quod eſt anteſtari.

Aliter olim, qui anteſtabantur auriculam contingebant. tangens autem auriculam his verbis loquebatur: Liceat anteſtari? Si ille reſpondiſſet, licet, per iniectionē manus Aduerſariū ſuū in ius trahebat. Quod ſi anteſtatus non eſſet, & manum iniecisſet, iniuriæ reus conſtitui poterat. Plautus in Perſa, leno ad Satyrionē paraſitū:

D o r. *Nonne anteſtaris?* S a t. *Tuáne ego cauſa carnufex*
Cuiquam mortali libero aureis atteram?

Anteſtari. Aliter anteſtari eſt teſte vti, cùm iudicij cauſa volo manum inijcere: Nā hæc erat conſuetudo, ſi quis vadato non paruiſſet, ei Aduerſarius aliquē de præſentibus anteſtabatur, id eſt, tangebat eius aurem, & dicebat, licétne anteſtari? ſi reſpōdiſſet ille, licet, tūc inijciebat vadatus manum in eum, qui non paruiſſet, & trahebat in iudicium. Aliter ſi inieciſſet manum, iniuriarum poterat accuſari. Porphirio autem annotat anteſtari eſſe ex 12. tabulis. Puto ego āteſtari dictū, quaſi atteſtari, quod eſt

Anteſtatus. teſtari, & teſtem facere, & anteſtatus forma paſſiua tāquam teſtis adhibitus. Titus Caius lib. 1. inſtitutionum: Quæ emancipatio

patio ſeu manumiſſio ſolebat ante Præſidem fieri, modò ante Curiam faciēda eſt, vbi quinque teſtes ciues Romani in præſentia erant, pro illo qui libripés appellatur, id eſt, ſtateram tenens, & pro eo, qui anteſtatus appellabatur, alij duo, vt ſeptē Teſtium numerus impleatur: Nam & Teſtes pro ijs quos atteſtamur vocamus. *Teſtes.* Vergilius:

Dùm queror, & Diuos, quanquam nil Teſtibus illis
Profeci.

Teſtibus, quos ſum teſtatus. Idem 7.

Multa Deos, auraſq́; pater teſtatus inanes.

Dici etiam Superſtites, Antiſtites, Antiſtitores ſuprà annotauimus [2], ſed diuerſa analogia, quòd ſuper, vel ante rem controuerſam ſtarent. Vellebatur autem auricula veteri more, quē adhûc rétinemus, dùm aliquem memorem eſſe cupimus. Si citatus promittere vadimoniū nollet, ius erat vadato, pręſentes teſtato de cōtumacia, citatum trahere in ius. Si promitteret vadimonium, & ſequeretur vocantem, dicebatur vadimonio obſtrictus: & cùm vtrinq; petitū & promiſſum, dicitur factū. *Superſtites.* *Antiſtites.* *Antiſtitores.* *Factum vadimonium.*

Valerius de Scipione lib. 3. Cùm oppidũ Badiam circumſederet, tribunal ſuum adeuntes, in ædem, quæ intra mœnia hoſtiũ erat, vadimonium in poſterum diem facere iuſſit. Cicero pro Quintio: Quęſiuit à te ſtatim, vt Romam redijt Quintius, quo die vadimonium factum diceres. Qui ergò promiſerat, tanquam ex ſponſo tenebatur, quia promiſiſſet, & ſpopondiſſet. Hûc alluſiſſe videtur Simmachus ad Auſonium: Nemo eſt mortalium, quem præ te diligam, ſic vadatum me honorabili amore tenuiſti. Tenere vadatũ dixit pro obſtringere: Definitur enim vadimonium ſponſio ad certum diem ſiſtendi ſe in iudicio, vel per ſe, vel per Procuratorẽ: quam qui implebant, obire vadimonium dicebantur. Pro Quintio: Qua tibi hora vadimonium nõ ſit obitum, eadem te hora conſilium cepiſſe hominis propinqui fortunas euertẽdi. Siſtere etiam vadimonium M. Cato apud[3] Gellium lib. ſecundo: Quid ſi vadimonium capite obuoluto ſtitiſtes? Vbi legendum contendit ſtitiſſes non ſtetiſſes, quoniam ſiſteretur vadimoniũ non ſtaretur. Apud Ciceronem tame n

Promittere vadimoniũ.

Vadimonium quid.

Obire vadimodium.

Siſtere vadimonium.

Gellij locus.

tamen in Quintiana vbique ſtetiſſes legitur, vt illîc: Veniunt frequentes, teſtificātur ipſi non ſtetiſſe, & ſe ſtetiſſe. Vbi ſi intelligendum eſt vadimonium proculdubio ſtitiſſe legendum: Si non, optimè etiā & latiſſimè dicetur ſtare in iudicio, id eſt, ſe exhibere, & ſiſtere, metaphora à prælio ducta, vbi congreſſuri ſtant in gradu, quem ceperunt ad reſiſtendum hoſti: Vndè & appellatus ſtatus depulſio rei oppoſita intentioni, quòd illîc ſtet, pedemque figat reſtiturus, vt docet Cicero in Partitionibus: Quanquam Fabius ſtatum appellet quæſtionem ortam ex conflictu Accuſatoris & Rei, quæ à Cicerone conſtitutio dicitur. Stare ergò in iudicio eleganter dicitur, qui reſponſurus, cauſamque dicturus adeſt. Horatius nona Satyra: *Ciceronis locus.* *Stare.* *Status.* *Conſtitutio.*

———— Inteream, ſi
Aut valeo ſtare, aut noui ciuilia iura.

Vtrumque ergò apud Ciceronem rectè Latineque legetur, neq; quicquam temerè videtur immutandū. Cōſiſtere etiā dicitur. Imp. Anton. Seuero, Aduerſus eos, qui ne- *Conſiſtere.*

qui negotia tua geſſerunt, negotiorũ geſtorum iudicio ciuiliter conſiſte, lib. ſecũ-

Præſtare vadimonium.

do C. tit. de neg.[4] geſt. Præſtare vadimoniũ. Corn. Nepos in vita Põponij Attici: Ipſi Fuluię, cũ litibus diſtineretur, magniſque terroribus vexaretur, tanta diligẽtia officium ſuum præſtitit, vt nullũ illa præſtiterit vadimonium ſine Attico, vt ſponſor omniũ rerum fuerit. Spõſor non ſolùm pro vade, id eſt, fideiuſſore iudicio ſiſti, ſed etiam iudicatum ſolui. Dicitur e-

Venire.

tiam venire ad vadimoniũ. Pro Quintio: Ad vadimonium non venerat is, qui cum tibi affinitas, ſocietas, omnes deniq; cauſæ & neceſſitudines veteres intercedebant.

Occurrere ad vadimonium.

Item occurrere ad vadimoniũ. Tranquillus in Caligula: Comprehẽſis meritorijs vehiculis, & piſtrinenſibus iumẽtis, panis Romæ ſæpè deficiebat, & Litigatorũ plęrique, quòd occurrere abſentes ad vadimonium non poſſent, cauſa cadebãt. Non tantũ vadimonium, ſed & Litigator ſiſtitur. Liuius[5] de Cęſone: Siſti Reum, pecuniáque niſi ſiſtatur Populo promitti pronuntiant. Iuris Cæſarei Interpretes recẽ-

Iaſon.

tiores, maximè Iaſon lumẽ Inſubrium, in

l. 1. ff.

l. 1. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit, ponit differentiam inter eum qui iudicio ſiſti, & exhiberi vel repręſentari ſpòponderit, vt illud ſit à litiſcõteſtatione ad ſententiam, hoc ad momentũ pręſentię pertineat. Sed Latinis auctoribus nũquã mihi commentum ſuum probabit, quamuis in re ſit craſſa lataque differentia: Neque id colligi poteſt ex lege apud Labeonem. ff. de verbor. ſignificat. Sed vocabuli analogiam veſtigemus, quam puto eſſe huiuſmodi, vt qui in ius vocaretur, ſi ſtatim non ſequeretur, trahi vi, & manus iniectione poterat, niſi vadem daret qui reſponderet ad certã conſtitutamque ſtiturũ. Hìnc vas non tàm qui pro altero vadimonium promittit, quã qui alterũ adfuturũ ſpondet. Et vadari eſt die dicta vades exigere. Et promittere vadimoniũ olim erat dare vades, qui fideiuberent venturum ad diem citatum: Nam vt Varroni omnino nõ accedam, qui vadem interpretatur eũ, qui pro altero promittit vadimonium, vt in cauſa Quintiana Alphenus, facit Laurentius Valla. Niſi intelligamus promittere vadimoniũ pro altero, eſſe pro-

Analogia vadimonij.

Vas.

Vadari.

Varro et Valla.

ſe promittere ſuo periculo, & fideiuberé alterum obiturum. Quod tamen Feſtus Pompeius vadem intelligit ſponſorem in re capitali, non eſt vſquequaque verum, cùm & in priuatis litibus & vades ſint, & vadimonia, vt in publicis. Vndè titulus in Digeſtis, In ius vocati vt eant, vel ſatiſdēt.

Feſtus Pompeius.

Vades & vadimonia etiã in priuatis.

Cautio.

Cautio autem in ſatiſdatione duplex, datis vadibus, & pignoribus. In publicis, niſi vades darent, citati in carcerem conijciebãtur. Liuius lib. 5. ſecundi Punici: Tribuni omiſſa multæ certatione, rei capitalis diem Poſthumio dixerũt, ac ni vades daret prehendi à Viatore, atq; in carcerem duci iuſſerunt. Poſthumius vadibus datis non affuit. Idem libro tertio ab V. C. de Cæſone: Reus (dùm conſulerentur Patres) retentus in publico, vades dare placuit, qui vnum vadem trium millium æris obligarent, quot darentur permiſſum eſt Tribunis, decem finierunt: tot vadibus Accuſator vadatus eſt Reum. Hic primus vades publicos dedit. Vadari ergò & vadimonium à vadibus analogiam habent, qui ſiſtebant ſuo periculo Reos ad Tribunalia. Cicero tertio Officiorum

de pari

de pari quodam amicorum ex Pythagoreorum ſecta: Cùm is, qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendādorum ſuorum cauſa poſtulauiſſet, vas factus eſt alter eius ſiſtendi, vt, ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ſibi ipſi. Vas in publicis, Præs in priuatis. Aſconius in monoſyllabis: *Præs*

Quis ſubit in pœnam capitali iudicio? Vas.
Quis cùm lis fuerit nummaria? quis dabitur? Præs.

Tamen vadimonium etiam in priuatis dicitur, ergò à cōiugatis etiam vas: vt idem auctor in Thalete Mileſio cōfudit, & nullo habuit diſcrimine. ἐγγύα, παρὰ δ' ἄτη, ecce dicimus Latinum, id eſt, ſponde, noxa tibi præſto eſt. Curtius libro quinto: Prædem me (inquit Rex) accipe, neminē eorum qui ſequuntur recuſaturum eſſe, quà duces. Horatius Satyra I.

Ille datis vadibus, qui rure extractus in vrbem eſt,
Solos fœlices viuentes clamat in vrbe.

Sed cùm paulatim Vades deſierunt vocari, Fideiuſſores dicti ſunt, & Vadimoniū, Sponſio, & Fideiuſſio. Ideò in vniuerſo *Vades deſierunt vocari.*

ciuili

ciuili iure, quod meminerim vadium, aut vadimonij nulla mentio, idque ab ætate Auli Gellij, apud quē lib. 16. cap. 10. quidā I. C. de antiquorū vocabulorū ſignificatione ità reſpondet: Ego verò inquit, dicere, atque interpretari hoc deberem, ſi ius Faunorū atque Aboriginum didiciſſem. Sed enim cùm Proletarij, & Aſſidui, & Sanates, & Vades, & Subuades, & viginti quinque aſſes, & taliones, furtorūque quæſtiones cum lance & licio euanuerint, omniſque illa duodecim tabularum antiquitas, niſi in legis actionibus Centumuiralium cauſarum lege Æbutia lata conſopita ſit, ſtudium ſcientiamque ego præſtare debeo iuris, & legum, vocūque earum, quibus vtimur. Hæc ille. Cui ſimiles multos futuros præuideo, qui hāc noſtram commentationem cōtemnant, quòd πρὸς τὰ ἄλφιτα nihil faciat iſta tam longè repetita, antiquata ſæculis vocabulorum hiſtoria. Sed videant quanti rudem antiquitatis I. C. qui hæc reſpōderit, Gellius ęſtimauerit. Sed ad propoſitum. Subuades eadem forma dicuntur, qua & Supprædes, ſed Prædes & Supprædes publicè dantur,

Subuades.

Subprædes.

dantur, Vades & Subuades etiam priuatim. illi extra iudiciũ aliquando, hi ſemper in iudicio. Sunt autẽ fortaſſis Subuades & Subprædes quos Cõtraplegios vocamus. M. Varro: Sponſor, Pręs, & Vas neque ijdem, neque res quibus inſedêre ſimiles: Itaq; Præs iſte eſt, qui à Magiſtratu interrogatûr, in publicũ vt præſtet, à quo cùm reſponderit dicitur Præs. Vas appellatus eſt, qui pro altero Vadimonium promittebat. Aſconius in Præturã vrbanam: Prædes homines ſunt Fideiuſſores, quorũ res Bonaprædia nunc vno nomine dicuntur. Et paulò antè: Bonaprædia dicũtur bona ſatiſdationibus obnoxia, ſiue ſint in mancipijs, ſiue in pecunia numerata: Prædia verò domus & agri. Hæc autẽ omnia venduntur, ſi rationi publicæ locator ſartorum tectorum non reſponderit. Prædes. Bonapredia.

PHILIPPI BROIDÆI I.C. Corollarium ad caput primum.

1. Solebant enim Teſtium aures tenere) *Plinius lib. 11. cap. 45. ait, quod in auricula ima eſt memoriæ locus, quam tangentes anteſtamur. Ad hunc morem vellicandæ auriculæ alluſiſſe videtur Vergilius, dùm ait:* Ima auricula.

——————— *Cynthius aurem*

Vellicatio. *Vellit, & admonuit.*

Cuius conſuetudinis in antiquis monumentis extãt veſtigia, cum ſimbolo manus auriculam vellẽtis, & hac inſcriptione, memor eſto. *Hinc eſt fortaßis quod huiuſmodi Anteſtatos Recordes quaſi memores Gallicè in Praxi dicamus. Cuiatius autem lib. 3. Obſeruat. cap. 16. Anteſtatum dici putat nõ Teſtem, aut Superſtitem, ſed eum qui in ius vocatur, & teſtatò conuenitur, ſicut Denuntiatus dicitur, cui fit denuntiatio, nec Anteſtatorũ attrectatam fuiſſe auriculam dicit, ſed Teſtis, aut Teſtium. Morem autem trahendi in ius ab Atheniẽſibus mutuaſſe vidẽtur Romani, nam operam Viatoris neceſſariam nõ fuiſſe teſtis eſt Demoſthenes in oratione* κατὰ μιδίȣ *pluribus & elegantibus.*

2. Suprà annotauimus) *Lib. 2. cap. 1.*
3. Apud Gellium) *Cap. 14. Noct. Att.*
4. De negotijs geſtis) *L. 9.*
5. Liuius) *Lib. 3. ab V. C.*

ARGVMENTVM.

¶ **De dilationibus, & deſertionibus Vadimoniorum ac de Contumaciæ pœnis.**

Caput 2.

Dilatio Vadimonij.

VADIMONIVM promiſſum aut differebatur, aut deſerebatur, aut obibatur. Differtur Vadimonium ali-

quando

quando ex partium conſenſu. Cicero pro Quintio: Hic cùm rem Gallicanam cuperet reuiſere, hominem in præſentia non vadatur, ità ſine vadimonio diſceditur. Deindè Romæ dies triginta ferè Quintius cõmoratur, cum cæteris quæ habebat vadimonia differt. Aliâs Decreto Prætorio ex magna, grauique cauſa, vt,

Si[1] *magna Aſterij cecidit domus, horrida mater,*

Pullati Proceres, differt vadimonia Prætor.

Dici nõ poteſt, quàm copia dilationum veteris fori maieſtatem, auctoritatemque lacerarit, vt, ſi iam aſpiceretur ab ijs, qui eam aliquando coluerunt, vix agnoſceretur: Nam præter ampliationes, comperendinationes, dierum diffuſiones, quę ad vadimonia non pertinent, dantur in vadimoniorum ratione pro conſuetudine cuiuſque Fori alibi plures, alibi pauciores, nimis tamen liberaliter, diſpendioque litigantium, Cognitorũ, Aduocatorumque magno lucro, ac compendio, vt qui in ſingulis poſtulationibus certã ſtatamq; mercedem accipiant.

——— *Et*[2] *tunc quoque mille ferenda*

Tædia, mille moræ, toties ſubſellia tātùm
Sternuntur, iam facundo ponēte lacernas
Cæditio, & Fuſco iā micturiente, parati
Digredimur, lentaq́, fori pugnamus arena,
Et res atteritur longo ſufflamine litis.

Miſſum facere vadimonium. Miſſum facere vadimoniū eſt citato comparendi neceſſitatem remittere, & obligatione, qua ex ſponſo tenebatur, liberare, vt in tranſactione fit. Cice. pro Quintio: Qui, quo tēpore primū agere cœpit, in vadimonijs differendis tēpus omne cōſumſerit, qui poſteà vadimonium miſſum fecerit. Id eſt, remiſerit, & condonarit: Quod fit, cū non perſequimur ante litem conteſtatam. Differebatur item vadimoniū, ſi Iudex morbo ſontico correptus intereſſe cognitioni non poſſet. Vlpian. in l. 2. ff. ſi quis cautionibus: Ideò, inquit, lex 12. Tabularum, ſi Iudex vel alteruter ex Litigatoribꝰ morbo ſontico impediatur, iubet diē iudicij diffuſum eſſe. Aut alter ex litigantibus Reis. Iulianus in l. quæſitum eſt. ff. de re iud. Deſerebatur autem non impunè, quia videbantur quæri latebræ, ne experiundi poteſtas eſſet. *Contumaciæ pœna.* Contumaciæ pœna antiquiſſima fuit, niſi fallor,

multa vnius ouis. Gellius cap. 1. libro 11. M. Varro verba hæc legitima, quibus minima multa diceretur concepit: M. Terẽtio, quandò citatus neque reſpõdit, neque excuſatus eſt, ego ei vnum ouẽ multam dico. ac niſi eo genere diceretur, negauerunt multam iuſtam videri. Poſteà lex Aterina conſtituit in oues ſingulas æris denos, in boues æris centum. Minima autẽ multa ouis eſt vnius: Suprema autem in ſingulos dies duarum ouium, triginta boum, vltra quam dicere ius non eſt, & propterea ſuprema appellatur. Qui loc⁹ fortaſſis de contumacia capiendus erit: Nam olim erãt pro maleficio grauiores multæ. apud eundem ³ de Claudia ſorore illius, qui claſſem perdiderat, quæ ab Ædilibus multata eſt. Ob hæc (ait) mulieris verba tàm improba, ac tã inciuilia Ædiles Plebei multam dixerunt ei æris grauis viginti quinque millia. Liuius lib. 2. de Menenio Agrippa, cui dies dicta erat à Tribunis: In multa (ait) temperauerunt Tribuni, cùm capitis anquiſiſſent, duo millia æris damnato edixerunt. Sed ſinguli boues ſingulos centenos æris auferunt: Ità duo

Ouis multa.

L. Aterina.

Multa maleficiorum.

Boum æſtimatio.

millia ęris ſunt viginti boues, & ad Budaicam æſtimationem totidem aurei ſolati. Prætcrea titulus in Codice de modo multarum in contumacia intelligendus eſt omninò: Illîc Iudices infra Procõſulem vltra quadrantem auri multare vetãtur: Libra [4] autem auri obrizi centum duodecim coronatis æſtimatur, & quadrãs paulo minùs triginta aureis: Proconſul nõ vltra ſemiſſem auri, id eſt, aureos quinquaginta ſex pro cõtumacia multabat: Nam concuſſiones, furta, exactiones, cum litis æſtimatione pluris multantur, vt à Præfecto Prætorio ad quinquagenas auri libras pro modo maleficij. Aliâs cõtumacia punita eſt [5] pignoriſcapione. Cicero 1. Philipp. de M. Antonio, qui interminatus fuerat ſe diſturbaturum Ciceronis domum, quòd in Senatum non veniſſet: Quis (inquit) vnquam tanto damno Senatorem coëgit? aut quid eſt vltra pignus aut multam? Capere ergò vel auferre pignora eſt, quod vulgò dicimus ſaiſire & mittere manum ſuper bona, aut cogere per bonorum captionem. Huic pœnæ ferè ſimilis eſt bonorum poſſeſſio, quam dat Prętor, ci

Libra auri.

Pignoriſcapio.

Bonorum poſſeſſio.

tor, ci

tor ei, cui deſertum eſt vadimonium, vt in cauſa Quintiana, vbi Sextus Næuius miſſus eſt in poſſeſſionem bonorũ Quintij, propter Quintij contumàciam deſerti Vadimonij. Cicero: Ad Vadimonium non venerat is, qui cum tibi affinitas, ſocietas, omnes denique cauſæ & neceſſitudines veteres intercedebant. Ilicóne ad Prætorem ire conuenit? Continuóne verum fuit poſtulare, vt ex edicto bona poſſidere liceret? Vbi verum pro æquo & iuſto nouo modo, & magis Græco quàm Latino accipitur. Et argumentum totius Quintianæ in poſſeſſione bonorum Næuio decreta ob cõtumaciam verſatur. Cicero ibidem in propoſitione contentionis: Nego fuiſſe cur poſtularet, nego ex edicto poſſidere potuiſſe, nego poſſediſſe. Edictum pertinet ad eos, qui fraudandi cauſa latitarent, qui in iudicio à nemine defenſi ſunt, qui cum omnibus creditoribus ſuis malè agunt. Cuius extant aliquot fragmẽta in eadem Oratione: *Qui fraudationis cauſa latitarit. Cui hæres non extabit, qui exilij cauſa ſolum verterit.* Deindè. *Qui ex edicto meo in poſſeſſioem*

Verum.

Edictũ Prætoris.

venerit, eũ ita videtur in poſſeſſione eſſe oportere. Quod ibidem rectè cuſtodire poterit, id ibidem cuſtodiat: quod non poterit, id auferre & abducere licebit. Dominũ inuitum detrudere non placet. Deinde paulò pòſt: Inuitũ de prædio detrudi vetat. Proficiſcenti tibi in poſſeſſionem Prętor ipſe Sexte Nęui palàm dicit: *ita poſſideto, vt tecum ſimul poſſideat Quintius: Ità poſſideto, vt Quintio ius non auferatur.* Quæ verba cùm attentiùs exigo inducunt in animum morem quendam receptum hoc ſeculo, qui fortaſſis antiquitati referri acceptus debebit: Solemus enim ſuſpectis debitoribus & latitantibus vt tergiuerſati detrectent iudicium, dare Cuſtodes Mãſores, vel vt vulgò dicimus Gardomanſores, qui miſſi in poſſeſſionem edicto, ſimul cũ domino poſſidẽt, neque eius iuri quicquam detrahunt, ſed ſimul ſunt domi quaſi in poſſeſſione, vt bonorum quidam Curatores, vſque ad ſecundum decretum. At ex veteri iure per triginta dies debuit quis poſſidere, intra quos ſi nemo ſatiſdaret, poterat iure ſuo bona poſſeſſa ꝓſcribere, publicè libellis [6] affixis venalia. Cic. ibidẽ: iubet

Curatores bonorum Gardomanſores.

iubet P. Quintium ſponſionem cũ Sexto Nęuio facere, ſi bona ſua ex edicto P. Burrieni Prætoris triginta dies poſſeſſa non eſſent. Vehementiſſimè porrò exaggerat illîc Cicero, quàm miſerabilis ſit publica bonorum proſcriptio, cum quis cum ſuis pene haſtæ ſubijcitur, in ſaxo venditatur Pręconis voce: Cuius (ait) bona venierũt, cuius non modo illæ ampliſſimæ fortunę, ſed etiam victus, veſtituſque neceſſarius ſub Pręcone cum dedecore ſubiectus eſt, is non modò ex numero viuorum exturbatur, ſed ſi fieri poteſt infra mortuos etiam mandatur. & reliqua quę in hãc ſententiam grauiſſimè amplificat. *Calamitas proſcriptionis.*

Corollarium
ad caput ſecundum.

1. Si magna Aſterij) *Verſus ſunt Iuuenal. Satyr. 3.*
2. Et tunc quoque) *Eiuſdem Iuuenal. Satyr. vlt.*
3. Apud eundem) *Cap. 6. lib. 10. Noct. Att.*
4. Libra autem auri) *Libra auri in iure cõtinet ſeptuaginta duos ſolidos, conſtat ex l. quotieſcunque. C. de ſuſcept. propoſ. & arcar. lib. 10. Libra autẽ argẽti quinis ſolidis æſtimatur in l. vnic. C. de arg. præc. quod theſaur. infert. Demoſthenes cõtra Euergum ſcribit Athenienſes nõ maiorem multam* *Libra auri & argenti.* *Athenienſes.*

quingentis dragmis irrogare potuiſſe. De ratione multarum vide nonnulla apud Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 3. cap. 5.

Contumacia. 5. Aliàs contumacia) *De hac ſuperius lib. 3. cap. 10. quædam dicta ſunt. Sed exempla hûc atque illûc allata non loquuntur de illa contumaciæ pœna, quæ luebatur in iudicio à Litigatoribus, ſed de pignoriſcapione, qua Senatores detrectantes venire & cōparere in Senatum multabantur.*

Libellorū affixio. 6. Libellis affixis) *De affixione libellorum ſic Seneca lib. 4. de beneficijs: Spondeo (inquit) pro iudicato, & ſuſpenſum amici bonis libellū deijcio, Creditoribus eius me obligaturus: vt poſſim ſeruare proſcriptum, ipſe proſcriptionis periculum ſubeo. Quid autem ſit tabulam figere Venuleio in l. fin. ff. quod vi aut clam. vide Alciat. lib. 4. cap. 2. Parerg. iur. De more affigendarum tabularum alienis prædijs vide etiā Franciſ. Duaren. lib. 2. Diſpunct. cap. 4. Ac de proſcribendorum bonorum ratione Iacob. Reuard. lib. ſingul. Protribunal. cap. 3.*

ARGVMENTVM.

¶ Adhûc de Vadimonij deſertione, atque de prærogatiua domus.

Caput 3.

Vadi aut deſerti vadimonij probatio. SED qui erat vadatus non antè in poſſeſſionem mittebatur, quàm eſſet cognitum factum, deſertumque vadi-

monium, quod probabatur non actorum Commentarijs, vt nunc, ſed Teſtibus aduocatis. Factum eſſe teſtificabatur Anteſtatus [1] cui vulſa eſſet auricula: Deſertum ex Oratione pro Quintio cognoſcetur: ibi enim Cicero: Tum Næuius ipſe pueros circum amicos dimittit, ipſe ſuos neceſſarios ab atrijs Licinijs, & à faucibus Macelli corrogat, vt ad tabulam Sextiam ſibi adſint hora ſecunda, poſtridiè veniunt frequentes, teſtificantur ipſi non ſtitiſſe, & ſe ſtitiſſe: tabulæ maximè ſignis hominum nobilium conſignantur, diſceditur. Poſtulat à Burrieno Prætore Næuius, vt ex edicto bona poſsidere liceat. Poſtulare in hac materia eſt ſolemniter & pro tribunali petere. Vlpianus Iuriſconſultus in l. dies. §. hoc autem. ff. de damno infecto. Sed iam iſta expediuntur fide Actuarij, & eius, qui citauit, Accenſi. Miſsio huiuſmodi in poſſeſsionem argumentum erat vadatum cõtumacem: Interdum lis[2] amittebatur. Horatius Satyra nona lib. 1. Sermonum:

Poſtulare.

Ventum erat ad Veſtæ quarta iã parte diei
Præterita, & caſu tunc reſpondere vadato

Debebat

Debebat, quod ni feciſſet perdere litem.
Ibidem paulò pòſt.

——— *Dubius ſum quid faciam, inquit,*
Tene relinquam, an rem.

Res pro lite. Rem pro lite dixit. Vndè Reus, cuius res, id eſt, cauſa controuertitur, & actus rerũ pro actis cauſarum apud Suetoniũ ſępiſſimè. Cicero pro Roſcio Comœdo: Quid ergò eſt? Quod & res eius eſt, cuius pecunia leuiſſima, & exiſtimatio ſanctiſſima fuit ſemper. id eſt, cauſa eius agitatur. Ibidem: Dic nunc ſi potes, ſi res, ſi cauſa patitur. Dicitur etiã cadere [3] cauſa, vt in quarto Inſtitutionum titulo de actionibus: Si quis agẽs in intentione ſua plus complexus fuerit, quàm ad eum pertineat, cauſa cadebat, id eſt, rem amittebat, nec facilè in integrum reſtituebatur à Prætore, niſi minor erat viginti quinque annis. Cicero pro Comœdo: Hîc ſi tu ampli' H—S. nũmo petiſti, quã tibi debitum eſt, cauſam perdidiſti. Et paulò infrà: Niſi planum facit ad libellam ſibi deberi, cauſam perdidit. Trãquillus in Caligula: Cõprehenſis meritorijs vehiculis, & piſtrinenſibus iumẽtis panis ſæpè Romę deficiebat, & Litiga-

Actus rerum.

Cadere cauſa.

Cauſam perdere.

tigatorum plęrique, quòd occurrere ab-ſentes ad vadimoniũ nõ poſſent, cauſa ca-debant. Idem in Claudio dixit excidere formula: Iis, qui apud priuatos Iudices plus petẽdo formula excidiſſent, reſtituit actiones. Fabius cadere formula li. 3. Ne-que ignoro multa transferri, cùm in om-nibus ferè cauſis, in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hæ ſint quæſtiones, an huic, an cũ hoc, an hac lege, an apud hũc, an hoc tẽpore liceat agere. Quod ad A-ctorem magis pertinet, qui excludeba-tur ab agendo, ſi malè & extra ordinẽ for-mulam intendiſſet, vt in publicis iudicijs, ſi quis libellum delatorium malè conce-piſſet, nihil agebat, niſi alio legitimè fa-cto Reum repeteret, vt in l. 3. ff. de ac-cuſationibus & inſcriptionibus. Idem eſt cum ſuperioribus litem amittere. Cicero pro Fonteio: Ad iudicium hoc modo ve-nimus, vt totam litẽ aut obtineamus, aut amittamus. Cæterùm introductam hanc poſſeſſionem bonorum ſuſpicor aduerſus eos, qui domi latitarẽt, neque ſui publicè copiam facerent, abripi in ius non pote-rant: Eſt enim iuris axioma, quod nemo

Excidere formula.

Cadere formula.

Litem amittere.

Prærogatiua domus cuiuſque.

inuitus de domo extrahi debeat ad ius, etiam ſi Magiſtratus iubeat. Titus Caius lib. 2. ff. tit. de in ius vocando. l. 18. Plærique (inquit) putauerunt nullum de domo ſua in ius vocari licere, quia domus tutiſſimum cuique refugium, atque receptaculum ſit, eique, qui indè in ius vocaretur, vim inferri videri. Deindè Iulius Paulus ſubijcit l. 19. Satiſque pœnæ ſubire eum ſi non defendatur & latitet: Certum etenim eſt, quod mittitur Aduerſarius in poſſeſſionem bonorum eius. Magna autem eſt domicilij cuiuſque prærogatiua, tanquam templi ſacrarijque priuati. Habent enim ſingulorum domus

Lares & Penates.

quæque ſuos Lares, Penates, Genios, qui focis & penetralibus præſident tutelares. Hîncque eſt, quod priſci illi, ſi quando ſe ad bellum accenderent, hoc primum ſibi

Pro aris et focis pugnare.

proponerēt, eſſe pro aris & focis pugnandum, vt eos ad arma impellere, non tam amor patriæ, fortunarum tutela, patrimonij poſſeſſionūque conſeruatio, quàm quædam erga Deos publicè conſecratos, & ſuos Lares religio concepta videretur.

Lararium.

Atque Lararium magni quidem viri habuerunt

buerunt, vbi priuatim ſuos quos volebāt Deos colebant, vt apud Tranquillum & reliquos legimus. Atque propter hanc publicè receptam de Laribus religioſam opinionem,& eam quaſi ad nos tranſmiſſam fortaſſis obſeruamus, vt ſi quis domi informis lethi modo abs trabe gulam ſibi fregerit, aut aliâs ſibi manus attulerit, eius cadauer effoſſo ſubtus limine, aut perfoſſo pariete turpiter non efferatur, ſed extrahatur, tanquam limen, aut feneſtræ, religionis in ſe aliquid aut ſanctimoniæ, quod reſideret, haberent, quod fœdaretur contactu cadaueris impuri, ſi eliminaretur. Ianus enim ijs omnibus, quæ cardinibus vertuntur, præeſt, id eſt, ianuis, feneſtris: Vnde apud Ouidium primo Faſtorum:

Mos in extrahedis cadaueribus eorum qui ſibi mortē conſciuerunt.

Ianus.

Et ius vertendi cardinis omne meum eſt.

Hoc etiam Romę ſeruabatur cū foras extra vrbem efferrētur ad ſepulchretum cadauera, curabāt Pollinctores, aut Veſpillones diligētiſſimè, ne ſandapila aut loculus portā, quę ſacra erat, cōtactu fœdaret. Cic. in Oratione pro domo ſua de prerogatiua domus cuiuſque eleganter in hæc

Mos Rom. in efferendis cadaueribus.

verba

verba: Quid eſt ſanctius? Quid omni religione munitius? quam domus vniuſcuiuſque ciuium? Hîc aræ ſunt, hîc foci, hîc Dij Penates, hîc ſacræ religionis cæremoniꝫ continentur, hoc perfugium eſt itá ſanctum omnibus, vt indè abripi neminem

Bonorum poſſeſſio.

fas ſit. Enimuerò bonorũ poſſeſſio à Vadatore petenda fuit intra dies triginta: Aliâs temporis prꝫrogatiua eximebatur: intra quos ſi qui ſatiſdarent, aut iudiciũ accipere vellent tanquam Cognitores aut Procuratores, decretum Prætoris procedere non poterat. Cicero pro Quintio: Poſtulatus eras, quandò? poſt triginra, dies, nempè ſi te nihil impediret, ſi voluntas eadem maneret, ſi valeres, ſi denique viueres. Ad hꝫc decretum poſſeſſionis erat volũtariæ iuriſdictionis, & imperij, ſed pro tribunali interponendum. Prꝫtor (inquit Nꝫuius) iuſſiſſet. Cui Cice. per dialogiſmum & ſubiectionẽ: Opinor ſi vellet, ſi valeret, ſi ius diceret, ſi nemo recuſaret, qui ex ipſius decreto & ſatiſdaret &

Satiſdatio.

iudicium accipere vellet. Satiſdatio autẽ erat factum iri iudicatum, vt patet ex eadem Oratione, non iudicio ſiſti, cùm hoc

ad Va-

ad Vades pertineret, vt diximus.

PHILIPPI BROIDÆI I.C. Corollarium ad caput tertium.

1. Cui vulſa eſſet auricula) *Vide aliam opinionem Cuiatij lib. 3. Obſeruation.cap.16.quam ſuprà retulimus cap. 1.huius libri quinti.*

2. Interdum lis amittebatur) *Si vadimonio quidem ſe ſiſtebat Reus, Actor nō occurrebat, eremodicium committebatur ab ipſo Actore, iſq́; litem perdebat: Nam Reo petente concedebatur Cōgedium Curiæ, vt dicimus in Praxi, et abſolutio inſtantiæ, id eſt, cauſa cadebat: quod ex Horatij verſibus in textu citatis probari poteſt, ſi vadatum, vtrique commune, pro Reo, qui vadimonio obſtrictus ſit interpretemur, vti debet, licet verbū reſpondere non tā Actori, quàm Reo, conuenire videatur, ſiquidem hic vocanti, & interroganti reſpondet. Si verò Reus vadimonium deſereret, nō vtique ſemper propterea litem amittebat, ſed pœna in ſtipulatione comprehēſa committebatur: nil enim aliud eſt, quàm deſerta promiſsio & ſtipulatio ſiſtendi, de qua in l. ſed ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut. Quanquā hoc vocabulum deſerta in eadem lege nouum & inſolens videatur Alciato, legatq́; diſerta perperam. Non autem ſemper ſecundum præſentem Actorem fertur ſentētia, vt videre eſt ex l. properandum. §. cùm autem. de iudicijs. C. l. & poſt. eodem. ff. obſtante etiam regula iuris, Actore non probante abſoluitur Reus, etiam ſi nihil præſtiterit. l. 73. de iudicijs. Ex quibus apparet non idem eſſe deſertū vadimonium quod eremodicium, vt Haloander & Budæus exiſtimant:*

Eremodiciū.

Vadatum

Deſertum vadimonium.

Diſcrimen eremodicij & vadimonij deſerti.

ſtimant: nam deſeritur vadimonium à ſolo Reo, nec proptereà ſemper lis amittitur: Eremodicium autem ab vtraque parte Litigãtium committi poteſt. Neque etiam verum eſſe videtur, ſolos Actores in eremodicium incidere, cùm ex d. l. properandum. §. ſin autem. & ſequenti de iudicijs. l. 11. & 13. ff. iudicat. ſolui. l. 31. §. litem. de negot. geſtis apparet, Reum etiã litem deſerere, quod ſonat eremodicium: quod pace docti viri dictum velim.

Cauſa cadere. 3. Cauſa cadere) *Sic Cicero lib. 7. Epiſtolarum ad Trebatium I.C. iocatur his verbis: Quod ſi ſcribere oblitus es, minùs multi iam te aduocato cauſa cadent. Hactenus de vadimonio ſeu in ius vocatione, quæ antiquitùs fiebat per ipſos Actores præſentibus Atteſtatis, vndè formulæ frequentes apud Ciceronem non apparere, nõ facere ſui copiam in publico, euitare occurſum Creditoris, agere ne Aduerſarius ſui copiam habeat, & ſimiles, pro latitare, & turpiter ſeipſum occultare. Verũ iure nouo Pandectarum & Codicis ſolebant ad ipſius latitantis domum tabulis aut libellis affixis euocari. l. 4. §. toties. de damno infecto. l. vlt. §. 2. quod vi aut clàm. Quin etiam euocabantur Rei denuntiationibus & literis, interdum edictis. l. 26. circa finem. de fideicommiſſ. libert. l. 5. de pœnis. ff. l. 8. & 9. C. quomodo & quandò Iudex. Trinis autem denuntiationibus, literis, aut edictis ad perficiendam Contumaciam opus erat, aut vno edicto peremtorio, ſi res poſtulabat, pro tribus, in quo quidem hæc verba adijciebantur.* Si die ſcripto non veneris, quaſi contumax condemnaberis. *Nos in Praxi*

Tabularum et libellorum affixio.
Denuntiationes.
Edicta.
Contumacia.
Peremtoriũ.

Praxi cum intimatione dicimus, quia hæc clauſula vel ſimilis intimatur, id eſt, inſinuatur: Siue citatus compareat, aut non, vlteriùs in cauſa procedetur, vti Iudici expedire viſum erit. *Quod iſdem ferè dicitur in l. 71. de iudic.* ff. *Poſt edictum peremtorium impetratum, cùm dies eius ſuperuenerit, tunc abſens citari debet, & ſiue reſponderit, ſiue non, agetur cauſa, & pronunciabitur vtique non ſecundum præſentem, ſed interdum vel abſens, ſi bonam cauſam habuit, vincet. Quod ſi is, qui edictum peremtorium impetrauit, abſit die cognitionis, is verò, aduerſus quem impetratum eſt, adſit, tùm circumducendum erit edictum peremtorium, neque cauſa cognoſcetur, neque ſecundum præſentem pronunciabitur, ſed inſtantia edicti peribit, ex integro autem litigari poterit. Circumducere autem edictum latinè dicitur, quod nos in Praxi dicimus,* rabatre ou reuoquer le defoult. *Circumducere edictum.* *Atque tribus his modis etiam contumacia Rei perficiebatur in cauſis publicis, vt videre eſt ex d. l. abſentem.* ff. *de pœnis: Nunc proclamationibus publicis & ſolemnibus, nec non programmate, & libellorum affixione, vt videre eſt ex §. 53. & ſequenti ſtyli criminalis nuperrimè editi per Regiam & Catholicam Maieſtatem. Praxim, heu nimium, vidimus non ita dudum erga huius patriæ Proceres, quorum contumacia publicatione bonorum & exilio multata eſt. Sed hæc ferè de Contumacia, quæ fiebat in principio litis, et ante litem conteſtatam, inſtar appendicis ad oram adſuimus. Poſt verò litiſconteſtationem omnis terminus datus eſt peremtorius, vt notat Ioannes Andre, in* *Proclamationes.*

additionibus ad Speculat. titul. de Teſtibus. §. nunc videndum. Probat l. 2. quomodo & quando Iudex C. Porrò contumacium mulctæ poſt litem conteſtatam Forcluſiones dicuntur à Pragmaticis. Non ineleganter autem interpretatur Ioannes Imbertus in ſuis Inſtitutionibus Forenſibus, quaſi foro excluſiones. Sunt autem priuationes & excluſiones beneficij diei, vt vocant. A ſententia verò per contumaciam lata appellari non poterat, vt ſcribit Paulus Iuriſconſultus Sententiar. lib. 5. tit. 5. Adde. §. 66. eiuſdem Styli Regij.

Forcluſiones.

Verus contumax nõ appellat.

4. Lararium magni quidam viri habuerunt) *Notatu dignum eſt, quod ſcribit Lampridius de Alexandro Seuero: Si non, inquit, cum vxore cubuiſſet matutinis horis in Larario ſuo, in quo & Diuos Principes, ſed optimos electos, et animas ſanctiores, in queis & Apollonium & quantum ſcriptor temporum ſuorum dicit Chriſtum, Abraham, & Orphæum, & huiuſmodi Deos habebat, ac maiorum effigies, rem diuinam faciebat. Sed nihil mirum de Alexandro, qui vt idem refert, Chriſto templum facere voluit, eumq́ inter Deos recipere. Quod & Hadrianus cogitaſſe fertur, qui templa in omnibus ciuitatibus ſine ſimulachris iuſſerat fieri: quæ hodie idcircò quia non habent numina, dicuntur Hadriani, quæ ille ad hoc paraſſe dicebatur: ſed prohibitus eſt ab his, qui conſulentes ſacra repererant, omnes Chriſtianos futuros, ſi id optatò eueniſſet & templa reliqua deſerenda. Plura autem habuiſſe Lararia Veteres olim, vel ex eo colligi poteſt, quod in ſecundo Lario Vergilij, et Ciceronis ſimulachra habuiſſe*

Alexander Seuerus.

Lararia Veterum.

habuiſſe Seuerũ ait: Vnũ quidẽ Sacrariũ dicebatur, in quo Heroum ſanctiores animas colebant, alterum Cimeliarchium, quod Cabinetum vocant, in quo inſignium virorum imagines venerabantur: Nam Capitolinus etiam refert M. Antonium Magiſtrorum imagines in Lario habuiſſe. Sed Prætermiſſa agrediamur. Cimeliarchiũ.

PRÆTERMISSA

ALIQVOT HISTORIÆ FORI *Romani intercalata à Philip. Broidæo Franc. Folleti Genero.*

PRÆFATIO.

QVVM ſiue ſecũdum tabulas, ſiue ab inteſtato, iure vnà cũ bonis hæc hæreditas delata eſſet, vt hoc op⁹, quod affectũ Socer reliquerat, ego perficerẽ, ne alioqui ſine ſacris, quod aiunt, obtigiſſe diceretur, equidẽ diu multumque deliberaui, vtrum hanc adire, an repudiare ſatius eſſet: nam etſi in illo aliquid honoris poſitum, tamen oneris plurimum adnexum habere videbatur, cui ſi fortè impar atque non ſoluendo eſſem, iam nõ meum ſolùm, ſed defuncti etiam bonum nomen in diſcrimen vocarem. cuius quidem defuncti intererat magis nõ aditam, quã acceſſione

alterius minus idoneam hæreditatem fieri,itaque cùm tutiſſimum putarem abſtinere , neſcio,quo modo quorundam amicorum hortatu, aut potius auctoritate mutato conſilio illam creuerim, quòd aliquid denegare pijs eius manibus, qui de me optimè eſſet meritus,præſertim iuſta petentibus,& præclara cupientibus durũ,atque iniquum videbatur: quod ſi efficere arduũ, & laborioſum foret,tamẽ ingenuum & pietati congruum eſſe, illum inteſtatum non ſinere decedere . Hæc atque alia id genus, quæ ab ijs ſæpiùs dicerentur, quorum apud me ſacroſancta eſt auctoritas,tantum pondus habuerunt, vt Socero decurſu lampada tradenti ſucceſſerim, id eſt , PARALIPOMENA quædam , quæ ipſe ſiue ampliarat, ſiue morte præuentus perficere nõ potuerat, annectenda,& conferruminãda decreuerim , quibus abrupta ſeries HISTORIÆ FORENSIS vtcunque abſoluitur. Hanc tamẽ adhibendam cautionem putaui, vt illa ſeparatim nomine PRÆTERMISSORVM ederentur,ne cõfuſis vtrinque nominibus , qui minus à nobis conſequerentur , veluti bonorum ſeparationem obtinere non habeant neceſſe.hæc autẽ tria capita,quibus de formulis actionum,& his,quæ ferè fiebant in lite conteſtanda, hûc intercalauimus, quòd ad exegeſim priuatorum iudiciorũ ſpectare omninò videbantur . Reliqua verò , quæ amborum iudiciorum ferè ſunt cõmunia, infrà ſubiungimus. Tu Lector boni conſule, & pium hũc conatum iuua quantum potes.

ARGV-

ARGVMENTVM.

¶ De actionum formulis, & interrogatorijs actionibus.

Caput 4.

OPORTVNVS hic locus ſe offert de experiundi formulis, quas olim primum Pontifices ſolemnibus, & certis verbis concipiebant, & interrogationibus, quæ coram Prætore fiebant in priuatis in conſtituenda actione, & lite, & quomodo in earum locum poſitiones, & articuli Neotericorum Pragmaticorũ ſucceſſerunt, quædam dicere, quæ à Socero noſtro intermiſſa fuêre. Atque vt paulò altiùs rem repetamus, cũ ſuperiꝰ dictũ ſit de vadimonij deſertionibus, nunc reſtat dicendũ, quãdò vadimoniũ obiretur à Litigatoribus. Si ergò die dicta vterq; ſe ſiſtebat corã Prętore in ius, Actor libellũ proponebat, vt Reus deliberare poſſet, vtrũ cedere, an cõtẽdere vltrà deberet. Edito aũt libello, litigaturꝰ Reus, ſi poterat ante cõſtitutionẽ iudicij illud trãsferebat, actionẽ petitoris excludẽdo, ꝓpoſitis priꝰ exceptionib. dilatorijs, & declinatorijs. Fabius li. 3. ca. 6. Inſtit. Oratoriar. neq; ignoro multa trãsferri, cũ in oĩbus ferè cauſis, ĩ quib. quis cecidiſſe formula dicit̃, hę ſunt

Formulæ actionum.

Æditio libelli.

Translationes.

quæſtiones, an huic, an cum hoc, an hac lege,an apud hũc, an hoc tempore liceat agere,& ſi qua ſint ſimilia. Quod plurib. idẽ dicit Cicero in partitionibus: Atque etiam(inquit)ante iudiciũ de conſtituendo ipſo iudicio ſolet eſſe contentio,cùm aut ſitne actio illi, qui agit,aut iámne ſit, aut num iam eſſe deſierit, aut illáne lege, híſne verbis ſit actio, quæritur.Quæ etiãſi, antequã res in iudicium venit,aut concertata,aut diiudicata,aut cõfecta nõ ſint, tamen in ipſis iudicijs permagnum habẽt põdus,cùm ità dicitur,plus petiſti,ſerò petiſti, non fuit tua petitio, nõ à me, nõ hac lege,nõ his verbis, nõ hoc iudicio. Idem ſecũdo de inuentione: Nam & Prætorijs exceptionibus multæ excluduntur actiones,& ità ius ciuile habemus cõſtitutum, vt cauſa caderet is, qui nõ quemadmodũ oporteret egerit: quare in iure plærũque verſantur, ibi enim & exceptiones poſtulãtur & quodam modo agendi poteſtas datur, & omnis cõceptio priuatorum iudiciorum cõſtituitur. In ipſis autem iudicijs rariùs incidunt. Hũc pertinẽt illa verba in iure noſtro vſitata,*cauſa cognita actionem da-*

nem dare, aut denegare. Conſumtis autem in his prodromis & proluſionib⁹ iudiciorũ exceptionibus dilatorijs, & declinatorijs, quas in praxi *fins de congié, & de nõ recepuoyr* dicimus, cõſtitutaque actione, Petitor iterũ ex formula actionis Aduerſarium petebat, nã de omnibus ferè rebus cõceptæ erãt formulę. Idem Cicero pro Roſcio Comœdo: Fraudabat te in ſocietate Roſcius? Sunt iura, ſunt formulæ de omnibus rebus cõſtitutę, ne quis in genere iniuriæ, aut ratione actionis errare poſſit. Expreſſæ ſunt enim ex vniuſcuiuſque damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria publicæ à Prætore formulæ, ad quas priuata lis accõmodatur. Hæ autem Actiones dicebantur. Pomponius in Enchiridio iuris: harum omniũ, inquit, & interpretãdi ſciẽtia, & actiones apud collegium Põtificum erãt, ex quibus cõſtituebatur, quis quo anno prẹeſſet priuatis. Et ferè Populus annis propè cẽtum hac cõſuetudine vſus eſt. Poſteà cùm Appius Claudius propoſuiſſet, & ad formam redegiſſet has actiones, Cn. Flauius ſcriba eius, libertini filius ſubreptũ librũ Popu-

Actiones olim apud Pontifices.

Cn. Flauius cornicum oculos cõfixit.

lo tradidit, & adeò gratũ id munus Populo, vt Tribunus Pleb. fieret, & Senator, & Ædilis Curulis. Hic liber, qui actiões cõti-

Ius Flauianũ. Papirianum.

net, appellatur ius Ciuile Flauianũ, ſicut ille ius ciuile Papirianũ: Nã nec Cn. Flauius quicquã de ſuo adiecit libro. Augeſcente ciuitate, quia deerant quædam genera agendi, non poſt multum temporis ſpaciũ Sextus Ælius alias actiones compoſuit, & librum Populo dedit, qui ap-

Ælianum.

pellatur ius Ælianum. Hactenus I. C. In

Actio perſonalis.

perſonalibus hæc formula ferè vſurpabatur, *aio te mihi dare, vel facere oportere*, quã Valerius Probus in libello de literis antiquis ſic exprimit: *A. T. M. D. O.* de quibus in l. facere. l. verbũ oportere, de ver-

Vindicatio.

borum & rer. ſignificat. Formula vindicatiõis erat in re mobili, qua vtebat̃ Actor rem tangens, *H. E. R. I. Q. M. E. A. hanc ego rem iure Quiritium meam eſſe aio.* Si nemo

In iure ceſſio.

contradiceret, ceſſio in iure fieri diceba-

Exceptio.

tur. Exceptionis verò formula erat: *At ego contrà eam vendico.* Porrò hæc petendæ rei immobilis vſitabatur: *Fundus, qui eſt in agro, qui Sabinus vocatur, meus eſt, eũ ego ex iure Quiritium meum eſſe aio, ibi ego*

te ex

te ex iure manu conſertum voco. Exceptionis forma: *vndè tu me manu conſertum vocaſti, indè ego te reuoco.* In vindicationibus autem, liticula plærunque oriebatur ſuper poſſeſſione, vter nimirum pendente lite poſſideret. Sic Aſconius: Lis vindiciarum eſt, quum litigatur de ea re apud Prætorem, cuius incertum eſt, quis debeat eſſe poſſeſſor: & ideò qui rem tenet, ſatiſdat de Prędę litis vindiciarum aduerſario ſuo, quò illi ſatisfiat, nil ſe deterius in poſſeſſione facturum. Indè fiduciarium nomen pro fiduciaria poſſeſſione, nos *Recredentiam* vocamus, Latiniùs vindicias, quæ quidem viget apud nos in interdicto *Vti poſſidetis*, quem caſum nouitatis vocant Pragmatici, cuius praxis introducta fuit per Diuum Ludouicum Francorum Regem: nã interdictum *Vtrobi* nõ vſitatur apud nos. Illud autem hòc retinet antiquitatis veſtigium, vt in rem pręſentem eatur, atque ibidem ſuper prædio litigioſo quædam controuerſia ſuper poſſeſſione diſceptatur corã Regio Apparitore, qui verbo tenus, & figuratiuè (ꝙ aiũt) actorem in poſſeſſionẽ mittit.

Vindiciæ.

Fiducia.

Caſus nouitatis.

Vtrobi interdictum.

Quæ

Quæ quidē feſtucaria poſſeſſio, & in rem præſentem diſceptatio nō abſimilis videtur huic, quæ fiebat olim per manuum conſertionem ex legibus 12. tabularum, de qua apud Gellium lib.8.cap. 9. quo in loco verſus Ennij refert & explicat:

Manuum conſertio.

Nō ex iure manu conſertū, ſed maze ferro
Rem repetunt, regnumq́; petunt, vadunt
ſolida vi.

Quos etiam refert Cicero lib.7. epiſtol. ad Trebatiū I. C. & in oratione pro Murena, vbi naſutè, & ingenioſè huiuſmodi verborum, nō ſecùs quàm in magicis, ſolemnia irridet, vt ei cauſa cadēdum foret, qui ſyllaba excidiſſet. Quod idem exagitat in oratione pro Cecinna, neque verbis ità inhærēdum docet, vt propterea æquitas deſeratur, nec enim ſermonē quotidianum ſubſiſtere, ſi verba aucupemur.

Aucupia verborum.

Intereà etiam Prętor ipſe eadem ridicula ſuperſtitione verborum loquebatur. Idem Cicero: Prætor interea ne pulchrū ſe ac beatū putaret, atque aliquid ſua ſpōte loqueretur, ei quoque carmē compoſitum eſt, cū cæteris rebus abſurdū. Tùm verò nullo vſu, vtriſque ſuperſtitibus pręſenti-

Prætor.

ſentibus, *iſtam viam dico,inite viam*, Prę̃ſtò aderat ſapiẽs ille, qui inire viam doceret, *Redite viam*, eodem duce redibant. Hæc iam tùm apud illos barbatos ridicula,credo,videbãtur: homines, cùm rectè atque in loco cõſtitiſſent,iubere abire, vt vndè abijſſent eodẽ ſtatim redirẽt.ijſdẽ ineptijs fucata ſunt illa omnia, *Quando te in iure conſpicio*. Et hæc: *Sed anne tu dicis qui cauſa vindicaueris?* Quæ dum erãt occulta, neceſſariò ab ijs, qui ea tenebãt,petebãtur, poſteà peruulgata, atque in manibus iactata,& excuſſa, inaniſſima prudentiæ reperta ſunt, fraudis autem & ſtultitię pleniſſima. & cętera quæ elegãter cõgerit in hãc ſentẽtiam in dicta oratione pro Murena. Quod autem idem ait perpaucis & minimè obſcuris literis cõtineri, ideò eſt, quod ſingulis literis atque interpũctionibus verborum occupabãtur,vti habemus adhuc apud probum Grammaticum. Sed huiuſmodi cõceptiones Romę tãtùm, nõ etiam in prouincijs vſitabãtur: Sapiẽs,inquit, æſtimari nemo poteſt in ea prudentia,quæ neque extra Romã vſquã, neque Romæ rebus prolatis quicquã valet.Quin etiam

Actiones tantum Romæ.

Interrogatoriæ actiones. etiam in huiuſmodi cõcertatione ſæpiùs vtrinque interrogationes fiebant. nõnunquam etiam ex parte Prętoris, vt litẽ tandem cõſtitueret, vbi enim æquitas monebat, æquè ab eo oportere fieri interrogationem dubium nõ eſt. Hac formula ſæpiùs vtebantur Litigatores, *quandò te in iure conſpicio, poſtulo an te facias auctorem?* Et deinceps aliæ interrogationes, ſi ſe auctorem faceret: veluti, *poſtulo quota ex parte auctor fias?* quanquam prior hæc interrogatio nõ ineptè quis ad auctorẽ, quem Guarãdum vocamus, qui de euictione tenebatur, referat, qui nullo vadimonio obſtrictus in iure reperiebatur: quod vtcunque illa verba denotant, *quandò te in iure conſpicio*. Vndè titulus Digeſtorum de interrogatorijs actionibus. Nil autẽ intereſt neget quis, an taceat interrogatus, an obſcurè reſpõdeat, vt incertũ dimittat interrogatorẽ. Qui tacuit apud Prętorẽ in ea cauſa eſt, vt inſtituta actione in ſolidũ cõueniatur quaſi negauit, nã qui omninò nõ reſpõdit, contumax eſt. cõtumacię autem pœnam hãc ferre debet, vt in ſolidũ cõueniatur, quẽadmodũ ſi negaſſet, quia

Præto-

Prætorem cõtemnere videtur: Vlp. l. 11. eodem. Ex interrogati verò reſpõſione actio interrogatoria datur, nã ex ſua reſpõſione cõueniebatur interrogatus. l. 4. 12. 13. & vlt. d. tit. quę & cõfeſſoria dicitur l. proindè. ad l. Aquil. In harũ aũt locũ ſucceſſerunt Poſitiones Neotericorum, quæ ab inuicem nil aliud differunt, quã quod hę aſſertiuè nunc, olim illæ interrogatiuè cõcipiebãtur: Et quæ initio interrogationes erant, poſt litem cõteſtatam poſitiones fiũt. Neque abſimiles ſunt interrogationes, & reſpõſiones vtrinque, quę poſt litem cõteſtatam ad ſubleuandum partes litigantes probatione ſuperflua *per credit vel non*, vt Practici loquuntur, cõcipiuntur: Licet hæ poſitiuè, & enunciatiuè in ſcriptis, non interrogatiuè redigãtur, præſtito priùs per reſpondentem iureiurando, ſe pro rei veritate reſponſurum. In cęteris ferè eũdem effectum obtinẽt, atque iuramentũ de calumnia, quod ferè in initio litis pręſtabatur. vtrũque vero iuramẽtũ multis in locis ſublatũ eſt, propter ꝑiurij metũ, quãdo ex philautia ferè ſemꝑ plus ęquo ſuę cauſę faueãt litigãtes: adeò

Confeſſoria actio.

Poſitiones.

Interrogationes per credit vel non.

Iuramentum de calumnia.

multi

multi ſibi in animum inducunt cogi non poſſe, aut debere ad veritatem denudandam, & in aduerſariorum caſtra deportandam. At quātò magis hoc formidādū eſt in criminalibus, vbi de capite & fortunis quæſtio vertitur? nam quotuſquiſque eſt, qui tum ſe putet religione teneri? Natura autem comparatum eſt, vt omnes, neſcio quo modo, promptiores & paratiores ſimus ad excuſationem & eleuationē culpę proprię, ad accuſationem & cōfeſſionē tardiores. Itaque remittendum illud iuramētum de calumnia putarē, quod etiam in publicis obtinerē putat gloſ. & DD. in l. 1. C. de iur. propt. calum. & l. vlt. de fide inſtrumēt. nedum illud ſolēne de veritate dicenda, quod præſtare tenentur Rei de crimine interrogati ex ſtatuto generali, quod in formā ſtyli redactum eſt, de quo Bartol. in d. l. 1. nam quorſum ille iurare cogitur, ſi iureiurādo ipſius nō ſtatur, ſed nihilominus peragitur reus? Anne vt flagitiū flagitio cumulet, & cum parricidio periurium coniungat? quòd vtrum ſit grauis altero diſputāt Theologi Summiſtæ. Prudens & ſciens alias rationes Martini obmit-

In publicis iuramentum de calumnia periculoſum.

De veritate dicenda remittendum iuramentum.

obmitto, qui cõtra Ioan. (adeò ferè hi duo ſemper, Sabinorum & Proculeianorum inſtar, diuerſas ſectas conſtituunt in iure) negatiuam tuetur. Certè illud ponderandum eſt, quod nullo modo anſam peierãdi alicui porrigere debemus: adeò vt remittendum ſit iuramẽtum, & gratiam iuriſiurãdi facere teneamur, ſi cui oblatum ſit, nec liquidò, neque ex animi ſententia iuraturum putemus. ad quæ notanda veniunt, quæ ex Auguſtino & alijs compilauit Gratianus in decret. cau. 22. quæſt. 5. Sed quàm lõgè à formulis? nequaquam tamen extra forum digreſſi ſumus. Hoc etiam notandum eſt, quod huiuſmodi actionum ſolemnitates tantùm in ordinarijs iudicijs vſitabantur. Paulus in l. ante penult. ff. de neg. geſt. Nec refert an directa quis, an vtili actione agat, vel conueniatur, quia in extraordinarijs iudicijs, vbi conceptio formularũ nõ obſeruatur, hæc ſubtilitas ſuperuacua eſt. Nunc autem iudicia omnia extra ordinem peragũtur, vt dicitur in principio tituli de ſucceſ. ſubl. & tit. de interdict. §. vlt. Inſtitut. Hinc eſt quod de ordine, & exitu interdictorũ ſuperua-

Periurij penitus occaſio amputanda.

Ordinaria iudicia.

Extraordinaria nunc omnia iudicia.

peruacuum eſt hodie dicere: nam quoties extra ordinem ius dicitur (qualia ſunt hodie omnia iudicia) non eſt neceſſe reddi interdictũ, ſed perindè iudicatur ſine interdictis, ac ſi vtilis actio ex cauſa interdicti reddita eſſet. Reliquias quidem harum formularum, aut ſimilium, quæ veluti rediuiuæ in iudicijs obtinebant aucupatione ſyllabarum inſidiantes ſuo tempore penitus eradicare deſtinauit Imp. Conſtantinus. l. 1. C. de formul. & impetr. act. ſublat. L. 2. autem eodem Theod. & Valent. Impp. agere videntur de illa actionis ſublatione, quæ fiebat ab ipſo Prætore, non autem de ijs impetrationibus, quæ à collegio Pontificum fiebant, vt putauit Accurſ. nam hæ quidem ante huiuſmodi Impp. diu antiquatæ & ſublatæ erãt. Porrò exceptio, vt ait Vlpian⁹, dicta eſt quaſi quædam excluſio, quæ interponi actioni cuiuſq; rei ſolet, ad excludẽdum id, quod ad intentionem, condemnationémue deductum eſt, vel (vt Paulus tit. de except.) conditio eſt, quæ modò eximit Reum à damnatione. Atq; exceptiones aut temporales & dilatoriæ, (quæ ferè tranſlationes à

Impetrationes actionũ ſublatæ.

Exceptio quid.

Exceptionum diuiſio.

nes à Rhetoribus dicuntur) aut perpetuæ ſunt,& peremptoriæ, qualis eſt doli mali,rei iudicatę,pacti cōuenti perpetui, ſolutionis, & ſi quid cōtra leges Senatúſue cōſultū factū eſſe dicitur,quæ ſub hoc tractatu cōtinentur: Opponuntur enim aut quia factū ſit,quod fieri oportuit:aut quia factū ſit,quod fieri non oportuit:aut quia factū nō eſt,quod fieri debuerat. Sed nemo prohibetur pluribus exceptionibus vti,quãuis diuerſæ ſint.Replicatio eſt contraria exceptio, quaſi exceptionis exceptio:ſemper enim replicatio obijcitur,vt exceptionem oppugnet.Illud tenendum eſt omnem exceptionem vel replicationem excluſoriā eſſe. Exceptio Actorem excludit, replicatio Reum. Sed & contra replicationē ſolet dari triplicatio, & contra triplicationem rurſus quadruplicatio: & deinceps multiplicantur nomina,dum aut Reus, aut Actor obijcit. *Replicatio.*

ARGVMENTVM.

¶ De Sponſionibus, & Sacramentis, Conſtitutione iudicij,Iudicum datione à Prætore,& ijs ferè,quæ fiebant in conteſtanda lite.

Caput 5.

IN huiuſmodi cõmiſſionibus Litigatorũ,quę fiebãt corã Prætore,dũ petẽdo, intendendo,declinãdo,eludendo,refellendo vterque de palmario cõtenderet, Prætor cõteſtationem litis meditaretur, & cõſtitutionem iudicij moliretur, ſponſiones mutuæ fiebãt ab ipſis Litigãtibus, quæ ferè ex interrogatorijs actionibus oriebãtur. Nam ſi petitionem inficiaretur Re⁹,ſtatim ab Actore prouocabatur,*quãdo negas, ſacramento te prouoco*, quod Prætor anteà imperaſſe videtur, *Si negat, ſacramento quærito.*Sin Reus nõ tam inficiaretur, quàm exceptione, aut præſcriptione ſubmouebat, poſt replicationem ſubijciebat Actor,*Quandò ais,neque negas, ſacramẽto quinquagenario te prouoco*,aut ſi taceret,*Quandò neque ais, neque negas, te ſacramento quinquagenario prouoco*. Stipulãti autẽ Actori reſpõdebat Reus, & viciſſim Actor Reo repromittebat, quãquam interdum Reus prouocabat: ſæpiùs enim excipiẽdo fit Actor.De ſpõſione quidem Plautus in Menæhmis:

Spõnſiones.

Ità de-

Ità detinuit apud Aediles prælijs factis plurimis,
Peſſimiſq́. dixi cauſam, conditiones retuli
Tortas, confragoſas: plus minùs opus, quàm erat, multò dixeram
Controuerſiam, vt ſponſio fieret.

Sponſionis autem pignus, teſte Iſidoro lib. 5. etymologiarum, ſacramentũ erat, hoc autem deſcribit Feſtus, æs quod pœnæ nominæ pẽditur, ſiue in rem agitur, ſiue cõtenditur. id in alijs rebus quinquaginta aſſium eſt, in alijs quingẽtorum, inter eos, qui iudicio inter ſe cõtenderent. Varro autem ſic lib. 4. linguæ Latinæ: Ea pecunia, inquit, quæ in iudicium venit in litibus, ſacramẽtum à ſacro dictum, nam qui petebat, & qui inficiabatur, de alijs rebus vterque quinquagenos aſſes ad Pontificem deponebat, de alijs rebus itẽ certum alium & legitimũ numerũ aſſiũ. Iſidorus dictũ putat ſacramẽtũ, quia violalare quod quiſq; promittit perfidię eſt. Licet autẽ Varronis in lingua latina ſacroſancta ſit auctoritas, tamẽ hæc etymologia nequaquam omnino reſpuenda videtur: nam omne ſacramẽtum ſponſio prę- Sacramẽtum.

Sponſionis & ſacramẽti differentia.

cedebat,quanquã non omnis ſpõſio ſacramẽtum habebat:ſæpiùs enim interueniebãt ſpõſiones, in quib. depoſitio illa ſolẽnis nõ fiebat,vtpote nudę,quæ verborum obligatione fiebant, vel in quibus ſatiſdationes præſtabãtur, ſi ſtipulatio cõmitteretur,vt in vadimonijs.Sacramẽta Gręcorũ, quę in cõteſtanda lite deponebantur, Πρυτανεῖα dicebãtur,quia in Prytaneo ponebantur. Παρακαταβολὴ aũt tã ſpõſionẽ, quã ſacramẽtum ſignificat. Ex pręcedẽtibus itaq; cõſtat ſacramentũ,ſiue pœnã ordinariã temerarij Litigatòris fuiſſe ſũmã quinquagenorũ,aut quingẽtorũ aſſiũ,quę in æde apud Põtificẽ deponebatur: In re aũt tã vetuſta non liquet,quod fuerit cauſarum diſcrimẽ, in quibus qninquaginta, & quibus quingenti aſſes deponi ſolebãt. Veriſimile aũt fit ſuper quolibet articulo cõtrouerſo, aut inficiatiõe interrogatiõis ſpõſionem factã.Quãquam legitimũ hũc numerũ aſſiũ Litigãtes ſpõſionibus ſępenumero excedebãt:Quod ex Cicer. manifeſtũ fieri poteſt: Sic enim Verrina 5.facta eſt ſpõſio H—S. quinq; milibus. Itẽ in oratione pro Comœdo: pecunia,inquit, certa

Πρυτανεῖα.

Παρακαταβολὴ.

certa, quæ nũc petitur per Iudicẽ, in qua legitimæ partis ſpõſio facta eſt. Dein ſubijcit: Pecunia petita eſt certa, cum tertia parte ſpõſio facta eſt. Finita aũt lite, victor depoſitũ ex ęde ſacra aufferebat, qui tùm iuſto ſacramẽto cõtendiſſe diccbatur. Victi verò ad ærariũ redibat, vt ex Varrone palam fit. Atq; illud â Triũuiris Capitalib⁹ in diuinos vſus, & tuendis ſacris ciuitatis applicabatᷣ. Iiq; Treſuiri, ſi fortè depoſita nõ eſſent, ſacramẽta exigebant, iudicabántue. Sed lubet adferre legẽ tribunitiã, q̃ eſt apud Feſtũ lib. 17. de ver. ſig. *Quicũque Prætor poſthac fact⁹ erit, qui inter ciues ius dicet, Treſuiros Capitales Pop. rogato, ijq́; Treſuiri Capitales, quicũq́; à Pop. facti erũt, ſacramẽta exigũto, iudicãtoq́;, eodẽq́; iure ſũto, vti ex legibus plebeiq́; ſcitis exigere, iudicare eſſeq́; oportet.* Nõ abſimilẽ & alienã à ſacramẽto veteri cõſignationẽ pecunię ĩ initio litis introductã nõ ità dudũ vidim⁹ in Frãcia edicto regio, q̃ cõuaſabãt mãcipes ęrarij & publicani exteri. Spõſionũ iudiciariatũ infinita exempla paſſim reperiũtur apud auctores. 5. act. in Verr. *ni Apronius dictaret.* 3. Offic. *ni vir bon⁹ ſit.* pro Cecin.

Iuſtum ſacramentum.

Triũuiri capitales.

L. Tribunitia.

Sponſiones variæ.

ni aduerſus edictum Prætoris vis facta eſſet. Pro Quintio: *ni bona ſua ex edicto publico Burrieni Prætoris dies triginta poſſeſſa nõ eſſent.* & alia id genus. Spõſiones etiam ludicræ, & extra iudicium in contractibus aleatorijs fiũt: licet ex l. Titia, & Cornelia vetitæ erãt ſpõſiones, præterquã ſi quis luderet haſta, vel pilo iaciendo, vel currẽdo, ſaliẽdo, luctando, pugnando, quod virtutis cauſa fiat. In alijs autem, vbi pro virtute certamẽ nõ fit, non licet, vt dicitur in l. 2. & 3. de aleat. ff. Inſigne exemplum eſt apud Plinium, & Macrobium Antonij, & Cleopatrę, ni hæc vna cœna abſumeret Seſtertium centies. Hũc etiã adferri poteſt illa Aſclepiadis arrogans cum fortuna ſponſio, ſi vnquam inualidus eſſet, ne medicus crederetur. Adde nobilis ſcorti cum nobili Philoſopho, aut eius diſcipulis. Valerius lib. 4. cap. 3. Æque abſtinẽtis ſenectæ Xenocratem accepimus, cuius opinionis non parua fides erit narratio, quę ſequitur. In ꝑuigilio Phryne nobile ſcortum Athenarum iuxta eum vino grauem accubuit, pignore cum quibuſdam iuuenibus poſito, an temperãtiam eius corrũpere

l. L. Titia & Cornelia.

Antonij & Cleopatræ ſpõſio.

Aſclepiadis.

Phryn.

pere poſſet, quam nec tactu, nec ſermone aſpernatus, quoad voluerat in ſinu ſuo moratam, propoſiti irritam dimiſit, vbi legẽdum puto *ni* pro particula *an*, nam *ſi* & *ni* frequentes & quaſi ſolemnes ſunt in ſpõſionibus. Cæterũ, vt hoc parergus notem, quãdo in hunc locum incidimus, & hoc caput cum præcedẽti magnitudine, æquandum duximus, Valerius in hoc exemplo non ſatis ſeruaſſe decorum in Xenocrate, neque ſuæ cauſæ ſeruiſſe videtur, nam dùm in vno temperantiã laudat, in altero eiuſdem temulẽtiam (quę etiam intemperantia eſt) imprudenter detegit, quæ non minùs philoſophũ dedecet, quã venerea voluptas:

Valerij locus emendatur.

Idem reprehẽditur.

Vno namque modo vina venuſq; nocent.

Siquidem temperantia, teſte Ariſtotele, vt eſt apud Gellium cap. 2. lib. 19. & Macrobium lib. 2. cap. 8. Saturnal. nõ minùs circa voluptatum modum verſatur, quæ guſtu percipiũtur, quàm quę in tactu, nec ferendos eſſe docet idem Gellius lib. 15. cap. 2. qui perperam interpretãtes Platonis verba de legibus, tanquã auctore Platone, ebrietatem laudãt. Quin etiã ebrie-

Temperantia etiã in ijs quæ guſtu percipiuntur.

Ebrietas.

tas illam cõtinentiæ partẽ, quę in domando, & reſtinguẽdo libidinis venereæ ęſtu conſiſtit, multum minuit, cùm plærũque hæc imbelles euiratoſq́ue reddat ebrios, & temulẽtos: quod inductionibus probari facilè poſſet de multis nationibus, & gẽtibus, quæ cùm potu indulgeant, & vino ſe ingurgitẽt, remiſſiores ſunt ad venerẽ: contrà, quę vino moderatè vtũtur, procliuiores ad eam, & ſalaciores ſunt. Hìnc eſt, quod Theophraſtus refert, vt ſcribunt Atheneus & Plutarchus, Alexandrum parum mulieroſum fuiſſe, quòd vinoſus eſſet. Itaque narrationem eleuat, quod vino grauẽ addit. Quid? nónne ſatis erat ſenem dixiſſe? pręſertim cũ de Sophocle vetulo loquẽs, cùm ab eo quæreretur, an etiamnum rebus venereis vteretur, reſpondiſſe dicat, dij meliora, libẽter enim iſthinc tãquam ex aliqua furioſa profugi dominatione. Quis autem ſenem ebrium, & vino grauẽ, in ſinu meretriculæ ſtertentem, qui neque blãditijs fœmineis, & mollitie magis afficiatur, quàm

Alexander vinoſus.

Sophocles.

——— *Truncus iners ficulnus, inutile lignũ,*

non ſtatim eum exoletum, languidum, effœ-

effœtum cogitet inter amplexus, & ſuauia ſuam edormiſſe crapulam, & heſternum deſpumaſſe falernum, vt Perſius loquitur, neque expergiſci potuiſſe à veterno, ſomnolentia, & grauedine, quam inducit pituita (qua maximè hæc ętas affecta grauatur) & larga meri potatio ob vapores, qui verſus cerebrum ebulliunt ex repletione ventriculi. Quibus mirè congruit arguta ſanè (meo quidem iudicio) lupę (ſiue hæc Phryne, ſiue Lais fuerit, nil moror) reſpōſio ad Xenocratis diſcipulos victoriæ prēmium flagitantes, de homine ſe cū ijs, nō de ſtatua pignus poſuiſſe: quæ contorqueri aduerſus Valerium poteſt. Mirum itaque non fuit, quod hęc non iuſto ſacramento, quin potiùs alterum mirandum fuiſſet, ſi iniuſto diſcipuli cōtendiſſent. Atq; vt frigidus, & maleficiatus, qui nō vtitur, temperans eſſe non poteſt, ſic nec exhauſtus, & elūbis ſenex (nā quid ab eo differt?) temperans dici poteſt, ſi non catuliat, cū virtus illa circa affectus, *Temperās circa affectus graues.* eoſque graues verſetur, quos, veluti ferociētem æquū, freno regit, & moderatur: qui ſi nulli ſint, iā temperātia neque erit.

Meliùs

Laertius. Meliùs quidem meo iudicio Laërtius in vita eiuſdem Xenocratis, quem narrat verēda ſecaſſe, atque vſſiſſe, cùm affici tentigine ſentiret, vt ex dolore pruritum auerteret. Neq; inuerecūdum exiſtimo Philoſopho moueri, aut affici, vt egregiè ex Epicteto Stoicus diſputat apud eundem Gellium lib. 19. cap. 1. Et hînc eſt, vt puto, quod dicimus, primos motus nō eſſe in poteſtate hominis. *Primi motus.* Sed nobis hic etiā temperandum fuit, vereor enim, vt tēpore noſtro ſubciſiuo abuſi ſimus, quo magis magiſque abutemur, ſi excuſationes prætexamus. Sed facilè, vti ſpero, veniam ab eo impetrabimus, qui etiam Valerio hoc diſſimulandum putabit. Nos interim hæc animi gratia luſimus, vt tædium harum formularum ſubleuaremus ex parte, tu Lector boni cōſule, pro quo vel in medio ſaltarem foro. *Sponſio decimæ litis.* Erat & alia ſpōſio iudicialis, qua Actor repromittebat, ni viciſſet, Reo decimam litis: de qua Inſtitut. tit. de pœn. tem. litigāt. §. hęc autem. & in C. Hermogenia. tit. de calum. l. iudiciū. Cui Iuſtinianus nouella 112. hoc addit, vt decimæ cautio ſatiſdationem habeat ante

Reorum

Reorum citationem. Ex Aſconio aũt apparet, quod in publicis iudicijs etiam ſacramẽto contẽderent Litigantes: Atque tùm lis cõteſtata dicebatur, quãquã propriè lis iam cõteſtata erat ex actionum & exceptionum mutuis obiectionibus. Inter litem autem cõteſtatam, & editam actionem permultũ intereſt. Lis enim tũc videtur conteſtata (ait Imp. Seuer. & Anton.) quum Iudex per narrationem cauſam audire cœperit. Iure autẽ nouiſſimo ad cõteſtationem litis nõnulla præterea requirũtur ſolemnia, quę ponũtur ſub rubrica C. de litis cõteſt. in authent. Lite autem cõteſtata, ſpõſionibus ritè factis, & ſacramento vtrinque legitimè depoſito, iudicium petebãt Litigãtes, quod conſtituebat Prætor in litis verba, id eſt, ſtatum cauſæ cõiecturalẽ aut iuridicialẽ conſtituebat, quod in praxi dicimus *reigler*; *ou apointer les parties contraires, ou en droict.* Hînc toties recãtatę phraſes Prætoriæ in iure, *iudicium dabo, iudicium non dabo*: nam has, *actionem dabo, actionem non dabo*, Actorem tantùm ſpectaſſe puto antequam in ius veniret, aut litẽ cõteſtaretur. Iudiciũ autem

Sacramẽtum in publicis.

Lis conteſtata.

Iudicij conſtitutio.

Formulæ Prætoris.

Iudicium purum aut cum exceptione.

autem aut purũ, aut cum exceptione ordinabatur. Cic.lib.2.de inuẽtione: Is, qui agit, iudicium purum poſtulat, ille, qui cùm agitur, exceptionem addi ait oportere. Idem pro Cecinna: Pub. Dolabella Prætor interdixit, vt eſt conſuetudo, de vi hominib. armatis, ſine vlla exceptione, tãtùm, vt vndè deieciſſet reſtitueret. Cõſtituto autem & compoſito iudicio à Prætore in litis verba, ſi cauſa huiuſmodi eſſet, vt de iure potiùs, quàm de facto quæreretur, Prętor cauſam ad Centumuiros, qui conſilium eius erant ordinarium, remittebat: quod ex. 1. de Oratore facilè probari poteſt, quę die cognitionũ, quandò ij ſedebãt, repetebatur, vt ex ſuperioribus compertum habemus. Sin de facto, quæſtio verſaretur, Recuperatores Iudices ab eodem dabãtur, præſcripta iudicãdi formula, qua iudiciũ cõſtituerat, *ſi paret N. dare oportere*, vti ferè moribus noſtris obſeruatur in reſcriptis Principis, & mãdatis, quibus hæc clauſula inſeritur, *ſi vous apert des premiſes*. Obſeruabatur autẽ ne is Iudex daretur, quẽ altera pars nominatim petebat, ſed de eò debebãt partes

Cẽtumuiri de iure cognoſcebant.

Recuperatores Iudices de facto.

conue-

conuenire. Cic. pro Cluentio: Neminem voluerũt maiores noſtri, nõ modò de exiſtimatiõe cuiuſquã, ſed ne pecuniaria quidẽ de re minima Iudicẽ eſſe, niſi qui inter aduerſarios conueniſſet. Id enim, inquit Calliſtratus, iniqui eſſe exẽpli Hadrianus reſcripſit: niſi hoc ſpecialiter à Principe, ad verecũdiam petiti Iudicis reſpiciente, permittatur. l. 47. de iud. Itaq; ſi alteruter Litigatorũ nominatim aliquẽ peteret Iudicem teſte Feſto lib. 14. ſolebat ferè hac vti formula: *Si aliũ procas, niue eum procas.* Eſt aũt procare poſcere, cũ dicitur in Iudice collocãdo. Addicebatur autẽ Iudex à Prætore, quãdo vterq; conſentiebant in eum. l. 70. de iud. ff. Conſtituto itaque, Iudice, & iudicio in litis verba, in perendinum diem, ſi Aſconio credimus, vt ad Iudiciũ, hoc eſt, datũ Iudicẽ veniret vtraq; pars denũtiabat, & Prętor decedẽs ad eos, qui tribunal aſſiſtebant, hæc ſolemnia verba pronunciabat, *Teſtes eſtote.* Et his verbis litẽ cõteſtari Actor & Reus dicebantur, vt auctor eſt Feſtus. Deniq; ſi nihil eſſet, quod de facto aut iure quæreretur, Prętor ſuum decretum interponebat.

Procare.

Conteſtatio.

ARGVMENTVM.

¶ De notionibus Iudicum & eorum Conſilio, id eſt, Adſeſſoribus, Conſiliarijs, Iureconſultis, & quadruplici horum genere.

Caput 6.

Iudicum daterum notio.

IVDICES itaque delegati de cauſa pēdinata cognoſcebant vſq; ad ſentētiæ dictionē, quā etiam pronūtiabant priùs receptis probationib. teſtiū & inſtrumētorum, ità tamē, vt præſcriptā à Prætore formulam, cācelloſque nō excederēt: veluti ſi purum iudicium erat, tātùm de intētione Actoris, ſiquidem per rerū naturam negatiua probari nequit: ſin verò non purum, tùm de exceptione Rei etiam, qui quodammodo excipiendo Actor fiebat, cognoſcebāt. Seneca lib. 3. de beneficijs: Quęcūque in cognitionem cadūt, comprehēdi poſſunt, & nō dare infinitam licētiam Iudici. Ideò melior videtur conditio bonæ cauſæ, ſi ad Iudicē, quā ad Arbitrum mittatur: quia illum formula includit, & certos, quos nō excedat terminos ponit: Huius libera, & nullis aſtricta vinculis religio & detrahere aliquid

poteſt

poteſt, & adijcere. Etſi autem plurimæ exceptiones tacitã cõfeſſionem habeant intentionis Actoris, veluti ſi quis pactum conuentum, aut ſolutionem proponat, confiteri debitum videtur: I. C. tamen in l. 9. ait: Non vtique exiſtimatur confiteri de intẽtione aduerſarius, quo cum agitur, quia exceptione vtitur. Sunt tamen præiudicia ſiue ex parte Actoris, ſiue ex parte Rei (Nam & Vlpianus auctor eſt l. 73. de act. & obligat. ſub actionis nomine cõtineri: Quod autẽ ſub exceptione comprehendãtur argumento eſt titulus Pandectarum de exception. præſcrip. & præiud.) de quibus habet Iudex cognoſcere ante primam quæſtionem, quorum fit mentio in l. 12. 13. 16. 17. 18. & 21. d. tit. de exception. Atque hũc pertinẽt huiuſmodi formulæ: *Si præiudicium fundo nõ fiat. Si in ea re præiudicium hæreditati non fiat. Si ingenuitati præiudicium non fiat*, & ſimiles. Cur autem ferè numero impari Recuperatores & Iudices dabantur à Prætore ratio eſt, quam adfert Vlpianus in l. 17. de recept. qui arbit. ff. quòd in impari inuenitur pars maior, etſi diſſentiant, cuius arbitrio

Non fatetur qui excipit.

Præiudicia.

Iudicum impar numerus.

Delecti Iudices. bitrio & iudicio ſtabitur. An autem Romæ in priuatis, ſicuti in publicis, quoddam eſſet Iudicum album & decuria præter Centumuiros, an verò paſſim ſine diſcrimine quemlibet de Populo Iudicem, aut Recuperatorem dare poſſet Prætor, non ſatis compertum habeo. Ex Gellij lib. 14. c. 2. probari poſſe videtur quoſdã legi ſolitos in Iudices, qui iudicia priuata ſuſciperent: Denique quinam olim eſſent ij viri, qui in conſilio manumiſſionibus adhibebantur Romæ ex lege Ælia Sentia non ſatis liquet. Dion quidem auctor eſt ſub Auguſto decẽ Senatores, ſub Antoninis autẽ & Alexãdro quinq; & totidem Equites in conſilium adhibitos à Prætore Vrbano: quod idem teſtatur Theophilus lib. 1. tit. 6. Sed quid vetat appellatione Decemuirorũ intelligi, qui litibus iudicãdis & haſtæ præerãt? De quibus l. 2. §. 16. de origine iur. meminit, quos de collegio & numero Decẽuirorum fuiſſe, atque eoſdem coëgiſſe conſtat ex ſuperioribus: neque enim inculcare putauimus operæpretium, quæ libri tertij capite decimotertio à Socero & nobis

Conſilium Romæ.

Decemuiri.

nobis antea dicta ſunt, quando in abſolutione huius operis Caſſium Seuerum exoptamus accuſatorem, vti factitaſſe Auguſtum, dum extrueret ſuum forum, refert Macrobius. In Prouincijs autem conſilium illud Proconſulum, & Præſidum conſeſſum fuiſſe viginti virorum teſtis eſt ibidem Theophilus, quos peregrinos Recuperatores vocatos dicit. Vlpianus quidem ſe Prætori adſediſſe dicit in l. 9. §. 3. ff. quod metus cauſa. Paulum autem Papiniano Præfecto Prætorio conſtat ex l. lecta. ff. ſi certum petatur. Prætores etiam in Prouincijs quoſdam viros conſiliarios, ſiue aſſeſſores habuiſſe videre eſt ex 4. in Verrem, vbi Cicero exagitat magnoperè quòd idem Verres Siciliæ Prætor, ſine ſuo conſilio, & eo remoto Sopatrum condemnaſſet: Te tuo conſilio, inquit, dimiſſo, viris primarijs, qui in conſilio C. Sacerdotis, tibiq́ue eſſe ſolebant, remotis, de re iudicata iudicaſſe, teq́ue eum, quem C. Sacerdos adhibito cõſilio, cauſa cognita abſoluiſſet, eundem remoto conſilio, cauſa incognita condemnaſſe.

Caſsius Seuerus.

Peregrini Recuperatores.

Vlpianus.

Paulus.

Conſiliũ Prætoris.

Amici à conſilÿs Iudicū. In cognitionibus etiã Iudices illi & Recuperatores à Prætore dati amicos Iuriſconſultos adhibebant, vt patet ex Quintiana: Quoties enim C. Aquilium nominat Cicero, ferè ad eos, qui in conſilio eius erant, quos aduocauerat Aquilius, ſermonem conuertit, atque ex multis alijs locis Ciceronis probari poteſt. Gellius dicto capite: Tūc ibi amici mei, quos rogaueram in conſilium, viri exercitati, atque in patrocinijs, & operis fori celebres, ſemperq; ſe circũundique diſtrahētibus cauſis feſtinantes, non ſedendum diutiùs, ac nil eſſe dubium dicebant, quin abſoluendus foret, quem accepiſſe pecuniã illam nulla probatione ſolemni docebatur. Sed enim ego homines cùm cõſiderabam, alterum fidei, alterum probri plenum, ſpurciſſimæque vitæ, ac defamatiſſimæ, nequaquam adduci potui ad abſoluendum. & infrà: Sed maius ego, altiuſque eſſe exiſtimaui, quã quod meæ ętati, & mediocritati conueniret, vt cognouiſſe, & cõdemnaſſe de moribus, non de probationibus rei geſtæ viderer, vt abſoluerē tamē inducere in animũ nõ quiui, & propterea iuraui mi-

raui mihi nõ liquere,atq; ita iudicatu illo ſolutus ſum. Vndè etiã colligere licet Iudices delectos munere iudicandi ſeſe exſoluere,aut excuſare haud potuiſſe,niſi iurarent ſibi non liquere. vbi integritatem Gellij laudare poſſumus, religionem non item, licet ex ſententia Catonis, & Phauorini ſuffragio aucta, confirmataque ſit, quorum auctoritatẽ nil moror, ſtante regula iuris, Actore non probante abſoluitur Reus,etiam ſi nil præſtiterit. Quod autem Neoptolemus ait apud Enniũ (vt idem Gellius non vno loco refert) philoſophandum paucis,nam omninò non placet:id maximè in iudicis vſu venire exiſtimo,in quibus, vt ait Martianus, ſubtilitates à Iudicibus nõ admittuntur,atq; ea de cauſa eiuſdem Catonis in Senatu ſępiùs ſunt exploſa paradoxa, quę illę proponebat tanquã in Stoa, aut Platonis Repub. nõ in fece Romuli verſatus fuiſſet. Sed ex diuertiuerticulo res reponatur. Officium adſeſſoris,ſiue cõſiliarij(nã ità vocatur adſeſſor l.5.de offi.adſeſſ.ff.)quo iuris ſtudioſi, partibus ſuis fungũtur, in his ferè cauſis cõſtat,in cognitionibus, poſtulationibus,

Iuramentum non liquere.

Gellij integritas & religio.

Regula iuris.

Deguſtãda nõ ingu ritanda philoſophia.

libellis, edictis, decretis, epiſtolis. Aderant etiam Principibus, & Imperatoribus huiuſmodi Iureconſulti in cognitionibus & alijs negotijs obeundis. Plinius lib. 4. epiſtol: Interfui Principis optimi cognitioni in conſilium aſſumtus. Idem lib. 6. ad Cornelianum. Euocatus in conſilium à Cæſare noſtro ad Centũcellas, hoc nomine maximam cepi voluptatem. quid enim iucũdius, quàm Principis iuſtitiam, grauitatem, comitatem in ſeceſſu quoq;, vbi maximè recluduntur, inſpicere? Fuerunt variæ cognitiones. &cę. Dein: Tum ex conſilij ſententia iuſſit denunciare hæredibus omnibus, aut agerent, aut ſinguli approbarent cauſas non agendi, alioqui ſe vel de calũnia pronũciaturũ. Adrianus quidem Imperator, vt refert Spartian. in conſilio habuit non amicos ſuos, aut comites ſolùm, ſed Iureconſultos, & præcipuè Iulium Celſum, & Saluium Iulianũ, Neratium Priſcum, alioſque, quos tamen omnis Senatus probaſſet. Dion Caſſius etiam auctor eſt interdum Coſs. aſſediſſe, quoties hi iudicarent, quod etiam antea facere non ſunt dedignati Tyberius, & Clau-

Adrianus.

Tyberius.

& Claudius, vt teſtis eſt Sueton. Tyberius, inquit, Magiſtratibus pro tribunali cognoſcentibus plęrunque ſe offerebat conſiliarium, aſſidebatque iuxtim, vel ex aduerſo in parte primori. De Claudio autem: cognitionibus Magiſtratuum, vt vnus è conſiliarijs, frequenter interfuit. Antoninus Pius Iuriſperitis vſus eſt Saluio Valēte, Voluſio Metiano, Vlpio Marcello, & Iaboleno, auctor Capitolinus. Scæuola vero Marco Philoſopho in conſilio adfuit, & ſanciendis legibus. Herodianus ſtatim in initio libri ſexti de Alexandro Imperatore loquens: Sedecim, inquit, ordinis Senatorij viros ætatis grauitate, vitæque ſanctimonia præcellentes adſeſſores principis, & conſiliarios delegerunt, nihilq; aut dicebatur, aut agebatur, niſi illorũ accedente ſuffragio. Is quidem in initio ſui principatus Papinianum præfecit Præfectum Prætorio, cuius munus erat libellos agere in aula Principis, vt patet ex l. 12. de diſtra. pig. Reſcriptũ eſt, inquit Tryphoni⁹, ab Imperatore libellos agente Papiniano. Hi autẽ à conſilijs Alexandri enumerantur à Lãpridio,

Claudius. *Antoninus.* *Alexander.*

Fabius Sabinus Sabini inſignis viri filius, Cato tẽporis ſui, Domitius Vlpian. Iul. Paulus iuris peritiſſimi, Põponius legũ peritiſſimus, Alphenus, Africanus, Florẽtinus, Martianus, Calliſtratus, Hermogenes, Venuleius, Triphonius, Metianus, Celſus, Proculus, Modeſtinus. Hi omnes iuris profeſſores diſcipuli fuêre ſplẽdidiſſimi Papiniani & Alexandri Imperatoris familiares, & ſocij. Dein ſubiungit idẽ auctor. His tot atque alijs talibus viris, quid mali potuit cogitari, vel fieri, cùm ad bonum cõſentirent? Si quidem, vt idem paulò antè refert ex Mario Maximo, melior & propè tutior eſt Reſpubl. in qua Princeps malus eſt, ea, in qua ſunt amici Principis mali, quia vnus malus poteſt à pluribus bonis corrigi, multi autem mali non poſſunt ab vno, quamuis bono, vlla ratione ſuperari. Idem Lampridius: Negotia & cauſas priùs à ſcriniorũ principibus & doctiſſimis iuriſperitis, & ſibi fidelibus, quorũ primus tũc Vlpianus fuit, tractari & ad ſe referri præcepit: neq; vllã cõſtitutionẽ ſacrauit, ſine viginti iuriſperitis, & doctiſſimis, ac ſapiẽtibus viris, ijs denique diſer-

diſertiſſimis nõ min⁹ quinquaginta, vt nõ minus in cõſilio eſſent ſentẽtiæ, quã S. C. cõficerent, & id quidem ità, vt iretur per ſentẽtias ſingulorum, ac ſcriberetur, quid quiſque dixiſſet, dato tamen ſpatio ad diſquirendũ, cogitandũque, priuſquam dicerent, ne incogitati dicere cogerentur de rebus ingentibus. Denique hic Vlpianus tutor, adſeſſor, & magiſter ſcriniorũ fuit cuius conſilijs inſtructus & adiutus Alexander, maximus Imperator euaſit. Adſeſſoribus idem Alexander ſalaria inſtituit, quamuis ſæpè dicebat, eos promouendos eſſe, qui per ſe Remp. gerere poſſent: quod etiam Plato requirere videtur dialogo 2. de legibus. congruit quod ait Iuſtin. noſter nouel. 82. Quomodo, inquit, nõ maximam ea res Reip. labem inferat, ſi diſceptãdarum litium poteſtatem non his tradamus, qui per ſe ſciunt, quid facto opus ſit, ſed ſinamus ipſos alios quęrere, à quibus liceat perdiſcere, quæ in iudicando eos proloqui oporteat? Sunt tamen Magiſtratibus interdum & ſæpe publicis occupationibus impeditis neceſſarij huiuſmodi ſubadiuuæ conſiliarij, & adſeſſo-

Salaria adſeſſorum inſtituta.

Magiſtratib. adſeſſores neceſſarij.

 ſeſſo-

ſeſſores: Nam etſi ipſi Magiſtratus per ſe ſapiant, tamen confirmantur eorum conſilia, quando ſentiunt prudentibus, fideliterque ſuàdentibus idem videri. Hûc ſpectat illud Sapientiæ: nequaquam innitendũ eſſe prudẽtiæ propriȩ: Nullus enim eſt tam ſapiens, qui non decipiatur, tam oculatus, qui non hallucinetur, plus autem vident oculi, quam oculus. Hînc puto prudenter à maioribus noſtris conſtitutum, vt in iudicijs noſtris conſilium prudẽtum & peritorum adhibeamus: nam quorſum hæ formulæ penè ſolennes, quæ in ſententijs apponi ſolent? *En ſur tout conſeil & aduis. auec meure deliberation de conſeil.* & ſimiles: ſic enim interpretatur Accurſ. hæc verba, deliberatione habita, in l. 2. C. de ſentent. ex periculo recitand. quas formulas ſucceſſiſſe puto in locum huius, *de Conſilij ſententia*, quæ paſſim apud auctores reperitur obuia, quam exprimebant antiqui D. S. C. licet multi in ſignificatione & explicatione vltimȩ literæ impegerint, propter affinitatem vocum Conſulis & Conſilij interpretantes *de ſententia Conſulis.* Quando autem toties hoc capite

Conſiliũ prudentum.

De Conſilij ſententia.

pite Iuriſconſultorum, Adſeſſorũ, & Conſiliariorum, qui in cõſilio à Magiſtratibus adhibebantur, facta eſt mentio, interea dum hi miſſi in conſilium (nam eò vſque progreſſi videmur, ſi quæ à Socero de altercatione, probationibus, & eleuandis, ſubleuandiſque teſtimonijs in genere dicta ſunt huc applicẽtur) cũ Iudicibus de ſumma litis deliberant, occaſionẽ nacti arbitramur quædam de optimo genere cõſultorum dicere. Quatuor itaque genera ponemus, quæ refert elegantiſſimè Ioan. Bodinus aduocatus in pręfatione Methodi hiſtoriæ: vnum in ſcholis eorum, qui perpetua diſputatione, legum memoriam comprehenſam habent, ſed ſine vſu, & exercitatione forenſi nudis hypotheſibus & vniuerſalibus præceptis ſe potiùs fatigãtes quàm exercentes. Hi autem cùm ex angulis ſecretiſque librorum in medium iam hominum & forum, velut hi, qui ex tenebris in lucem, prodeunt, in ſole caligant. Nam hoc veriſſimè Afranius poëta, vt refert Gellius, de gignenda, comparandaque ſapientia opinatus, quod eam filiam eſſe vſus & memo-

Conſultorum 4. genera.

Primum genus.

memoriæ dixit, eo namq; argumento demonſtrat,qui ſapiens eſſe rerum humanarum velit, non libris ſolis, neque diſciplinis,ſed oportere eum verſari quoque, exerceriq; in rebus cominus noſcẽdis, periclitandiſq;, ea omnia acta, & euenta firmiter meminiſſe, & proĩde ſapere ex his, quæ pericula ipſa rerum docuerunt, non quæ libri tantũ, aut magiſtri per quaſdam inanitates verborum,& imaginũ tãquam in mimo, aut inſomnio delectauerint. Quibus conuenit quod Demades Orator Reip.gerendæ ſcientiam non in ſcholis,& otio,ſed in clariſſima populi luce didiciſſe ſe gloriabatur. Atq; vt qui ſeipſos in paleſtra ſolùm exercuerunt, nullas tamen acies viderunt, nullos militiæ labores tulerunt, viſo hoſte attoniti ſtant, nec eius aſpectum ferre poſſunt: Sic qui ſine Forẽſi diſciplina, iuris ſcientiam adeptos ſe arbitrantur, propoſita non ocioſa quæſtione,ſed ex vſu rerum nararum, tanquam in ſalebra hærent & titubant, deniq; dum ſe extricare nequeunt,quaſi nõ liqueat,ampliant. Sic vſu veniſſe idẽ Bodinus refert (parcendum eſt manibus) ei qui in ſcholis

Bituri-

Biturigum tanta cum gloria florebat, id eſt,ſtrabo inter luſcos, cùm in forum veniſſet, de leuiſſima quæſtione conſultus obmutuit, non ſine acerba Riandi reprehenſione. Stat itaque ſententia cuiuſdam, quod leges in ſcholis deuorãtur & degluriuntur, in curijs & palatijs ruminantur, ac digeruntur. Alterum genus eſt eorũ, qui diutino rerum forenſium vſu, paucis quibuſdam præceptis, iudicandi, & conſulendi peritiam ſibi compararunt. Sed nec hi album feriũt: nã cùm, teſte Galeno, iudicãdi inſtrumẽta data ſint ad cognitionem actionũ vitę, experiẽtia, & ratio, quę quidẽ vtraque ex æquo quibuſdam conferũt ad artem, quibuſdam verò alterũ altero amplius, & tamen ad perfectionem, alterum altero opus habet. Atque idem alibi ait: qualem facultatem ad ambulandũ vtrunque crus exhibet, talem in artibus habet ratio, & experientia. claudicat itaque qui in vno deficit, & altero tantùm nititur. Plus tamen (ſi ſepares) vt ait Fabius, vſus ſine doctrina, quam citra vſum doctrina valet. Quod idem comprobat Ariſtoteles lib. 1. metaph. dum dicit, expertos rem magis

Secũdum genus.

magis attingere, efficacioreſq; eſſe, quàm eos, qui rationem artis ſine experientia habent. Tum verò dignum operępretium (vt idem Fabius) quum inter ſe congruũt præcepta, & experientia. Vndè tertium genus oritur, duobus pręcedẽtibus veluti fœlici quodam connubio iunctis, cùm alter vſum, alter præcepta conferat: ex quo genere in cauſis diſceptandis ac iudicandis fructũ percipimus vberem. Vltimum genus eſt omniũ longè præſtantiſſimum, ſiue in rebus iudicandis, ſiue adminiſtranda Rep. eorũ, quibus cum theoria & praxi Iuriſprudẽtiæ præclararũ & cognatarũ philoſophiæ artium acceſſio facta eſt, qui circulũ ſciẽtiarum omninò abſoluerunt: atque vt popularis quidam meus, ſed nimis humiliter pro ſubiecto, dicere ſolet, cùm alij panem & obſonium habeant, hi ſalem & condimentum addunt, quo fit lautiſſimũ ferculum; alioquin inſipidum. ad quæ genera viſus eſt Cicero reſpexiſſe in oratione, quam habuit pro Archia poëta ſtatim in principio, dum ait. Si quid eſt in me ingenij, Iudices, quod ſentiò, quàm ſit exiguum, aut ſi qua exercitatio, in qua

Tertium genus.

Quartum genus.

me non

me nō inficior mediocriter eſſe verſatum, aut ſi huiuſmodi ratio aliqua ab optimarum artium ſtudijs, et diſciplina profecta, à qua ego nullum confiteor ætatis meæ tēpus abhorruiſſe. Huius generis fuit is, qui, cùm ius eſſe artem boni & æqui definit, non veretur ſubiungere, cuius quis nos meritò Sacerdotes appellet: iuſtitiam namque colimus, boni & æqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo ſeparātes, illicitum ab illicito diſcernentes: bonos nō ſolùm metu pœnarum, verùm pręmiorum quoque exhortatione efficere cupientes, veram ni fallor philoſophiā non ſimulatam affectantes. quod verè aſſerere potuiſſet, ſi gentilitatis ſuperſtitione remota, Chriſtianæ fidei ſacris, & præceptis initiatus, & imbutus fuiſſet. Huius generis fuère citra controuerſiam, & alij Iureconſulti maiorum gentium, quos ſuprà nominauimus, qui in ampliſſimo foro Romanæ politiæ, id eſt, vrbis, & orbis theatro verſabantur, vnde tanquam è ſpecula eminus, cominus actus humanos, & res mundanas intueri poterant, & de his periculum facere,

Iureconſultorū noſtrorum laus.

quod

quod ex vſu foret, qui denique inſtructi & exculti variarum artium diſciplinis ad clauum Reipub. tractandum non illotis, quod aiunt, manibus accedebant, ſi quidem rempublicam norāt, quod eſt Senatorium, quodq́; latiſſimè patet, vt ait Cicero 3. de legibus, quid habeat militum, quid valeat ærario, quos ſocios reſp. habeat, quos amicos, quos ſtipendiarios, qua quiſque ſit lege, cōditione, fœdere, tenere cōſuetudinem decernēdi, noſſe exempla maiorum. Quod teſtantur illorum reſponſa omnis generis doctrinę referta, ex quibus tanquam ex quodam promptuario abūdè depromi poſſunt, quæ ad rem œconomicam, forēſem & politicam pertinēt, quæ etiā illuſtrata & veluti ſale cōdita ſunt ſentētijs & auctoritatibus philoſophorū, medicorum, oratorū, poëtarum. Nam Solonem, Platonem, Ariſtotelē, Theophraſtū, Chryſippū, Hippocratē, Homerū, Demoſthenē, Ciceronē, & alios principes viros ferè nominăt. De vſu verò, vt de eodē Vlpiano ſolū quid dicam, quem omnium ferè vernarum, externarum, peregrinarum atque etiam exotica-

Reſponſa prudentum omnis generis diſciplinarum theſaurus.

Vlpian.

oticarum rerum vſu, & cognitione callẽtiſſimum fuiſſe, vel ex eo conijcere eſt, quòd in l. 9. de tri. vin. & oleo legat. infinita ferè genera vini extranei enumerat. omnium veſtium, & ornamentorum virilium, & muliebrium, internorũ, & externorum ſpecies recenſet in l. 23. & 25. de aur. & argent. legatis. L. autem 19. & 27. omnes auri, & argenti facti, & infecti ſpecies refert. Inſtrumentorum etiam vrbanorum, & ruſticorum in l. 12. de inſt. & inſt. legat. l. 18. locati. Eſculentorum verò, & poculentorum, id eſt, totius rei penuariæ, tãquam Apitius, l. 3. de pœnu legat. adeo exactè omnia, vt putet quis mercaturam, agriculturam, arteſque mœchanicas, veſtiariam, fabrilem, culinariam exercuiſſe. Alios prudẽs & ſciẽs obmitto. Quin etiam viros bonos, integros, & cordatos fuiſſe, neque Principibus palpum obtruſiſſe, vel ex Lampridij ſuffragio ſuperiùs allato probari poteſt, qui etiam teſtatur in vita Heliogabali Vlpianum ab eodem Heliogabalo remotum vt virum bonum: Papiniani verò mors eius innocentiam & integritatem manifeſtam facit,

Iureconſulti viri boni.

Papiniani mors.

cit, quem vt Spartian. auctor eſt, Antoninus Caracallus occidere iuſſit, quòd nollet parricidium cõmiſſum ab eodem Caracallo in Senatu diluere. Si quidem, vt ille dicebat, id non tam facilè excuſaretur, quàm committeretur, vel vt alij dicũt, quòd inuehēre noluerit in occiſum Caracalli fratrem, quum aliud parricidium putaret accuſare innocentem occiſum. Non eſt autem quod quis obijciat eorũ reſpõſa tãquam impia contra Chriſtianos: Nã, vt Marcellus ait, meretricem turpiter facere, quòd ſit meretrix, non tamen turpiter accipere, cùm ſit meretrix. Ita accuſari poſſunt, quia ethnici & gentiles, ſic excuſari, quòd tales taliter cõtra Chriſtianos animati fuerint. Nos tamẽ meritò hoc vnum in ijs requirimus, nam præter Chriſtianam philoſophiam omnis alia fucus eſt. Nec vlla iuſtitia eſt, quæ fundamẽto, qui eſt Chriſtus, non innititur. Hæc habuimus de optimo genere cõſiliariorum dicere, quibus commiſſionem ædificij vtcunque obſtruximus: tria quæ ſequuntur capita Soceri ſunt, dein vſque ad finem alia proſequimur prætermiſſa. Cõmiſſiones me-

Philoſophia Chriſtiana.

nes meras nos componere, & arenam eſſe ſine calce dicet aliquis. Sed quid? idem obiectum eſt Senecæ à Caligula. nos tamen tanti facere non decreuimus liuorem, vt nobis ſine vncto cœnandum, vt quidam ait, propterea putemus.

ARGVMENTVM.

¶ De Citatione, Sortitione, Reiectione, Subſortitione, & numero Iudicum, item qui, & quando iurati aut iniurati ſederent.

Caput 7.

RVRSVS ingrediamur publicorum viam, vt tandem ad deſtinatum finem, vbi ſententijs res controuerſæ definiuntur, perferamur. Vbi ergò erat iudicium aliquod publicum diſceptandum, dieſque ſumma Reis dicta, Prætor ita ſeſe componebat ad illius exercitationem, vt quia notio publicorum tota Populi eſſet, & non ſua, Iudices, quibus iudicandi munus delegaſſe Populũ ſuprà narrauimus, rem expediturus aduocabat, nominatim vnoquoque citato, verùm ex ea tãtum decuria, cuius per orbẽ circũactæ vices cognoſcendi redierant, ex Diui Au- *Citatio Iudicum à Prætore.*

guſti præſcripto, ne iam defuncti munere rurſus onerarentur periculo ſortitionum, & vt ſuſpitione ſtudij propenſioris in alteram partẽ liberarentur iudicaturi, quos circulus ille decuriarum, non ambitus
Sortitio Indicum. Reorum fortuitos offerebat. Sed vt ex ijs Decuriatis certus & neceſſarius efficeretur, id ſortibus expediebatur in hunc modum. Citatorum nomina tabellis deſcripta in vrnam cõijciebantur, agitata vrna, tabelliſque turbatis ſorte trahebãtur tot, quot neceſſarij Quæſitori videbantur. Quorum nomina ſorte exiuerãt, cauſam cognituri conſidebant. Sed licebat Accu-
Reiectio Indicum. ſatori, & Reo reijcere quot vellent ex ijs, vt ſuſpectos, & quos libidinosè pronun-
Sortium vſus antiquiſsimus ciaturos timebãt. Sortium vſus apud Veteres frequentiſſimus, & tempore belli Troiani cognitus & vſitatus: Achilles enim & Hector monomachiã pugnaturi apud Homerum li.3. Iliados in galeam ſortem mittunt, vter priorem ictum infligat. Fuit & vetus magnaque religio ſor-
Praneſtina ſortes. tium Pręneſtinarum, vt etiam inter mãtices genera locum haberẽt, teſtis Cicero in Dialogo de Diuinatione, & Suetonius

nius in Tyberio. Sortes vſurpatæ in Prouincijs decernendis, Quæſtoribus adiungendis, vnde ſortium religionis mentio creberrima paſſim, & maximè in Verrinis. Cicero ad Q. Fratrẽ Aſię Procõſulẽ: Quæſtorem habes non tuo iudicio delectum, ſed eum quem ſors dedit. In legendis Veſtalibus. Tranquillus in Octauio: Sacerdotum & numerum, & dignitatem, ſed & cõmoda auxit, pręcipuè Veſtalium, cumq́ue in demortuæ locum aliam capi oporteret, ambirentq́ue multi ne filias in ſortem darent, abiurauit ſi cuiuſquam neptium ſuarum cõpeteret ætas oblaturum ſe fuiſſe eam. In dubijs iuris articulis, & nimiùm rigidis vt difficile ſit flectere in hanc vel illam partem ſortes recipiuntur, vt in optione Legatorum. neq; quõdam Apoſtoli rem omnino contemſerunt, nam cùm penderẽt dubij, vtrum ex duobus in locum Proditoris Iudæ ſubſtituerent, placuit vt ſortibus committeretur, alioqui plurimùm ſerium negotiũ. Et ſacerdotium ſorte datũ 4. Actione in Verrem his verbis: Iubet ille ſibi legem legi. recitatur, in qua ſcriptum erat, vt quot

Sortes adhibita in decernendis Prouincijs.

In legendis Veſtalibus.

In dubijs iuris articulis.

eſſent renuntiati, tot in hydriã ſortes conijcerentur, cuius nomen exiſſet, is vt haberet ſacerdotium. Vbi ſortes pro tabellis quæ ſorte educebantur: nam in negotio diuinatorio aliud ſunt ſortes ſculptę in robore literarum priſcarum notis. Tranquillus in Tyberio, & Cicero 2. de Diuinatione. Plautus in Caſina:

Sortes pro Tabellis.

—— Adſunt, quæ imperaſti, omnia,
Vxor, ſortes, ſitula, atque egomet.

Paulò pòſt:

—— Num iſta aut populna ſors, aut abiegnà ſt tua?

CLE. *Quid tu id curas?* CHAL. *Qui enim metuo, ne in aqua ſumma natet.*

Aſconij locus corruptus.

Porrò quod eſt apud Aſconium, pilis inſcribi Iudicum nomina corruptũ eſt pro tabellis, aut libellis, alterum etenim reponendum eſt, malim autem reponi libellis propter Ciceronis locum in 2. Verrina: Præclarè res ſe habebat, libelli nominum veſtrorum, conſilijque huius in manibus erant omnium, nulla nota, nullus color, nullæ ſordes videbantur his ſententijs allini poſſę. Vrnam ſortium in loco proximè citato Tullius retento Græco

Vrna.

quia

quia de [1] Siculis mentio eſt, qui Græcè loquebantur, hydriam vocauit. Primo de natura Deorum,& 1.Rhetoricorũ ad Herennium ſitulam & ſitellam, in Diuinatione ciſtam vocat. De forma nihil mihi conſtat, & fortaſſe bene fuerit inquirere; Videtur forma fuiſſe [2] turriculæ,quę pyrgos dicitur, in qua agitati taxilli ſubducto fundo in alueum luſorium decidebant,ne quid doli cõmitteretur à Veteratoribus, ſi manu iacerētur, ſed omnino alea aleam ſuam haberet. Eius meminit Martialis in Apophoretis: Ita & hîc, vt ſortitio iuſtè ſuccederet, veriſimile eſt cautelam adhibitam. Hoc cùm ſemel & primùm fieret, ſortitio, vel ſortitus vocabatur,vnde apud Tulliũ ad Põtifices pro domo ſua: Quid? Si etiam pluribus de rebus vno ſortitu retuliſti? Qui locus difficilis eſt, tamen nos vno ſortitu, id eſt, ſemel interpretamur: nam de vno legis capite vna rogatio ferenda erat, per leges Liciniam, Didiam, & Cæciliam. Vocabantur autem Iudices, eductis ex vrna tabellis; Ad quem morem videtur alluſiſſe Seneca in Hercule furente:

Situla. *Sitella.* *Ciſta.* *Pyrgus.* *Sortitus.* *Ciceronis locus.*

Nulli iuſſo ceſſare licet,
Nulli ſcriptum proferre diem,
Recipit populos vrna citatos.

Et Statius in Syluis:

——— Ibimus omnes,
Ibimus, immenſis vrnam quatit AEacus vmbris.

Rogatio vnica ſortitu abſoluebatur. Vna rogatio ſortitu vnico abſoluebatur, cum Populares & Tribunitiæ leges ſortibus, id eſt, ſuffragijs in vrnã cõiectis, & ſorte eductis ferrētur. Cic. 1. de natura Deorum de lege Agraria, & auctor ad Herenium 1. & nos aliâs fuſiùs enarrabimus. Neque licebat per eaſdem leges de rebus coniũctis, & pluribus articulis referre, ne Populus vno ſuffragio, & ſortitu id, quod nollet, acciperet, aut id, quod vellet, repudiaret. *Tabellarum numerus.* Sorte ergò educebantur ex vrna tot tabellæ, quot requirebãtur ad implēdum numerum à Quęſtore præſcriptum: Qui vt plurimùm aſcendebat ad ſeptuaginta & quinque. Cicero in Piſonem: An ego expectem, dum de te ſeptuaginta & quinque tabellæ diribeantur? Quanquam in cauſa Milonis Domitiũ Prætorem ſeptuaginta & vno contentum fuiſſe ſcribat

Aſco-

Aſconius. Ita liberum fuit quótum vellet numerum præſtituere, aliaque multa cõtra morem nouare,& recipere pro auctoritate meri ſui imperij. Alium numerum ſolemnẽ fuiſſe in Cẽtumuiralibus antè [3] annotauimus. Peracta prima ſortitione, Reis licebat quot & quos vellẽt reijcere, & totidem in eorum locum altera ſortitione, quæ ſubſortitio vocabatur, ſubſtituebantur.& qui reiecti non erant Pędianus ſelectos vocat, quamuis meo iudicio melius legeretur [4] delectos,quia delectio eodem in loco oppoſita eſt reiectioni, vt aduerſi ſint delecti & reiecti: Nam ſelectorum alia ratio eſt in re iudiciaria, vt & nos ex Plinio aliquando [5] declarauimus. Admonuit me vt mendam obſeruarem, & locum diſpungerem, quod non ſemel in eodem ſcholio repetatur. Subſortitio in alio etiam negotio vſurpabatur, vt in ſupplendis Cenſitorum Decurijs. Tranquillus in Dictatore: Ac ne qui noui cætus recenſionis cauſa quãdoque moueri poſſent, inſtituit quotãnis in demortuorum locum ex his, qui recenſiti non eſſent, ſubſortitio à Prætore fieret. Et cùm

Subſortitio.

Aſconij locus reſtitutus.

Delecti.

Romę plures eſſent Prætores præter prouinciales, iudiciorum publicorum exercitationes inter ſe [6] ſortiebãtur. Cicero ſecũda Verrina: Ecce autẽ illis diebus cùm Prætores deſignati ſortirẽtur, & M. Metello obtigiſſet, vt is de pecunijs repetundis quæreret. & cætera. Nonnunquam reijciendorum Iudicum numerum dictabat Prætor, vt in cauſa Milonis per legem à Domitio iudicij illius gratia datam, quini tantum ex ſingulis ordinibus ab vtraque parte reijci poterant. Quod ſi ita eſt, cùm eſſent tres Iudicantium ordines, Senatorum, Equitum, & Tribunorum ex lege Aurelia, quam aliquot antè annis Aurelius Cotta Prætor tulerat Ædile Marco Cicerone, & Caium Verrem Repetundarum accuſante, & in eo fuerint Tribuni vſque ad Dictaturam Iulij Cæſaris, ſi quini ex ſingulis ordinibus reijciebantur, neceſſe eſt ab Accuſatore quindecim, & à Reo totidem reiectos: Si ergo auferantur de ſeptuaginta & vno triginta, reliqui erunt quadraginta vnus. Quare Aſconij codex iterum corruptus eſt, vbi legitur quinquaginta, & vnus

Reijciẽdorum numerus à Prætore dictus.

Aſconij codex emendatus.

vnus pro quadragĩta & vno, niſi Ærarios Tribunos ad Equites vel Senatores retru ſerit. Sed quod etiam animaduertendum, vt multa alia quæ rara fuerunt, in Miloniana cauſa non ſunt tot ſubſtituti, quot reiecti ſunt, cùm ſubſortitio parem reiectis numerum ſubſtituere deberet. Celebratis ità ſortitione & ſubſortitione, Iudices in leges 7 iurabant omnes, vt obſtricti ſacramenti religione iudicarent: Cùm iuraſſent, nomina eorum in libellis & arca reponebantur, ne pro delectis Iudicibus, vt fit in multitudine, aliqui ſuppoſiti, corruptique iudicarent, teſtis Aſconius. Hinc eſt, quod apud Ciceronem toties religionis admonentur Iudices. Prætor autem ſolus non iurabat. Tullius 2. Verrina de Q. Metello: Quem ego hominem, ſi eius fidei diffiſus eſſem, Iudicem non retinuiſſem, nunc tamen eo animo ſum, vt eo Iudice, quàm Prætore hanc rem tranſigi malim, & iurato ſuam, quàm iniurato aliorum tabellas committere. Annotant & quidam apud Aſconium in Diuinationem, quod in his controuerſiarum generibus, quæ Diuinationes

Iudices in ll. iurabant.

Iniurati Iudices in Diuinationibus.

tiones vocantur, Iudices iniurati ſedeant. Veteris forma Iuriſiurãdi non extat quod ſciam: Veriſimile eſt Prætorem conceptis verbis præiuiſſe, vt quondam Imperatores militibus, vt Pub. Cornelius Scipio ſuum magnificum iuſiurãdum ad patriç ſalutem conſeruandam his verbis nũcupauit. Ex mei animi ſententia iuro, vt ego Rempub. non deſeram, neque alium ciuem deſerere patiar, ſi ſciens fallo, tum me Iuppiter Opt. Max. domũ, familiam, remq́ue meam peſſimo leto afficiat. In hæc verba L. Cæcili iures expoſtulo, cæteriq́ue qui adeſtis. Qui nõ iurauerit, hũc in ſe gladium ſtrictũ eſſe ſciat. Hæc apud Liuium lib. 22. Vnde conſtat quid ſit in verba iurare alicuius, id eſt, in formulam ab alio præſcriptam, nuncupatamq́ue, cuius multa ſunt exempla apud Pliniũ Nepotem lib. 10. Epiſt. ad Traianum. Iuſtinianus Imperator dictauit nobis in Nouella de Iudicibus formam iuramẽti præſtandi à Iudicibus, & Theodoſius Imperator præiuit voce Præſidibus & Rectoribus Prouinciarum iuraturis. l. vlt. C. ad l. Iuliam Repetundarum.

Scipionis Iuſiurandum.

Corol-

Corollarivm
ad caput ſeptimum.

1. De Siculis qui Grecè loquebantur) *Hoc ſermone vſam olim Siciliam, qui neque Latinus eſſet neque omnino Græcus intelligi poteſt ex Plautiniſſimis verbis in Menæbmis:* *Siculorum ſermo.*

Atque adeò hoc argumentum Græciſſat tamen,
Non Atticiſſat, verùm Siciliciſſitat.

Quod & annotat Antonius Muretus variarum lectionum lib. 3. cap. 13.

2. Forma fuiſſe turriculæ) *De turricula meminit ſic Martialis in Apophoreto:* *Turricula.*

Quærit cõpoſitos manus improba mittere talos,
Si per me miſit, nil niſi vota facit.

Sunt qui putent turriculam à fritillo nihil differre: Intùs autem habebat pyrgum gradatim excauatum & exſculptum, vt agitati, concuſſiq́ tali in ſinuum ſupercilia offendentes incertiùs caderent, & cõfuſi eſſent, vnde Horatius in ſermonibus mittere in pygum talos cuius etiam meminit Auſonius. Triplex autem eſt ſors diuiſoria, conſultoria, & diuinatoria, de quibus abundè tractant Theologi ſcholaſtici, Carol. Mollinæus 1. parte Conſuet. Pariſ. Andreas Tiraquel. de iure Primogeniorum quæſt. 17, & 1. opinione. De ſortibus & ſortılegÿ forma, quam adhibent Veneti in ferendis ſuffragÿs, & creatione, & electione ſuorum Magiſtratuum, eleganter ſcribit Gaſpar Contarenus quinque libris, quos de Magiſtratibus & Repub. Venet. edidit. *Pyrgus.* *Sors Triplex.* *Veneti.*

3. Numerum ſolemnem in Centumuiralibus.) *Ex Plinio ſuprà annotatum eſt centum & octoginta vi-* *Centumuiri.*

ta viros quatuor conſilijs fuiſſe conſcriptos, cùm antea quinque tantùm ſupra centum eſſent, terni ex ſingulis tribubus.

Editiſij. 4. Melius legeretur delectos) *Fuêre etiam editicij Iudices, quos Accuſator ex omni Populo promiſcuè ſumſit, atque edidit ſine ſortitione, neque ex Iudicum decurijs: hos ſelectis ſiue delectis opponere videtur Cicero, in Oratione pro Plancio & Murena: De quibus plura Carolus Sigonius lib. ſecundo cap. 18. in fin. de Iure Ciuium Rom.*

Selecti.

5. Aliquando declarauimus) *Vide cap. 9. lib. 3.*

6. Inter ſe ſortiebantur) *Prætor autē Vrbanus non ſortiebatur, cùm is de nullo crimine iudicaret, nec Quæſitor eſſet, ſed tantū in priuatis occupabatur. cùm autē in iudicium de ſiccarijs ita multi vocarentur, vt vnus non ſufficeret, duo Prætores ad exercitionem illius conſtituebantur, vt ex orat. pro Cluen. patet: Populus verò de inceſtu, & perduellione ferè quæſiuit, vt idem docet Cicero.*

Iuſiurandum Iudicum.

Conſtitutiones regiæ.

7 Iudices in ll. iurabant.) *Ad hoc facit l. rem non nouam. C. de iudic. ſtatim in princ. Vide Iacob. Reuard. c. 8. lib. 5. Variorum. Atque etiam nunc Iudices in Principum placita iurare tenentur ex nouiſſimis cōſtitutionibus nuperrimè editis ſuper Iuſtitia criminali, idq́ præſcripta formula.*

ARGVMENTVM.

¶ De varijs modis ferendarum ſententiarum, & ſuffragiorum à Iudicibus, Populo, & Senatu.

Caput 8.

ITA legitimè delecti ad diſquiſitionem ſingulorum iudiciorum; quæ lege publi-

publica continerentur, Iudices (quoties enim ſeſe noua quæſtio offerebat, toties numerus, & delectus Cogniturorum ex decurijs ſortibus committendus fuit) ad diem conſtitutum conſeſſuri citabantur: Ita tamen vt in habendo ſortibus delectu ratio [1] ætatis & annorum iniretur: Nam lege Pompeia non licuit Romæ cuiquam eſſe Magiſtratui, aut Iudici, qui minor eſſet trigeſimo, vt meminit ad Traianum Plinius Nepos libro decimo. Auguſtum tamen iudicatum conceſſiſſe & Magiſtratuum munus maioribus viginti duobus, auctor eſt Ttanquillus. Verùm cauſa perorata, quid de ea ſentirent non voce palàm ſinguli nuncupabant, ſed tabellis in vrnas coniectis, ſine vllo periculo inuidiæ declarabant. In Senatu non tabellis, ſed viua voce, aliâs per diſceſſionem [2] fiebat, vnde ire in ſententiam pedibus. Liuius libro ſeptimo de Decio: Quibus hæc ſalutaria videntur, agitedum in dextrã partem pedibus tranſite. Vopiſcus in Aureliano ritus ſentẽtiæ dicendæ per manuum porrectionem in Senatu

Conſeſſuri Iudices citabantur.

Varij modi ſententias declarandi.

Senatu meminit: Deinde (ait) alijs manus porrigentibus, alijs pedibus in ſententiam euntibus, plæriſque verbo conſentientibus conditum eſt S. C. Vbi triplicis ritus eleganter meminit, ſed manuū porrectio [3] rara apud Auctores. Itaque ſententiam laturis ternæ ſingulis dabantur tabellæ, vna inſignita impreſſione elemēti A. quod ſymbolon erat abſolutionis, altera duplicis elementi N. L. id eſt, non liquet indicis ampliationis. Tertia literæ C. id eſt, condemnationis, cuius loco Græci ſuū & infame Θ. [4] affigebāt certiſſimum thanatȣ & mortis argumentum: quæ ita apud Auctores ſunt frequentia & conteſtata, vt à locorum allegatione nil fidei aut lucis poſſit afferri. Tantùm quod rarius eſt annotabo, apud Suetoniū mētionem fieri duarum, abſolutoriæ & condemnatoriæ, ampliatoriæ minimè, ſed cuiuſdam extraordinariæ. Eius verba hæc ſunt in Octauio: Et cùm de teſtamento falſo ageretur, omneſque ſignatores lege Cornelia tenerentur, nō tantum duas tabellas, abſolutoriam, & condemnatoriam ſimul cognoſcentibus dedit, ſed tertiam

Ternæ tabellæ.

quoque

quoque, qua ignoſceretur ijs, quos fraude ad ſignandum, vel errore inductos conſtitiſſet. Quo in loco aliud eſt abſoluere, aliud ignoſcere: abſoluũtur inſontes, ignoſcitur reis conuictis & confeſſis. Ideoque abſolutoriæ adiecta remiſſoria tabella, ſuppreſſa tamen eſt mentio ampliatoriæ. Ex eodem loco ſignificatur tabellas dari ſolitas ab eo, qui quæſtiõi preerat. Idem fecit Pompeius extra ordinẽ Conſul in cauſa Milonis, qui ante iudicium Iudicibus tabellas dedit, auctor Aſconius. cùm tamẽ aliâs darentur poſt actiones ab vtroque Oratore peroratas, pronũtiatoq; illo myſtico, *Dixi*, quod vice erat cõcluſionis, & renuntiationis allegationum, cùm iamiam mittẽdi eſſent in conſiliũ Iudices. Cicero pro Flacco: Cùm tabella vobis dabitur, non de Flacco dabitur tantũ. &c. Liberum erat Iudicibus, quam vellent ex illis tribus, in vrnam conijcere ſine vllo inuidiæ metu: erat enim ita occultum ſuffragiũ, vt neſciretur fauiſſétne, an nocuiſſet Reo, ita tutum, vt abeſſet ſuſpitio ambitus, aut corruptelæ. Cicero pro Rabyrio Poſthumo: Tabella eſt, quæ dat pote-

Tabella remiſſoria.

A quibus tabella daban-tur.

Occultũ ſuffragium.

ſtatem, occultat libidinem, cuius conſcientia nihil eſt, quod quiſquam timeat, ſi nō pertimeſcat ſuam. Sed nōnunquam dolus adhibebatur, vt ſciri poſſet, à quibus dānatus, abſolutúſue Reus eſſet: nam ſequeſtres appoſiti corrumpendis Iudicibus diſcoloribus ceris inſignitas tabellas dabant, ex quibus cognoſcebant, à quoque coniectam tabellā: quod fecit Hortenſius in cauſa Verris repetundarum Rei; teſtis Aſconius in diuinatiōnem. Erant enim tabellæ illæ ceratæ, ſicuti planiſſimè conſtat ex eadem diuinatone, & actione 4. vbi ſic Cicero: Huic iudicialis tabula committetur, quā iſte non modò cera, verumetiam ſanguine, ſi liceat, notabit? Porrò quot erant decuriæ in numeris iudicantiū, tot tabellarū genera, adeò, vt cum extraherētur, facilè cognoſceretur quæ decuria grauiùs Reum oppreſſiſſet, aut quæ tabellis ſalutaribus ſubleuaſſet. Aſconius in orationē Tullianam pro Marco Scauro: Sententias tulerant Senatores duo & viginti, Equites tres & viginti, Tribuni Ærarij vigintiquinque. Ex quibus damnauerunt Senatores

Dolus adhibitus in cognoſcēdis tabellis.

Tabella cerata.

Varia Tabella.

natores quatuor, Equites duo, Tribuni duo. Fuerunt ergò in ea cauſa tantùm ſeptuaginta tabellæ Iudicum, vt ſatis apparet non ratum ſtatumque Iudicantium numerum, ſed tantum, quantus præſcriberetur libidine Quæſtoris. Vbi ergo Oratores peregiſſent, Prætor palàm pronunciabat, *Dixerunt*, vt Iudices in conſilium mitterentur, id eſt, ſeſe accingerent ad mittendam in vrnam aliquam ex ſuis tabellam: nam mittere in conſilium perinde eſt, ac calculum permittere, ac porrigere. Sed calculus magis Græcorum eſt, qualis vſurpabatur Athenis in Oſtraciſmis illis iniquiſsimis, quibus ciues meritiſſimos, etiam ad decennium, ablegabant, pro ſummis beneficijs in patriam exilium reponentes: de quo eſt mentio in Polyticis Ariſtotelicis, Plutarcho in Alcibiade, Ariſtide, Nicia, & alijs Græcorum hiſtorijs. Vnde Ouidius, 15. Metamorphoſ.

Dixerunt. *Mittere in conſilium.* *Calculus.* *Oſtraciſmus.*

Mos erat antiquis niueis atriſq; lapillis,
His damnare Reos, illis abſoluere culpa.
Tunc quoque ſic lata eſt ſententia triſtis: & omnis

Calculus immitẽ dimittitur ater in vrnã,
Quæ ſimul effudit numerandos verſa lapillos,
Omnibus è nigro color eſt mutatus in album.

Vnde etiam vſurpatur calculus pro ſententia in l. rem non nouam. de iudic. & l. ſi Actor. C. de appellat. Cæterùm quoniam Populus, cùm cognoſceret, conſultus à Magiſtratibus in publicis quæſtionibus, aut vacaret decernendis ſuffragio honoribus, vel ſanciendis, iubendiſque legibus, ſuffragia tabellis aliquando reddidit, fuſiùs hiſtoriam enarremus. Illudque primùm ponatur Populum aliâs iudicia publica omnia diſceptaſſe, demum Iudicum decurijs id negotij mandaſſe, niſi cùm ad eundem prouocaretur legibus Valerijs. Is ergo cùm ſiue ad Magiſtratus creandos, ſiue ad Reos iudicandos, ſiue ad leges ferendas in comitium, vel campum aduocaretur, ſæpius tabellis ſuffragia mãdauit, infixis in tabella punctis, vt tot tabellæ, quot Cãdidati, aut in quæſtionibus quot ſententiæ genera, abſolutionis & condẽnationis ſcilicet. Aſconius pro M. Scauro ad

Populus iudicia publica diſceptauit.

Populi ſuffragia.

ro ad Populum repecūdarum delato: Abſolutus eſt Scaurus quidem, ſed ita vt à tribus Tribubus damnaretur, à triginta duabus abſolueretur, & in eis pauca pūcta inter damnationem & abſolutionem intereſſent. Quo in loco malè in eo exēplari, quod nactus ſum, legitur triginta ſeptem. Quis enim neſcit triginta quinque Tribus fuiſſe, & illud Horatij: *M. Scauri iudicium.*

Omne tulit punctū qui miſcuit vtile dulci.

Numerus enim maior pūctoriam victoriam afferebat in ambitu Candidatorum. Ferebantur autem ſuffragia (quorum Palamedes auctor perhibetur) in campo Martio, pōte tabulato extructo, in quem aſcendebant ſingulæ per vicem Tribus, aut Centuriæ, datiſque ſuffragijs in aliam campi partem tranſibant, qui locus mons citatorum vocabatur. Tranquillus in Iulio: Conſpiratum eſt in eum à ſexaginta amplius, C. Caſſio, Marcoque & Decio Bruto principibus coniurationis, qui primùm cunctati, vtrúmne illum in campo, Tribus per Comitia vocantem ad ſuffragia, partibus diuiſis è ponte deijcerent, atque exceptum trucidarent, &c. Hinc & *Punctoria victoria.* *Palamedes.* *Mons citatorum.*

Prouerbium. paroemia [6] *ſexagenarios de ponte deÿcere.*
Vtrum præſtet ſuffragia voce an tabellis fieri. Porrò referátne ſuffragia voce nuncupari, aut tabella occultari, diſputat plurimis, ijſque elegantiſſimis Tullius lib. 3. de Legibus, quia res fuit olim ſeditionibus Popularibus iactata, vexataque. Sunt (inquit
Tabellariæ ll. Cicero) quatuor leges tabellariæ, quarũ prima de Magiſtratibus mandandis. ea eſt Gabinia, lata ab homine ignoto & ſordido. Sequuta biennio pòſt Caſſia eſt de Populi iudicio. ea à nobili homine lata, L. Caſſio, ſed (pace familiæ dixerim) diſſidẽte à bonis, atque omnes rumuſculos populari ratione aucupante. Carbonis eſt tertia, de iubendis legibus, ac vetandis, ſeditioſi atque improbi ciuis, cui ne reditus quidem ad bonos ſalutem à bonis potuit afferre. Vno in genere relinqui videbatur vocis ſuffragium, quod ipſe Caſſius exceperat, perduellionis. Dedit huic quoque iudicio Cælius tabellam, doluitque quoad vixit, ſed vt opprimeret Cælius Populum, nocuit & Reipublicæ. Hęc ille, & alia in idem argumẽtum contra tabellas ratiocinatur. Præſtétne electionẽ fieri ſorte, an ſuffragijs, diſputatur pluribus alterca-

tercationibus inter M. Eprium, & Heluidium Priſcum apud Cor. Tacitum lib. 20. Ordo autem Comitiorum peti poteſt ex Auſonio, vbi gratias agit Gratiano pro Conſulatu. Cum clariſſimo collega meo honore coniunctus, nuncupatione prælatus Cōſul ego, Imperator Auguſte, munere tuo nō paſſus ſepta, neque campum, non ſuffragia, non puncta, non loculos, qui non prenſauerā manus, nec cum ſalutantium confuſus occurſu, aut ſua amicis nomina non reddiderim, aut aliena impoſuerim, qui tribus non circumiui, centurías non adulaui, vocatis claſſibus non intremui, nihil cum ſequeſtre depoſui, cum diſtributore nihil pepigi. Romanus populus, Martius campus, & Equeſter ordo, Roſtra, Ouilia, Senatus, Curia, vnus mihi Gratianus. Ibidem: Te Conſulem deſignaui, & declaraui, & priorem nuncupaui. Quis hæc verba te docuit? Ego tam propria, & tam Latina neſciui, deſignaui, declaraui, & nuncupaui. non fit hoc temerè, habet moras ſuas diſpertitis gradibus tam matura cunctario. Paulò antè dixerat de iiſdem verbis Gratiani: Cuius

Comitiorum ordo.

orationis ordo lucidior? quæ doctrina tam diligens proprijs Comitiorum verbis loqui, vocabulis moris antiqui nomina peregrina miſcere? Vbi ſignificatur linguæ Latinæ lapſus tempore ſuo.

Alcibiades. Tabellariam rem nũquam probauit Alcibiades, qui ne matri quidem permiſſurus erat calculos, ne illa errore etiam nigrum pro albo iaceret in vrnam. Sed &

Tabellæ in Senatu. in Senatu aliquando tabellis proditæ ſententiæ tanquam in comitijs & campo, cùm tamen, ex more voce palàm nuncupare debeant. Plinius Nepos libro tertio ad Meſium Maximum: Meminiſtíne te ſæpe legiſſe, quantas contentiones excitarit lex tabellaria, quantumq́ue ipſi laboris, vel gloriæ, vel reprehenſionis attulerit? At nunc in Senatu ſine vlla diſſentione hoc quidem, vt optimum, placuit. Omnes comitiorum die tabulas poſtularunt. Exceſſeramus ſanè manifeſtis illis apertiſq́ue ſuffragijs licẽtiam cõcionum.

Senatuſconſulta per diſceßionem expediebantur. Aliâs tamen vt plurimùm per diſceſſionem [6] Senatuſconſulta expediebãtur: dicebant enim primùm ſententiam primarij Senatores, & ciuitatis Principes, deinde re-

de reliqui Pedarij in ſellas concedebant eorum, quorum ſententiam probabant. Plinius de cauſa Marij Priſci, in qua duo dixerant ſententiam: Erant (inquit) in vtraque ſententia multi, fortaſſe etiã plures in hac vel ſolutiore, vel molliore: nam quidam ex illis quoque, qui Cornuto videbantur aſſenſi, hunc, qui pòſt cenſuerat, ſequebantur. Sed cùm fieret diſceſſio, qui ſellis Conſulum aſſuerant, in Cornuti ſententiam ire cœperunt, tum illi, qui ſe Collegæ annumerari patiebantur, in diuerſum tranſierunt, Collega cum paucis relictus. Multùm poſteà de impulſoribus ſuis præcipuè Regulo queſtus eſt, qui ſe in ſententia, quam ipſe dictauerat, deſeruerat. Hactenus Plinius. Poſſent & multa ex Gellio de Pedarijs Senatoribus *Pedarij Senatores.* adferri, ſed nos tritos locos non conſectamur, rarorum amantiores, & vt claudam rationem iſtam tabellariã, ſi tabellis quid ſentirent de cauſa, quæ vertebatur, exprimendum erat, & literarum breuiſſimis notulis declarandum, quis non videt rigidam planè & abſolutam fuiſſe ſententiam *Contra tabellariam rationem.* quæ ferebatur, neque in ea locũ aliquem

fuiſſe æquitati, quæ ex circunſtantijs negotij aliud in alio ſtatuit? Nam cùm notam & indicem condemnationis miſerant, quid aliud ſtatuebant, quàm ordinarię pœnæ ſubijciebant? vt Papinianus [8] dicebat, facti quæſtionem in arbitrio Iudicantis, pœnæ verò perſequutionẽ non eius voluntati mandari, ſed legis auctoritati reſeruari. Itaque qui grauiùs commiſerant in legem, nõ acriùs puniebantur, quàm qui leuiùs, ſi vterque damnabatur, tanquam Athenis in Areopago iudicaretur, vt apparere omnibus poſſit, non omnino tutam, aut cum æquitatis rationibus coniunctam rem tabellariam, quæ cõdemnatis temerè eandem pœnam ſine delectu cõmiſſorum irrogabat, quaſi ex Stoicorum paradoxo omnia peccata ſint æqualia, aut Areopagitarum exemplo, quid factum ſit tantũ cognoſcendum, neque periſtaſium vlla habenda ratio, ad quas tamẽ velut norma Lesbia ſeſe ſolet epijcia tota cõparare: Alio tamen nomine tuta erat hęc tabellaria ratio ferẽdę ſententię, quòd tantũ libertatis erat in infimo, quantum in ſupremo, neque in ſentẽtiam doctio-

Areopagus.

Regula Lesbia.

Epieia.

doctioris pudor imperitiores deſcēdere cogebat, ſed inſci⁹ quiſq; quid ali⁹ cēſuiſſet, quid ſibi videretur per tabellā declarabat.

Corollarivm.

1. Ratio ætatis & annorum) *De ætate Iudicum ſuprà diximus lib. 3. c. 9. Puto tamen Plinium hic loqui de Magiſtratibus Prouincialibus, non Vrbanis: Nam ex Suetonij loco à nobis citato probari poſſe videtur, trigeſimum quintum annum requiri. Quoniam verò de Magiſtratuum munere fit mentio, operæprecium videtur addere inſtar ſuperpondij ex Polybio, neminem potuiſſe ad Magiſtratum Vrbanum aſpirare, niſi peractis decem ſtipendijs militaribus: Cùm autē primùm militare cœperint Romani anno XVII. certè ante annos viginti ſeptē nō poterāt primum Magiſtratum exercere. Vt autē legitima ætas requirebatur, ſic ordo in adipiſcēdis obſeruabatur, vt nō ad faſtigiū honorū ſulti, & omiſſis medijs, ſed per infimos, & medios Magiſtratus ad ſupremos honores cōſcenderēt. Prima verò dignitas Quæſtura fuit, quæ anno XXVII. demū peti potuit. Tribunitia autē anno XXX. Aedilitas poſt annos XXXVII. Pretura XL. Deinde Cōſulatus culmen, & veluti quoddam honoriſtitium peti poterat anno XLIII. quæ ætas exacta nō requirebatur, ſed annū illū ingredi aut agere ſufficiebat, quod quidē obſeruabatur, niſi quis ob egregiā indolē, quæ nō obſcurā ſpē virtutis excitaſſet, aut propter Populi fauorē, legibus ſolueretur & ei gratia ætatis fieret, quemadmodum in Africano*

Plinius illuſtratus.

Decem ſtipendia.

Ordo ſeruatus in capeſſendis magiſtratibus.

Pom

Pompeio, Octauiano, Caligula, & alijs factitatum legimus. Hoc etiâm obſeruatu dignũ eſt, quod magiſtratu Curuli geſto, non licebat eidem alium, niſi interiecto biennio, obire. Item cautum erat ne quis eundem magiſtratum gereret intra decenniũ. Item quod nemo poterat eodem anno duos magiſtratus gerere. Duo Plebiſcita Genutij, quibus ſancitum erat, refert Liuius lib. 7. V. C. in fine.

Leges in obeũdis magiſtrati bus.

Diſceſſio.

2\. Alias per diſceſsionem fiebat.) Eſt locus elegãs de diſceſſione in ferenda ſententia in Senatu apud Plinium lib. 8. Epiſt. ad Ariſtonem, qui hîc adſcribendus fuiſſet vel inſerendus in textu, vt aliâs ſæpe à nobis factitatum eſt diſſimulanter, ſed dum breuitati ſtudemus, indicaſſe ſufficiet.

Χειροτονία.

3\. Sed manuum porrectio rara.) Hic modus χειροτονεῖα, dicebatur, atque vſitabatur ab Atheniẽſibus in ferendis ſuffragijs, quanquam ad caſtrorum, quam fori conſuetudinem propiùs accedere mihi videatur.

Θ Græcorũ.

4\. Græci ſuum in fame Θ.) Ad hunc morem Græcorum alludit Martialis lib. 7. Epigram. ad Caſtricũ, vbi naſutè irridet quendã mucoſum Quæſtorem, cui condemnationi s ſignum erat emungere ſtyriam naſi. Sed lepidum eſt, lubet apponere.

Noſti mortiferum Quæſtoris, Caſtrice, ſignum.
Eſt operæprecium diſcere Theta nouum.
Exprimeret quoties rorantem frigore naſum,
Lethalem iuguli iuſſerat eſſe notam.
Turpis ab inuiſo pendebat ſtyria naſo.
Cum flaret madida fauce December atrox,
Collegæ tenuêre manus, quid plura requiris?
Emungi miſero Caſtrice non licuit.

Ad quod

Ad quod etiam reſpexiſſe videtur Perſius Satyra 4.

Et potis es vitio nigrum præfigere Theta.

Porrò vt & hoc addatur, in ferendis aut recuſandis legibus duæ porrigebantur tabellæ ex l. Papyria, vna inſignita V. R. quæ ſignificabat approbationem, Vti rogas, altera in qua A. litera depicta erat, quæ legis abrogationem, aut antiquationem denotabat. In creandis verò Magiſtratibus tot porrigebantur tabellæ ex l. Gabinia, quot erant Cādidati, quibus inſcribebatur prima litera nominis gratioſi. Aliæ autem tabellæ, quibus vtebantur in iudicijs, ad L. Caſſiam, & Cæliam pertinent, quod ex Cicerone manifeſtum fieri poteſt. Sed nos vlteriùs progredimur. Tabulæ in ferendis legibus.

5. Sexagenarios de pōte deijcere.) *Nata autē ap rœmia videtur quòd vt ea ferè ætate immunes erāt à muneribus ciuilibus ſenes, vti ſuprà adnotauimus ſic nec ſuffragia ferre debebant. Exploratiſſimum (inquit Feſtus) illud cauſæ eſt, quo tempore primùm per pontem cœperūt Comitijs ſuffragium ferre, iuniores conclamauêre, vt de ponte deijcerentur ſexagenarij, quia nullo munere publico fungerētur, vt ipſi potius ſibi, quàm illis deligerent imperium. Cicero pro Roſcio Amerino: Habeo etiam dicere, quæ contra morem maiorum minorem annis ſexaginta de ponte in Tyberim deiecerit: Ouidius li. 5. faſtorum.* Sexagenarios de ponte deijcere.

Pars putat, vt ferrent iuuenes ſuffragia ſoli,
Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes.

6. Vt plurimùm per diſceſsionem.) *De pedaria ſententia extat Laberij mimus:* Pedaria ſententia.

Caput ſine lingua pedaria ſententia eſt.

Plura

Plura habet Gellius Noctium Atticarum libri 3. capite decimo octauo. vbi de pedarijs Senatoribus, & Equitibus diſſerit. vnde originem vocis, & ſi-gnificationis Pedaneorum, qui ad humiliora nego-tia diſceptanda delegabantur, conijcere licet, in Rubrica Cod. de pedaneis Iudicibus. quãquam hæc vox Barbara eidem Gellio videatur. Conſule An-dream Alciatũ lib. primo, cap. quadrageſimo primo parergωn iuris.

8. Papinianus) *L. 2. ad Senatuſconſultum Tur-pilianum.*

ARGVMENTVM.

¶ De Corruptione, & Corruptoribus Iudicum.

Caput 9.

VERVM quoniam Iudices, ne recti ſtent in Subſellijs, ne quod dictat Iuſtitia ſequantur, expugnantur nummis, inclinantur precibus, peruer-tuntur odio, amore vincuntur, pauca de re nummaria, quæ harum peſtium, vt maxima, ita perculoſiſſima eſt, dicamus.

Sententia libidinoſa. Sententia ergo, quæ non à iuris præ-ſcripto, & æquitatis fontibus hauſta eſt, ſed ab hepate, vbi domicilium eſt om-nium affectionum earum, quæ ad con-

cupiſ-

cupiſcentiam referuntur, vt auaritia, amor, ſtudium, aut à corde, vbi ſedes iræ accenſo in altero ventriculo ſanguine, petita, proprio Latinoque vocabulo libidinoſa [1] dicitur. Cicero pro domo ſua: Itáne verò? Quod in imperita multitudine eſt vitioſiſſimum varietas, & inconſtantia, & crebra tanquam tempeſtatum, ſic ſententiarum commutatio, hoc tu ad hos transferas, quos ab inconſtantia grauitas, à libidinoſa ſententia certum & definitum ius religionum, vetuſtas exemplorum, auctoritas literarum monumentorumque deterret? Ibi elegans eſt anthiteſis, cùm aduerſa ſint ex iure ferre ſententiam, & ex libidine, id eſt, ſtudio quodam & cupidine, vt dicuntur Teſtes ſtudio, & cupidè teſtificari, cùm non rogati ſtatim adſunt, offeruntque operam teſtimonij: Eſt enim eo in loco libido genus earum affectionum, quæ ſtantes rectoſque nos Iudices deijciunt, cùm non rationem ſequuti, ſed animi morbis morem gerentes, non quod decet, ſed quod lubet, amplectimur. Itaque ambitus ſordeſque

Ex iure ſententiam ferre.

Libido.

Sordes Iudicum.

Iudicum ad libidinē referuntur tanquam ad genus, cùm auaritia ſpecies ſit libidinis vt in illo vulgato, quod Maroni vendicatur:

Sperne lucrū, vexat mentes veſana libido.

Neque enim ad ſolam nequitiam, id eſt, Veneris nimium, laſciuumque pruritum pertinet. Libidinoſa eſt ergo eorum ſententia, qui nummo ſeſe locant, aut vendunt, qui ſordidi dicuntur. Suetonius in Domitiano. Auctor fuit & Tribunis Plebis Ædilem ſordidum Repetūdarum accuſandi, Iudiceſque in cauſa à Senatu petendi. Hos etiam nummarios Latini vocant. Cicero pro Cluentio: Varia Iudicum genera, nummarij pauci, ſed omnes irati. Tranquillus in Domitiano: Nummarios Iudices cum ſuo quemque conſilio notauit. Et fortaſsis nummatos etiam rectè diceremus. Horatius:

Sordidi. *Nummarij.* *Nummati.*

Et bene nummatum decorat Suadela Venuſq;.

Cur enim à nummarijs nummatos non inflectamus? Cum eādem analogiam Cicero ſit ſequutus, cùm pro Ærarijs Tribunis æratos ironicè dixit, id eſt, emtos,

Ærati.

aut

aut conductos, vel potius obæratos, & ære alieno plurimo nexos. Sic enim ad Atticum [3] de illis Tribunis Ærarijs, qui in aliquo iudicio iudicauerant, ſcribit: Nunquã turpior in ludo talario conſeſſus fuit, maculoſi Senatores, nudi Equites, Tribuni nõ tam Ærarij, vt appellantur, quàm Ærati. Idem ad eundem de eodem iudicio, quo P. Clodius Pulcher, delatus inceſti, & violatorũ Bonæ Deæ ſacrorum, Iudices corrupit: Caluus per vnum ſeruum, & quidem ex gladiatorio ludo, confecit totum negotium, accerſiuit ad ſe, promiſit, interceſſit, dedit. Iam verò (ô dij boni) rem perditam, etiam noctes certarũ mulierũ, atque adoleſcentulorũ nobilium introductiones nõnullis Iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Ita ſummo diſſenſu bonorum, pleno foro ſeruorum, vigintiquinque Iudices ita fortes tum ſuerũt, vt ſummo propoſito periculo, vel perire maluerint, quàm perdere omnia. triginta & vnus fuerunt, quos fames magis, quã fama cõmouit. Ad quem locum facit Valerius Maximus, qui has noctes matronarũ magna ſumma emtas, et Iudicibus mercedis

Noctes mulierum mercedis loco.

loco erogatas auctor eſt. Huiuſmodi iudicium Cicero ad cūdem Atticum emtum,conſtupratumq́ue dicit. Afflicta Republica (inquit) emto, conſtupratoq́ue iudicio. Alibi idem vocat redemtionem, & conductionem iudicij, ſecunda Actione in Verrem, de infamibus Senatorum Iudicum ſordibus: Redemtio eſt huius iudicij facta graui pecunia, manſit in conditione atque pacto vſque ad eum finem, dum Iudices reiecti ſunt. Poſteaquam reiectio Iudicum facta eſt: quòd & in ſortitione iſtius ſpem fortuna Populi Romani, & in reijciendis Iudicibus mea diligentia iſtorum impudentiam vicerat, renunciata eſt tota conductio. Porrò qui proxenetæ, & artifices iſtarum nundinationum, quorum ſollicitationibus & operis Iudices ità ſuas quiſque tabellas cauponarentur, Sequeſtres, & Interpretes iudiciorum vocabantur. Idem ibidem: Qui aut deponere, aut recipere, aut accipere, aut polliceri, aut Sequeſtres, aut Interpretes Iudicij corrumpendi ſolent eſſe, quiq́ue ad hanc rem, aut potentiam, aut impu-

Emtum, conſtupratum Iudicium.

Cōductio, & redēptio Iudicij.

Sequeſtres & Interpretes iudiciorum.

impudentiam ſuam profeſſi ſunt, abſtineant in hoc iudicio manus, animoſque ab hoc ſcelere nefario. Idem libro decimo Epiſtolarum ad Atticũ: Vtor in hac adiutoribus, & interpretibus, fratre meo, & Laterenſi, & Furnio noſtro. Auſonius ad Gratianum Cæſarem, cuius beneficio erat Conſul: Nihil (inquit) cum Sequeſtre depoſui, cum Diſtributore nihil pepigi. Pro Diuiſore dixit in comitijs, id eſt, non corrupi quenquam. Interpretem in hunc ſenſum ſignificantiſſimè accepit Vergilius libro quarto Æneidos, vbi Dido:

Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtras,
Tuq́, harum Interpres curarum & conſcia Iuno.

Interpretem pro mediatrice, & proxeneta, ſiue auctore matrimonij: Eſt enim Iuno matrimoniorum conciliatrix, cuius ductu hæ curæ nuptiarum contractæ erant: Vnde & pronuba Iuno dicitur. Item Liuius lib. 2. V.C. de Agrippa: huic interpreti, arbitroque cõcordiæ ciuium, *Iuno matrimoniorum Interpres.*

legato Patrum ad Plebem, reductori Plebis Romanæ in vrbem ſumtus funeri defuit. In eodem lib. Vergilius:

——— Et Ioue miſſus ab alto
Interpres Diuûm fert horrida iuſſa per auras.

De Sequeſtre Plautus in Mercatore:

Imò ſic Sequeſtre mihi data eſt.

Idem in Milite:

Quæ tibi conditio noua, & luculenta fertur per me Interpretem.

Sequeſtres. Cur autem Sequeſtres vocantur, & qui ſunt coniectura aſſequuti videmur, vt ij eſſent Sequeſtres, pecuniæ depactæ cum Iudicibus Cuſtodes & Depoſitarij: Illi enim Sequeſtres ſunt, apud quos cuſtodiæ cauſa res deponitur. Iulian. in l. intereſſe. ff. de acquir. poſſeſſ. Modeſtinus [4] tamē ad rem controuerſā tantū refert: Sequeſter (ait) dicitur, apud quē plures eandem rē, de qua controuerſia eſt, depoſuerunt. dictus ab eo, quòd [5] occurrenti, aut quaſi ſequenti eos, qui contendunt, committitur, vt Depoſitarij nomen videatur *Depoſitarius.* catholicoterō, quàm Sequeſtris, qui Litigioſorum tātùm eſt Depoſitarius. Cæte-

rùm

rùm in ambitus negotio, vbi controuerſi non ſunt nummi, etiam vſurpatur, vt aliud ſignificet, quã etymologiæ nota indicet, vt in poſſeſſione, quæ etiã eſt mobilium, & aliquando ἀσωματῶν, cùm tamẽ ſonet etymon ad ea pertinere, in quibus pedẽ figimus & ponimus. Ita κατοχὴ Græcorum eorum eſt propriè, quæ manu tractantur, prehenduntúrque, traducitur nihilominus ad res ſolo hærentes. Nõ lubet cumulum exemplorum aggerere in quibus mentitur etymologia, tam in Iure, quàm reliquis artibus, vt paradoxon iuſtiſſimè videri poſſit, eam toties in mendacijs deprehenſam veriloquiũ tranſlatam à Marco Cicerone. Pecunia ergo, qua ambitus conficiebatur, aliquando ad Sequeſtres deponebatur, vt tutior eſſet ipſis Iudicibus, cùm eam nulla actione à Reis petere potuiſſent. Deponere eſt Sequeſtris committere, vulgò dicimus conſignare in manu tertij, quod fortaſſis ad Diuiſores pertinuit, vt in campo & comitijs. Tranquillus de patre Auguſti: vt miror hunc quoque à nonnullis Argẽtarium, atque etiam inter Diuiſores, Operaſque

Etymologia mendax.

Deponere.

Diuiſores.

raſque campeſtres proditum. Eorundem
Polliceri. fuit & polliceri, quod in Comitijs dice-
bãt, pronunciare in Tribus nummos: Nã
polliceri accommodatiſsimũ eſt redem-
tionibus ſuffragiorum, aut tabellarum
exprimendis: & pollicitatio opera eſt,
quam emtor præſtat in licẽdo, quaſi por-
Pollicitatio. rò licitatio,[6] & ante contractum facta, vt
ſolent coitiones in licendo hinc inde re-
tardare, quæ cùm fieret in nundinis tabel-
larum, appoſitiſſimè pollicẽdi vocabulo,
conductionum, & emtionum proprio, eſt
vſus Cicero. Reliqua duo recipere & acci
pere ad Iudices ipſos nummarios, & ve-
Recipere. nales referri debent. Recipiunt qui ante
iudicium, quos ſibi repræſentari pacti, ſti-
pulatique ſunt, nummos accipiunt. Qui
autem non ex contractu, vel conuentio-
Accipere. ne de precio tabellæ inita, ſed ſtatim ob-
latos capiũt, accipere dicũtur. Interpretes
iudicij corrumpendi ſunt operæ illæ, quæ
interueniũt corruptionis perficiẽdæ gra-
Proxenetæ. tia, id eſt, Proxenetæ, qui rem iſtam pro-
curant: Res enim bene vt plurimùm ſuc-
cedit, cùm primũ agitur muneribus, tum
demùm accedit vis eloquẽtiæ, ſed nõ mi-

nor pe-

nor pecuniæ, quàm eloquentiæ tyrannis, vtraque enim virgæ [7] Mercurianæ inſtar: Eſt enim ſpes victoriæ ſumma, cum argẽteis haſtis pugnatur, iuxta vetus [8] oraculum. Qui vendunt [9] ſuffragia, dicuntur fabas edere, cùm ex fabis lucrũ quæritant: Olim enim etiam fabis ferebantur ſuffragia, non ſolis tabellis aut calculis. Vnde illud, *Fabas ne edito*, &, *A fabis abſtine*, quod inter Pytagorea ſymbola numeratur, id eſt, ne te corrumpi ſinas: quanquã & aliter à nonnullis interpretatur. Cæterùm quotuſquiſque eſt, qui non flectatur nummis? adeò verum eſt vetus illud verbum, *Virtutem & ſapientiam vincunt teſtudines*, id eſt, nũmi teſtudinis imagine inſigniti, quorum vſus erat in Peloponneſo, vt auctor eſt Pollux.

Pecunia & eloquentia vis. *Vetus oraculum.* *Fabas edere.* *Teſtudines.*

COROLLARIVM ad caput octauum.

1. Libidinoſa dicitur.) *Exemplum libidinoſæ ſententiæ notum eſt ex Liuio Appij Claudij Decemuiri, qui vindicias contra libertatem adiudicauit Clienti ſuo contra Virginiam.* *Libidinoſa ſententia.*
2. Itaque ambitus ſordeſque.) *Ambitioſorum decretorum meminit I. C. in l. ſeruo. §. cum Prætor. ad SC. Trebell. l. 3. de minoribus. l. ambitioſa.* *Ambitioſa decreta.*

ff. de decret. ab ord. faciend. l. 3. de off. Proconſ. Suetonius in Domitiano: Ambitioſas Centumuirorum ſentẽtias reſtituit. Vide Reuard. lib. 5. Variorum c. 6. Auaritiam autem ſordes vocant I.CC. in l. ſi per imprudẽtiam. de euict. l. 47. de minoribus. ff. l. 3. §. nunc. de ſuſpect. tut. l. 3. §. 1. l. 9. §. vlt. de recep. qui arbit. & alijs in locis.

3. Ad Atticum) *Lib. 1. epiſt. Quæris ex me.*

4. Modeſtinus) *L. 109. ff. de verb. & rerum ſig.*

Sculna. 5. Ab eo quod occurrenti) *Publius Lauinius de ſordidis verbis apud Gellium ſcribit ſculnam vulgò dici, quaſi ſeculnam, quem qui elegantiùs loquuntur (inquit) Sequeſtrem appellant. vtrumque vocabulum à ſequẽdo factum eſt, quòd eius qui electus ſit vtraq; pars fidem ſequatur, &c. Coniungi poteſt l. propriè. & l. licet. de verborum & rer. ſignificat.*

Tollicitatio. 6. Quaſi licitatio porrò) *Alciatus à poſſe & licere deriuat. Vide caput 1. lib. 1. Parerg. iur.*

Caduceum. 7. Vtraque enim virgæ Mercurianæ inſtar) *Hæc Caduceum dicitur, cuius vires deſcribit Vergilius lib. 4. Æneidos.*

——— Hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias ſub triſtitia Tartara mittit.

Suprà c. 13. lib. 1. noſtræ hiſtoriæ allegoricè ad Oratoris facundiam & eloquentiam referuntur.

Auripotẽtia. *Hîc autem non ineptè de auri potentia Polletus noſter interpretatur, ad quam etiã torqueri poteſt illud Homeri.*

Corripuit virgam, qua mulcet lumina ſomno,
Quorumcunque velit, ſoluit quoque lumina ſomno.

Ad quæ egregiè ludit Horatius libro tertio Carminum

minum Ode 16.

Aurum per medios ire Satellites,
Et perumpere amat ſaxa potentiùs
Ictu fulminco.

8. Iuxta vetus oraculum.) *Apollinis Pythij ad Philippum conſultorem:*

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχȣ, κ͵ πάντα νικήσεις.

Argenteis pugna telis, & omnia vinces.

Hûc etiam pertinet Apophtegma eiuſdem Philippi, de quo Cicero libro primo ad Atticum, epiſtol. 11. circa finem, Omnia caſtella expugnari poſſe dicebat, in quæ modò aſellus onuſtus auro aſcendere poſſet. Apophtegma.

9. Qui vendunt ſuffragia) *Hûc etiam ad ſuffragiorum, vel ſententiarum corruptionem pertinet illud, fumum vendere: Ac famoſum exemplũ venditoris Thurini, qui etiam fumo necatus eſt. Nos vulgò dicimus, dare aquam benedictam Curiæ. Sed nunc quàm multi ſunt Thurini? vtinã reuiuiſceret, Alexander. Poſſemus & alia cumulare de ſuffragiorum ratione & corruptione, deq́ue operis campeſtribus. Sed malumus curioſum lectorem ad Nicolaum Grucchiũ remittere, qui doctè & copiosè hæc complexus eſt libro primo de Comitijs, poſt cuius diligentiam ſuperuacuum eſſet, velle aliquid addere. De ordine autem antiquorum Comitiorũ vide Plinium epiſtolarum lib. 3. ad Meſium Maximum.* Fumos vendere. Thurinuſ. Nicola' Grucchius.

PRÆ-

Pompeio, Octauiano, Caligula, & alijs factitatum legimus. Hoc etiâm obſeruatu dignũ eſt, quod magiſtratu Curuli geſto, non licebat eidem alium, niſi interiecto biennio, obire. Item cautum erat ne quis eundem magiſtratum gereret intra decenniũ. Item quod nemo poterat eodem anno duos magiſtratus gerere. Duo Plebiſcita Genutij, quibus ſancitum erat, refert Liuius lib. 7. V. C. in fine.

Leges in obeũdis magiſtratibus.

Diſceſſio.

2. Alias per diſceſsionem fiebat.) *Eſt locus elegãs de diſceſſione in ferenda ſententia in Senatu apud Plinium lib. 8. Epiſt. ad Ariſtonem, qui hîc adſcribendus fuiſſet vel inſerendus in textu, vt aliâs ſæpe à nobis factitatum eſt diſſimulanter, ſed dum breuitati ſtudemus, indicaſſe ſufficiet.*

Χειροτονία.

3. Sed manuum porrectio rara.) *Hic modus χειροτονία, dicebatur, atque vſitabatur ab Athenienſibus in ferendis ſuffragijs, quanquam ad caſtrorum, quàm fori conſuetudinem propiùs accedere mihi videatur.*

Θ Græcorũ.

4. Græci ſuum in fame Θ.) *Ad hunc morem Græcorum alludit Martialis lib. 7. Epigram. ad Caſtricũ, vbi naſutè irridet quendã mucoſum Quæſtorem, cui condemnationi s ſignum erat emungere ſtyriam naſi. Sed lepidum eſt, lubet apponere.*

Noſti mortiferum Quæſtoris, Caſtrice, ſignum.
Eſt operæprecium diſcere Theta nouum.
Exprimeret quoties rorantem frigore naſum,
Lethalem iuguli iuſſerat eſſe notam.
Turpis ab inuiſo pendebat ſtyria naſo,
Cum flaret madida fauce December atrox,
Collegæ tenuêre manus, quid plura requiris?
Emungi miſero Caſtrice non licuit.

Ad quod

Ad quod etiam reſpexiſſe videtur Perſius Satyra 4.

Et potis es vitio nigrum præfigere Theta.

Porrò vt & hoc addatur, in ferendis aut recuſandis legibus duæ porrigebantur tabellæ ex l. Papyria, vna inſignita V. R. quæ ſignificabat approbationem, Vti rogas, altera in qua A. litera depicta erat, quæ legis abrogationem, aut antiquationem denotabat. In creandis verò Magiſtratibus tot porrigebantur tabellæ ex l. Gabinia, quot erant Cādidati, quibus inſcribebatur prima litera nominis gratioſi. Aliæ autem tabellæ, quibus vtebantur in iudicijs, ad L. Caſſiam, & Caliam pertinent, quod ex Cicerone manifeſtum fieri poteſt. Sed nos vlteriùs progredimur. **Tabulæ in ferendis legibus.**

5. Sexagenarios de pōte deijcere.) *Nota autē aprœmia videtur quòd vt ea ferè ætate immunes erāt à muneribus ciuilibus ſenes, vti ſuprà adnotauimus ſic nec ſuffragia ferre debebant. Exploratiſſimum (inquit Feſtus) illud cauſa eſt, quo tempore primùm per pontem cœperūt Comitijs ſuffragium ferre, iuniores conclamauêre, vt de ponte deijcerentur ſexagenarij, quia nullo munere publico fungerētur, vt ipſi potius ſibi, quàm illis deligerent imperium. Cicero pro Roſcio Amerino: Habeo etiam dicere, quæ contra morem maiorum minorem annis ſexaginta de ponte in Tyberim deiecerit: Ouidius li. 5. faſtorum.* **Sexagenarios de ponte deijcere.**

Pars putat, vt ferrent iuuenes ſuffragia ſoli,
Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes.

6. Vt plurimùm per diſceſsionem.) *De pedaria ſententia extat Laberij mimus:* **Pedaria ſententia.**

Caput ſine lingua pedaria ſententia eſt.

Plura

Plura habet Gellius Noctium Atticarum libri 3. capite decimo octauo. vbi de pedarijs Senatoribus, & Equitibus diſſerit. vnde originem vocis, & ſignificationis Pedaneorum, qui ad humiliora negotia diſceptanda delegabantur, conijcere licet, in Rubrica Cod. de pedaneis Iudicibus. quãquam hæc vox Barbara eidem Gellio videatur. Conſule Andream Alciatũ lib. primo, cap. quadrageſimo primo parergωn iuris.

8. Papinianus) *L. 2. ad Senatuſconſultum Turpilianum.*

Argumentum.

¶ De Corruptione, & Corruptoribus Iudicum.

Caput 9.

VErum quoniam Iudices, ne recti ſtent in Subſellijs, ne quod dictat Iuſtitia ſequantur, expugnantur nummis, inclinantur precibus, peruertuntur odio, amore vincuntur, pauca de re nummaria, quæ harum peſtium, vt maxima, ita perculoſiſſima eſt, dicamus. *Sententia libidinoſa.* Sententia ergo, quæ non à iuris præſcripto, & æquitatis fontibus hauſta eſt, ſed ab hepate, vbi domicilium eſt omnium affectionum earum, quæ ad concupiſ-

cupiſcentiam referuntur, vt auaritia, amor, ſtudium, aut à corde, vbi ſedes iræ accenſo in altero ventriculo ſanguine, petita, proprio Latinoque vocabulo libidinoſa [1] dicitur. Cicero pro domo ſua: Itáne verò? Quod in imperita multitudine eſt vitioſiſſimum varietas, & inconſtantia, & crebra tanquam tempeſtatum, ſic ſententiarum commutatio, hoc tu ad hos transferas, quos ab inconſtantia grauitas, à libidinoſa ſententia certum & definitum ius religionum, vetuſtas exemplorum, auctoritas literarum monumentorumque deterret? Ibi elegans eſt anthiteſis, cùm aduerſa ſint ex iure ferre ſententiam, & ex libidine, id eſt, ſtudio quodam & cupidine, vt dicuntur Teſtes ſtudio, & cupidè teſtificari, cùm non rogati ſtatim adſunt, offeruntque operam teſtimonij: Eſt enim eo in loco libido genus earum affectionum, quæ ſtantes rectoſque nos Iudices deijciunt, cùm non rationem ſequuti, ſed animi morbis morem gerentes, non quod decet, ſed quod lubet, amplectimur. Itaque ambitus ſordeſque

Ex iure ſententiam ferre.

Libido.

Sordes Iudicum.

Iudicum ad libidinē referuntur tanquam ad genus, cùm auaritia ſpecies ſit libidinis vt in illo vulgato, quod Maroni vendicatur:

Sperne lucrū, vexat mentes veſana libido.

Neque enim ad ſolam nequitiam, id eſt, Veneris nimium, laſciuumque pruritum pertinet. Libidinoſa eſt ergo eorum ſententia, qui nummo ſeſe locant, aut vendunt, qui ſordidi dicuntur. Suetonius in Domitiano. Auctor fuit & Tribunis Plebis Ædilem ſordidum Repetūdarum accuſandi, Iudiceſque in cauſa à Senatu petendi. Hos etiam nummarios Latini vocant. Cicero pro Cluentio: Varia Iudicum genera, nummarij pauci, ſed omnes irati. Tranquillus in Domitiano: Nummarios Iudices cum ſuo quemque conſilio notauit. Et fortaſsis nummatos etiam rectè diceremus. Horatius:

Sordidi. *Nummarij.* *Nummati.*

Et bene nummatum decorat Suadela Venuſq;.

Cur enim à nummarijs nummatos non inflectamus? Cum eādem analogiam Cicero ſit ſequutus, cùm pro Ærarijs Tribunis æratos ironicè dixit, id eſt, emtos, aut

Ærati.

aut conductos , vel potius obæratos , & ære alieno plurimo nexos . Sic enim ad Atticum [3] de illis Tribunis Ærarijs,qui in aliquo iudicio iudicauerant, ſcribit:Nunquã turpior in ludo talario conſeſſus fuit, maculoſi Senatores, nudi Equites, Tribuni nõ tam Ærarij, vt appellantur,quàm Ærati. Idem ad eundem de eodem iudicio,quo P.Clodius Pulcher,delatus inceſti, & violatorũ Bonæ Deæ ſacrorum,Iudices corrupit:Caluus per vnum ſeruum, & quidem ex gladiatorio ludo, confecit totum negotium, accerſiuit ad ſe,promiſit,interceſſit, dedit.Iam verò(ô dij boni) rem perditam, etiam noctes certarũ mulierũ,atque adoleſcentulorũ nobilium introductiones nõnullis Iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.Ita ſummo diſſenſu bonorum, pleno foro ſeruorum, vigintiquinque Iudices ita fortes tum fuerũt, vt ſummo propoſito periculo,vel perire maluerint,quàm perdere omnia. triginta & vnus fuerunt,quos fames magis,quã fama cõmouit. Ad quem locum facit Valerius Maximus,qui has noctes matronarũ magna ſumma emtas, et Iudicibus mercedis

Noctes mulierum mercedis loco.

loco erogatas auctor eſt. Huiuſmodi iudicium Cicero ad cũdem Atticum emtum, conſtupratumque dicit. Afflicta Republica (inquit) emto, conſtupratoque iudicio. Alibi idem vocat redemtionem, & conductionem iudicij, ſecunda Actione in Verrem, de infamibus Senatorum Iudicum ſordibus: Redemtio eſt huius iudicij facta graui pecunia, manſit in conditione atque pacto vſque ad eum finem, dum Iudices reiecti ſunt. Poſteaquam reiectio Iudicum facta eſt: quòd & in ſortitione iſtius ſpem fortuna Populi Romani, & in reijciendis Iudicibus mea diligentia iſtorum impudentiam vicerat, renunciata eſt tota conductio. Porrò qui proxenetæ, & artifices iſtarum nundinationum, quorum ſollicitationibus & operis Iudices ità ſuas quiſque tabellas cauponarentur, Sequeſtres, & Interpretes iudiciorum vocabantur. Idem ibidem: Qui aut deponere, aut recipere, aut accipere, aut polliceri, aut Sequeſtres, aut Interpretes Iudicij corrumpendi ſolent eſſe, quique ad hanc rem, aut potentiam, aut impu-

Emtum, conſtupratum Iudicium.

Cõductio & redẽtio Iudicij

Sequeſtres & Interpretes iudiciorum.

impudentiam ſuam profeſſi ſunt, abſtineant in hoc iudicio manus, animoſque ab hoc ſcelere nefario. Idem libro decimo Epiſtolarum ad Atticū: Vtor in hac adiutoribus, & interpretibus, fratre meo, & Laterenſi, & Furnio noſtro. Auſonius ad Gratianum Cæſarem, cuius beneficio erat Conſul: Nihil (inquit) cum Sequeſtre depoſui, cum Diſtributore nihil pepigi. Pro Diuiſore dixit in comitijs, id eſt, non corrupi quenquam. Interpretem in hunc ſenſum ſignificantiſſimè accepit Vergilius libro quarto Æneidos, vbi Dido:

Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtras,
Tuq́; harum Interpres curarum & conſcia Iuno.

Interpretem pro mediatrice, & proxeneta, ſiue auctore matrimonij: Eſt enim Iuno matrimoniorum conciliatrix, cuius ductu hæ curæ nuptiarum contractæ erant: Vnde & pronuba Iuno dicitur. Item Liuius lib. 2. V.C. de Agrippa: huic interpreti, arbitroque cōcordiæ ciuium, *Iunò matrimoniorum Interpres.*

legato Patrum ad Plebem, reductori Plebis Romanæ in vrbem ſumtus funeri deſuit. In eodem lib. Vergilius:

——— Et Ioue miſſus ab alto
Interpres Diuûm fert horrida iuſſa per auras.

De Sequeſtre Plautus in Mercatore:

Imò ſic Sequeſtre mihi data eſt.

Idem in Milite:

Quæ tibi conditio noua, & luculenta fertur per me Interpretem.

Sequeſtre. Cur autem Sequeſtres vocantur, & qui ſunt coniectura aſſequuti videmur, vt ij eſſent Sequeſtres, pecuniæ depactæ cum Iudicibus Cuſtodes & Depoſitarij: Illi enim Sequeſtres ſunt, apud quos cuſtodiæ cauſa res deponitur. Iulian. in l. intereſſe. ff. de acquir. poſſeſſ. Modeſtinus [4] tamẽ ad rem controuerſã tantũ refert: Sequeſter (ait) dicitur, apud quẽ plures eandem rẽ, de qua controuerſia eſt, depoſuerunt. dictus ab eo, quòd [5] occurrenti, aut quaſi ſequenti eos, qui contendunt, committitur, vt Depoſitarij nomen videatur catholicoterõ, quàm Sequeſtris, qui Litigioſorum tãtùm eſt Depoſitarius. Cæterùm *Depoſitarius.*

rùm in ambitus negotio, vbi controuerſi non ſunt nummi, etiam vſurpatur, vt aliud ſignificet, quã etymologiæ nota indicet, vt in poſſeſſione, quæ etiã eſt mobilium, & aliquando ἀσωματῶν, cùm tamẽ ſonet etymon ad ea pertinere, in quibus pedẽ figimus & ponimus. Ita κατοχὴ Græcorum eorum eſt propriè, quæ manu tractantur, prehenduntùrque, traducitur nihilominus ad res ſolo hærentes. Nõ lubet cumulum exemplorum aggerere in quibus mentitur etymologia, tam in Iure, quàm reliquis artibus, vt paradoxon iuſtiſſimè videri poſſit, eam toties in mendacijs deprehenſam veriloquiũ tranſlatam à Marco Cicerone. Pecunia ergo, qua ambitus conficiebatur, aliquando ad Sequeſtres deponebatur, vt tutior eſſet ipſis Iudicibus, cùm eam nulla actione à Reis petere potuiſſent. Deponere eſt Sequeſtris committere, vulgò dicimus conſignare in manu tertij, quod fortaſſis ad Diuiſores pertinuit, vt in campo & comitijs. Tranquillus de patre Auguſti: vt miror hunc quoque à nonnullis Argẽtarium, atque etiam inter Diuiſores, Ope-

Etymologia mendax.

Deponere.

Diuiſores.

raſque campeſtres proditum. Eorundem fuit & polliceri, quod in Comitijs dicebãt, pronunciare in Tribus nummos: Nã polliceri accommodatiſsimũ eſt redemtionibus ſuffragiorum, aut tabellarum exprimendis: & pollicitatio opera eſt, quam emtor præſtat in licẽdo, quaſi porrò licitatio,[6] & ante contractum facta, vt ſolent coitiones in licendo hinc inde retardare, quæ cùm fieret in nundinis tabellarum, appoſitiſſimè pollicẽdi vocabulo, conductionum, & emtionum proprio, eſt vſus Cicero. Reliqua duo recipere & accipere ad Iudices ipſos nummarios, & venales referri debent. Recipiunt qui ante iudicium, quos ſibi repræſentari pacti, ſtipulatique ſunt, nummos accipiunt. Qui autem non ex contractu, vel conuentione de precio tabellæ inita, ſed ſtatim oblatos capiũt, accipere dicũtur. Interpretes iudicij corrumpendi ſunt operæ illæ, quæ interueniũt corruptionis perficiẽdæ gratia, id eſt, Proxenetæ, qui rem iſtam procurant: Res enim bene vt plurimùm ſuccedit, cùm primũ agitur muneribus, tum demùm accedit vis eloquẽtiæ, ſed nõ minor pe-

Polliceri. *Pollicitatio.* *Recipere.* *Accipere.* *Proxenetæ.*

nor pecuniæ, quàm eloquentiæ tyrannis, *Pecunia & eloquẽtiæ vis.*
vtraque enim virgæ [7] Mercurianæ inſtar: Eſt enim ſpes victoriæ ſumma, cum argẽteis haſtis pugnatur, iuxta vetus [8] oraculum. *Vetus oraculum.* Qui vendunt [9] ſuffragia, dicuntur fabas edere, cùm ex fabis lucrũ quæritant: *Fabas edere.* Olim enim etiam fabis ferebantur ſuffragia, non ſolis tabellis aut calculis. Vnde illud, *Fabas ne edito*, &, *A fabis abſtine*, quod inter Pytagorea ſymbola numeratur, id eſt, ne te corrumpi ſinas: quanquã & aliter à nonnullis interpretatur. Cæterùm quotuſquiſque eſt, qui non flectatur nummis? adeò verum eſt vetus illud verbum, *Virtutem & ſapientiam vincunt teſtudines*, id eſt, nũmi teſtudinis imagine inſigniti, *Teſtudines.* quorum vſus erat in Peloponneſo, vt auctor eſt Pollux.

Corollarivm
ad caput octauum.

1. Libidinoſa dicitur.) *Exemplum libidinoſæ ſententiæ notum eſt ex Liuio Appij Claudij Decemuiri, qui vindicias contra libertatem adiudicauit Clienti ſuo contra Virginiam.* *Libidinoſa ſententia.*
2. Itaque ambitus ſordeſque.) *Ambitioſorum decretorum meminit I. C. in l. ſeruo. §. cum Præter. ad SC. Trebell. l. 3. de minoribus. l. ambitioſa.* *Ambitioſa decreta.*

Xx 4 ff. de

ff. de decret. ab ord. faciend. l. 3. de off. Proconſ. Suetonius in Domitiano: Ambitioſas Centumuirorum ſentẽtias reſtituit. Vide Reuard. lib. 5. Variorum c. 6. Auaritiam autem ſordes vocant I.CC. in l. ſi per imprudẽtiam. de euict. l. 47. de minoribus. ff. l. 3. §. nunc. de ſuſpect. tut. l. 3. §. 1. l. 9. §. vlt. de recep. qui arbit. & alijs in locis.

3. Ad Atticum) *Lib. 1. epiſt. Quæris ex me.*

4. Modeſtinus) *L. 109. ff. de verb. & rerum ſig.*

Sculna. 5. Ab eo quod occurrenti) *Publius Lauinius de ſordidis verbis apud Gellium ſcribit ſculnam vulgò dici, quaſi ſeculnam, quem qui elegantiùs loquuntur (inquit) Sequeſtrem appellant. vtrumque vocabulum à ſequẽdo factum eſt, quòd eius qui electus ſit vtraq́; pars fidem ſequatur, &c. Coniungi poteſt l. propriè. & l. licet. de verborum & rer. ſignificat.*

Tollicitatio. 6. Quaſi licitatio porrò) *Alciatus à poſſe & licere deriuat. Vide caput 1. lib. 1. Parerg. iur.*

Caduceum. 7. Vtraque enim virgæ Mercurianæ inſtar) *Hæc Caduceum dicitur, cuius vires deſcribit Vergilius lib. 4. Æneidos.*

——— Hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias ſub triſtitia Tartara mittit.

Suprà c. 13. lib. 1. noſtræ hiſtoriæ allegoricè ad Oratoris facundiam & eloquentiam referuntur.

Auri potẽtia. *Hic autem non ineptè de auri potentia Polletus noſter interpretatur, ad quam etiã torqueri poteſt illud Homeri.*

Corripuit virgam, qua mulcet lumina ſomno,
Quorumcunque velit, ſoluit quoque lumina ſomno.

Ad quæ egregiè ludit Horatius libro tertio Carminum

minum Ode 16.

Aurum per medios ire Satellites,
Et perumpere amat ſaxa potentiùs
Ictu fulminco.

8. Iuxta vetus oraculum.) *Apollinis Pythij ad Philippum conſultorem:*

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχε, κὴ πάντα νικήσεις.

Argenteis pugna telis, & omnia vinces.

Hûc etiam pertinet Apophtegma eiuſdem Philippi, de quo Cicero libro primo ad Atticum, epiſtol. 11. circa finem, Omnia caſtella expugnari poſſe dicebat, in quæ modò aſellus onuſtus auro aſcendere poſſet. *Apophtegma.*

9. Qui vendunt ſuffragia) *Hûc etiam ad ſuffragiorum, vel ſententiarum corruptionem pertinet illud, fumum vendere: Ac famoſum exemplũ venditoris Thurini, qui etiam fumo necatus eſt. Nos vulgò dicimus, dare aquam benedictam Curiæ. Sed nunc quàm multi ſunt Thurini? vtinã reuiuiſceret, Alexander. Poſſemus & alia cumulare de ſuffragiorum ratione & corruptione, deque operis campeſtribus. Sed malumus curioſum lectorem ad Nicolaum Grucchiũ remittere, qui doctè & copioſè hæc complexus eſt libro primo de Comitijs, poſt cuius diligentiam ſuperuacuum eſſet, velle aliquid addere. De ordine autem antiquorum Comitiorũ vide Plinium epiſtolarum lib. 3. ad Meſium Maximum.* *Fumos vendere.* *Thurinus.* *Nicolaus Grucchius.*

PRÆ-

PRÆTERMISSA

ALIA HISTORIÆ FORI ROM.
quibus ſeries continuatur, & perficitur per Philip. Broidæum Polleti Generum.

ARGVMENTVM

¶ De corruptione iudiciorum & comitiorum, munerum captatoribus, & legibus repetundarum.

Caput 10.

Operis continuatio. SEd heus iterum tela retexenda, quæ hîc omnino abrupta fuit vnà cũ Soceri vita, neque enim ſufficiunt, quæ modò annectẽdo interſeruimus ſtamina, quin nobis perſequẽda eſt ſeries FORENSIS, quam Diuis bene iuuantibus ſic cõtinuabimus, donec iudiciariũ ordinẽ vſq; ad vmbilicũ perduxerimus. *Prætermiſſa.* Cùm autẽ nõ pauca reſtẽt dę ſportulis, Apparitoribus, ſententijs Iudicum, & Magiſtratuum, appellationibus, & re iudicata, amborũ iudiciorum ferè communia, dicemus: quæ ferme ſingula iuſtum ſingularemq́ue tractatum deſiderant, vt hæc defunctoriè, & dicis

dicis cauſa (quod aiunt) attingi non debeant, quæque præter eruditionem hominis non mediocrem, & aſſiduam, diuturnamque lectionem optimorũ auctorum, legationem aliquam poſtulant, aut huiuſmodi quãpiam ceſſationẽ liberam, & ocioſam. Verùm vt de eruditione taceã, quam ſentio, quàm ſit in me exigua, ita negotijs cùm publicis tum priuatis ſemper diſtricti fuimus, vt ſeriò huic FORO vacare nequaquam licuerit, cui tantum temporis, & laboris ſubciſiui tribuimus, quantum ab alio contentioſo, veluti indicto iuſtitio, rebuſque prolatis, relictum eſt. Quo fit vt veniam, ſeu excuſationem mereamur, ſi hæc dignè, & pro decoro non excoluimus, præſertim quãdo hæc prouincia à nobis non tam ſpontè ſuſcepta, quàm iure delata videatur, quamque piè potiùs amplexati ſumus, quã temerè ambiuimus, & captauimus. Vt ergò hæc cum præcedẽtibus connectamus, veluti retrò actis, & erramentis cauſæ (vt Pragmatici noſtri loquuntur) reſumtis, adhuc de corruptione Iudicum hoc capite, quod inſtar Corollarij

Excuſatio auctoris.

rollarij ſit ad præcedens, pauca dicemus. Hoc totũ igitur negotiũ corrũpendorũ Iudicum iure primùm diuino damnatum eſt, nã inter cæteras pentateuchi leges dictatum eſt à Deò opt. max. hoc caput in Deuteronomo: *Iudices & Magiſtratus conſtitues in omnibus portis tuis, vt iudicent Pop. iuſto iudicio, nec in alteram declinent. non accipies perſonam, neque munera, quia munera exoculant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum.* Quod idem antè repetitũ eſt Exodi 23. poſt caput 18.2. Paralip. cap. 19. Prouerb. 17. & Pſal. 25. Eſt & ad hanc peſtem auertendam in foro aphoriſmus cruentiſſimus in legibus Decemuiralibus: *Iudicem, Arbitrúmue iure datum, qui ob rem iudicandum pecuniam accepiſſe conuictus ſit, capite punito.* Et Cicero in Nomotheſia: *Donum ne capiunto.* Et cum lex Decemuiralis paulatim deſuetudine obſoleſceret, de repetundis leges latæ ſunt: nàm trecẽteſimo anno ferè poſt duodecim latas L. Piſo, & Cæcilius Trib. Pleb. rogationem eodem anno tulerunt. Dein Seruilia lata eſt, cui ſucceſſit Acilia, quæ fere idem argumẽtum repetiuit, cuius me-

Munera.

LL. repetundarum.

ius meminit Cicero actione in Verrē 2. Hanc tulit M. Acilius Glabrio, adeo ſtrictam vt nulla comperendinatio concederetur, deinde Cornelia à Cornelio Sylla, poſtremò Iulia lata à Iulio Cęſare. Poſterior autē ferè proximā ſuperiorē abrogauit, & pœnam auxit. Cicero 2. Officiorum: Nondum, inquit, centum & decem anni ſunt, cùm de pecunijs repetundis à Lucio Piſone lata eſt lex, nulla antea cùm fuiſſet. At verò poſtea tot leges, proximæque duriores, tot rei, tot dānati, &c. Ideo legem Aciliam idem Cicero mitiſſimam reſpectu poſteriorum, Aſconius autem contemplatione priorum ſeueriſſimā vocat. Ampliſſima autē fuit lex Iulia repetundarū, cuius capita per ius noſtrum diſperſa ſunt, multa cōgeſſit Paulus Manutius: nā ferè repetebātur pecuniæ, quas quis in Magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, miniſterióue publico cepiſſet, vel aliquis ex cohorte ipſius, vt Vrbani Magiſtratus ab omni ſorde abſtinerent, néue plus doni, muneríſue in anno acciperent, quàm quod eſſet aureorum centum, néue

Capita L. Iuliæ.

quis

quis ob Iudicem, Arbitrúmue dandum, mutandũ, iubendúmue vt iudicaret, néue ob hominem in vincula condẽnandum, abſoluendum, ob litem æſtimandam, iudiciúmue capitis faciendum, aut non faciẽdum aliquid accipiat, quæ etiam ad Prouinciales referuntur. Item ne quis ob negotium faciendum, vel non faciendum per calumniam pecuniam acciperet. Cautum præterea ne Prouinciæ Preſidum auaritia premerentur, aut exhaurirentur, ne illi qui prouincias regebant, quiúe circa eos erant, negociarẽtur, nec mutuam pecuniam darẽt, fœnuſq; exercerẽt. Sed nec vxorẽ ducere ex illa prouincia, cui præerat, ortam, oriundam, vel domicilium habentem poterat, nec filio vxorem talem ducenti conſentire, ne ijs in liberos Populos ius de pecunijs creditis dicere liceret. Item ne quis de Prouincia exiret, aut exercitum inde ſua auctoritate deduceret, bellum ſua ſponte gereret, in regnũ alienũ iniuſſu Populi aut Senatus accederet, vt libertas ſocijs ac præmia ob merita in Remp. data integra eſſent. Ne cuiquam aurum coronariũ impe-

imperare aut accipere liceret, niſi cui decretus eſſet à Senatu triumphus. Ne dona Quæſtores acciperent, aut xenia. Vt Rectores Prouinciarum, priuſquam decederent, rationes apud duas ciuitates deponerent. Ne Prætor aut Proconſul legatum ſuum ante ſe de Prouincia dimitteret: quod Vlpian. in l. 10. de off. Proconſ. refert. Item ſancitum, & ſtatutum eſt eadem lege quid iiſdé in Prouincias euntibus & redeuntibus à Socijs Pop. Rom. liceret accipere, & cætera, quæ in iure noſtro obuia ſunt. Huc ſpectat etiã *Plebiſcitum.* Plebiſcitum, cuius Modeſtinus I.C. meminit tit. de off. Præſ. ff. Plebiſcito, inquit, continetur, ne quis Præſidum munus donúmue caperet, niſi eſculentum, poculentúmue, quod intra dies proximos prodigatur. Sed quod mandatis continetur, ne donum, vel munus qui in alio erit officio accipiat, emátue quid, niſi victus quotidiani cauſã; ad xeniola non pertinet, ſed ad ea quæ edulium excedunt *Xenia.* vſum. Sed nec xenia producenda ſunt ad munerum qualitatem. nec verò in totum xenijs abſtinere debebit Proconſul, ſed

modum

modũ adijcere, vt neq; moroſè in totum abſtineat, neq; auarè modum xeniorum excedat. Quam rem Diuus Seuerus & Antoninus elegãtiſſimè epiſtola ſunt moderati, cuius epiſtolæ hæc verba ſunt: Quãtũ ad xenia pertinet, audi quid ſentimus. Vetus prouerbiũ eſt, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων: nam valde inhumanum eſt à nemine accipere, ſed paſſim viliſſimum eſt, & omnia auariſſimum. Quin etiam idem permiſit poſtea

Delegati. ſuis Delegatis Pontifex, c. ſtatutum §. inſuper. de reſcrip. extra, vt eſculentum, vel poculẽtum mera liberalitate oblatũ,

Iudices donivori. quod paucis conſumi poſſit diebus, acciperent: Vnde multi viſceripetæ & cupediuori ſuas ſordes tuentur, qui niſi ferina aut cupedijs ad ius reddendũ inuitentur, prouocẽtur, cunctantiores ſunt ipſo Cunctatore Fabio. Vbi autem Litigantes viſcerationem fecerint, & libellum ferentarium dederint (vt Plautus loquitur) ex foro cupediario, & venali in iudiciale tranſferentes, tandẽ aliquãdo ſinunt de iure ſeorari, vel de iniuria exorari, quãdo in delictis conniuẽt, aut diſſimulãt, cõtra Marci

Catonis præceptũ cõmittentes, qui dicebat Iudicẽ nec de obtinẽdo iure orari, nec de iniuria exorari oportere. Quin ſunt aliqui tã religioſi (ſi diuis placet) vt eundem libellum ferentarium iterum ad forum cupediarium referant, vnde primò à Cliente allatus erat: nam cùm ita auarè ſordidi, & ſordidè auari ſint, vt his veſci nec poſſint, neç audeãt, vt etiam interim ſumtibus parcant, quos in condiendis, & apparandis huiuſmodi facere oporteret, dona & xenia reuendunt, eaq; in crumena, quam in ventris ingluuie habere malunt: In quo dubitari poteſt, vtrùm magis certent dę damno vitando, an de lucro captando, ad vtrunque certè meo iudicio ingenioſiores. Interim cùm hi guloſi non ſint, Catones, Areopagitas, Eacos, Rhadamantoſq; ſimulant. Ad hanc etiã peſtem auerruncandã è comitijs (nã hac donorũ & munerum largitione non minus Populi ſuffragia, quàm iudicia corrumpebantur, vt ex capite præcedenti apparet) aliquando ex Senatus decreto ſecretum iudicium fiebat, quod tacitum vocabatur, quo vel ambitus dãnabantur

Catonis præceptum.

Sordidi.

Secretum iudicium.

Candidati, vel vt ratio eorum in comitijs nulla haberetur, quòd largitione, & contra maiorum morem petijſſe viderentur. Cicero ad Atticum: Senatus decreuit, vt tacitū iudicium ante comitia fieret. ab his conſilijs, quæ erant omnibus ſortita in ſingulos Cādidatos, magnus tremor Cādidatorum. Et 3. Officiorum: Quamuis demerſæ ſunt leges alicuius opibus, quāuis tremefacta libertas, emergunt tamen hæc aliquando aut iudicijs tacitis, aut occultis de honore ſuffragijs. Nec abſimile

S. C. tacitū. fortaſſis etiam fuit Senatuſconſultum tacitum in turbulētis Reip. temporibus, quale factum meminit contra Maximinum Iulius Capitolinus in Gordianis, in quo non Scribæ, non ſerui publici, non cenſuales intererant, Senatores excipiebant, & ſeruorum publicorum officia complebant, quod idem pluribus explicat. Huic malo etiam adferre remedium. conatus eſt ſuis nouiſſimis conſtitutionibus ſuper iuſtitia criminali Philippus Hiſpaniarum Rex, ſtatim in principio, adhibita iuriſiurandi formula, quam iurare tenentur omnes Magiſtratus antequam

Conſtitutiones Philippi Hiſpaniarū Regis.

quam

quam magiſtratum adeant, quæ deſumta videtur ex auth. iuſiurandũ quod præſt. ab his qui adminiſt. accip. conſtitutione 9. Adde conſtit. 124. de litigat. & ſport. Quam ſi iurare liquidò & ex animi ſententia poſſent qui ad munera publica euehuntur; Dorodocos aulicos ad incitas redactos videremus, meliùs etiam Reſpub. conſtitueretur. Sed quid proſunt vanę ſine moribus leges? Pulchrè etiam Iuſtinianus in Auth. de Iudicibus ait, Iudices debere aurum deſpicere, puras manus Deo, Imperatori, & legi debere præſtare: Quam puritatem etiam requirit in Conſiliario auth. de mand. Princip. Cæterùm vt hoc obiter notẽ, varia ſunt munerum genera: Aliud enim eſt munus ab obſequio, quæ indebita eſt ſeruitus, aliud à manu pecunia eſt, tertium à lingua fauor, & ſuffragium, quæ refert elegãter B. Gregorius, & Gratianus in Decret. 1. quæſt. 1. Hînc Eſaias Propheta dicit beatum, qui excutit manus ſnas ab omni munere. Quin non ſolum manibus, ſed etiam oculis Iudices abſtinere debent: Ideò eſt quod olim Thebis Iudicum imagines

Iuſtinianus.

Varia munerum genera
Eſaias.

Iudicum manus præciſa.

gines viſebantur abſque manibus, & ſummi Iudicis oculi conniuent, quia Iuſtitia nec muneribus capitur, nec hominũ vultu flectitur. Hûc etiam non malè quadrat apophtegma illud, quod adfert Ci-

Apophtegma.

cero 1. Officiorum, de Pericle, qui Sophoclem Collegam, quòd ad cõſpectum formoſi pueri prætereuntis exclamaſſet, ô pulchrum puerum Pericle, his verbis increpauit. At enim Prætorem Sophocle decet, non ſolùm manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere. Porrò diuturnam non forè licentiam, & dominationem eorum, qui ex libidine moderantur, ex Valerio concludimus: Ij (inquit) demũ pe-

Peſtes generis humani.

nates, ea ciuitas, id regnũ æterno in gradu facile ſteterit, vbi minimum virium, Veneris, pecuniæque cupido ſibi vindicauerit, nam quò iſtæ generis humanæ peſtes penetrauerint, ibi iniuria dominatur, infamia flagrat.

ARGVMENTVM.

¶ De Sportulis Iudicum & Apparitorum.

Caput

Caput II.

VErùm enimuerò quia Iudicũ Adſeſſorum, & Officialium forenſium laboribus, induſtria, ſolertia, ſtudio ac vigilijs negotia tractantur, ac deciduntur, æquum fuit ſemper eos aliquo etiam beneficio, & veluti hoſtimento penſare: nam quis vellet tãtas moleſtias deuorare, tot labores & ſudores exantlare (qui ſi vſquam, certè in mola & piſtrino forenſi præſto ſunt maximi) niſi aliquo propoſito præmio & parata mercede? dignus enim eſt ea operarius. Ac quũ ſuprà à Socero de ſalarijs ac ſolatijs Aduocatorum dictum ſit, quædam etiam hîc de honorarijs Iudicum & Apparitorum dicenda videntur, quæ ſportulæ dictæ ſunt ab aſportando fortaſſe, vt Marcellus refert, aut vt alij volunt à Sparto herba, vnde contexti erant calati, in quibus, ſiue nummi, ſiue obſonia portabantur. Nam Aſconius putat ſportas, ſportulas, & ſportellas nummorum eſſe receptacula, & ſicuti fiſcus à fiſcis & fiſcellis dictus eſt, ſic huiuſmodi

Merces operæ hoſtimentum.

Sportulæ,

ſtipes & nummi ſportularum nomẽ retinuerunt. Interdum dapes, & cœnarũ obſonia mittebãtur. Suetonius in Domitiano. Septimõtiali ſacrorũ die Senatui, Equitiq́; pãnarijs plebeis ſportellis cũ obſonio diſtributis. Vnde & à Grȩcis δεῖπνον ἐν σπυρίδι, id eſt, cœna in calato. Et fortaſ. ad differentiã huiuſmodi cœnarum, quæ vltro citroq́; miſſitabãtur, hoc eſt, ſportu-
Cœnæ rectæ. larũ, cœnæ rectæ dictæ ſunt aliæ, quibus accũbebatur & cœnabatur, quaſi reuera & propriè cœnæ exhiberentur, nõ aſportarentur. Quanquã nõ ignorem rectã pro lauta & opipara, quibus ſymbolum fortè non dabatur, accipi. Suetonius in Veſpaſiano: Sed & conuiuabatur aſſiduè, ac ſæpius rectè ac dapſilè, vt Marcellarios adiuuaret. Sic enĩ & rectè viuere pro lautè, & rectum apparatũ pro ſplendido dixit Seneca. Cùm autem cœnæ rectæ ferè à Magnatibus celebrarentur, ſportularum vſus parcis & tenuioribus relictus eſt, atque in his, & illis variatum eſt pro Cȩſarum libidine? Nam cùm Nero ſumtibus modum adhibere vellet, publicas cœnas ad ſportulas redegit. Domitianus autem

multa

multa in conuiuiorum vſu nouauit, ſportulas publicas ſuſtulit, renouata cœnarũ rectarum conſuetudine: teſtatur Trãquillus in vita vtriuſque. Hînc eſt, quod Martialis, quî ſub eodem Domitiano vixit, in quodam epigrammate ait:

Petita eſt ſportula, cœna data eſt.

Atque vt hæc ad noſtros mores, & tempora accõmodẽ, quod ſanè, quoties res ita fert, facio ſæpe, ac lubens, eadẽ planè analogia Species vernaculè dicimus honoraria illa, quæ Iudicibus poſt ſententiã à partibus dantur, quę etiã ſportularum vicem obtinẽt: Solẽt enĩ qui in cauſa ſuperiores & potiores fuerũt, & ſecundũ quos lis adiudicata fuit, Iudicibus, quò ſignũ animi nõ ingrati præberent, aromata quædã ſaccaro condita offerre, quæ Gallicè *Eſpices & Drageés* dicimus. Aliquando fercula mellita, vndę Placentarum nomen etiam nũc apud noſtros Pragmaticos vſurpatur pro conuiuio illo ſiue recta cœna, quam celebrat victor poſt triumphum ciuiliter gratus, neque enim ad id tenetur, ſed mera liberalitate inuitatur, quanquam ferè videmus huiuſmodi, quæ ex ciuilitate *Eſpices.* *Placenta.*

& honeſtate (vt ipſi dicunt) fiunt poſteà in conſuetudinē introducta de neceſſitate requiri, adeò vt niſi à parco & illiberali omitti poſſe videātur, quod ſæpe fit cum plebeculæ & tenuiorum non exiguo diſpēdio: adeò huiuſmodi initia ſunt ſemper periculoſa, quæ in exemplum & conſequentiam trahuntur. Sic etiam huiuſmodi aromata & ſpecies, quæ cum ſaccaro, & nectare à Candidatis laureæ in ſympoſio, quod Banquetum vocant, Profeſſoribus, Aſſeclis, & Comitibus in tyrocinijs & licentijs dātur, ſportulæ dici poſſunt: Sicuti alia conuiuia, quæ tum etiam, atque in Doctorū feſtiuitatibus celebrātur, cœnæ rectæ dici poſſunt. Eiuſdem generis ſunt, quæ pro introitu aut exitu (beneuenutas & valetum vocant) perſoluuntur, ſiue hæc in obſonijs, ſiue pecunia diribeātur, vt in l. 5. §. vlt. de donat. inter vir. & vxor. Plinius epiſt. lib. 10. ad Traianum: Lex Pōpeia (inquit) Domine, qua Bythini & Pontici vtuntur, eos qui in bulen à Cenſoribus leguntur dare pecuniam non iubet: ſed ijs quos indulgentia tua à quibuſdam ciuitatibus ſuper legitimum numerum

Sympoſia. Syndēipna.

merum

merum adijcere permiſit, & ſingula millia denariorum & bina intulerunt. Quod poſtea ab ipſo Traiano Honorarium Decurionatus vocatur. Ex quibus apparet, quàm fuerunt Romani de Prouincialium ſuorum moribus formandis ſolliciti, præſertim ex paulò pòſt ſequentibus, vbi iterum de diuiſione huiuſmodi ſportularum agit. Qui virilem togam ſumunt, vel nuptias faciunt, vel ineunt magiſtratum, vel opus publicum dedicāt, ſolent totam bulen, atque etiā ex Plebe nō exiguum numerum vocare, binoſque denarios vel ſingulos dare, quod an celebrandum, & quatenus putes, rogo ſcribas: Ipſe enim, ſicut arbitror, non imprudenter, præſertim ex ſolemnibus cauſis cōncedendum iuſſi inuitationes, ita vereor ne ij, qui mille homines, interdum etiam plures vocant, modum excedere, & in ſpeciē diamonès incidere videantur. Reſcriptum autem Traiani breuitati ſtudentes omiſimus. Sed meritò in Phratrijs ſiue Confratrijs verēdū eſt, vbi Epulones & Coëpulones ſocietatem coëunt, ventri & genio indulgentes pollucibiliter: nam quis

Honorarium.

Phratriæ.

Saliares eorum cœnas non damnet, quæ cõtra leges ſumptuarias peccãt, & annonæ caritatem inuehunt? Quis autem huiuſmodi cõmeſſationes Deo Diuiſq; gratas putet, qui vbiq; nos ad ſobrietatẽ verbo & exemplo monẽt? Nil fallacius, vt inquit Liuius de abolitione Bacchanaliorũ, quàm praua religio, vbi Deorum numen prætenditur, celeriùs ſubit animũ timor, ne fraudibus humanis vindicandis diuini iuris aliquid mixtum violemus. Sed hæc odioſiora ſunt Duronijs. Neque etiã huius loci ſunt ſportulæ Salutatorum Clientum, quas ex Martiale centũ quadrantes valuiſſe, hoc eſt, decẽ ſtuferos, ſiue aſſes Turonẽſes primo lib. à Socero annotatũ eſt. Vnde veriſimile eſt ſportularum nomẽ ad forũ delatũ. Vigilantiſſimus quidem princeps Iuſtinianus, vt obuiã iret Iudicũ ſordibus & Apparitorum concuſſionibus, eorum ſportulas ad certam quãtitatem redegit, quã impunè excedere nõ licuit: nam pœna tripli & quadrupli cõtra tranſgreſſores cõſtituta eſt in §. tripli. Inſtitut. de act. & auth. de litigat. & ſport. Verùm hæc ſportularum taxatio maiorum in-

Sportula Salutatorum.

Sportularum taxatio.

rum incuria non extat. Nam licet titulus ſit lib. 3. C. de ſportulis, tamen ne gry quidem addidit Tribonianus. crebra tamen huius conſtitutionis fit mentio à Iuſtiniano pluribus in locis, vt in Authent. vt Iudices ſine ſuffrag.iud. §.volumus vt Litigant. iur.§.et hoc. vt differ. Iud.§.vlt. de Iud.§, nullo quidem. Porrò in §. ne autem. d, authent. de Iud. conſtituit Iuſtinianus ſuos Pedaneos accipere poſſe ab vtraque parte duos aureos in conteſtatione,& totidem in fine negotij in litibus tranſcendentibus quantitatem aureorum centũ.Certa itẽ ſumma nomine ſportularum ab eodẽ ſtatuitur in fauorẽ Eccleſiaſtarum, vt hi tantũ ad numerationẽ quatuor ſiliquarũ,id eſt,nouẽ ſolidorũ,&quatuor denariorum teneantur, auth.ſed hodie. de ſanctiſſ. Epiſcop. C. iunct. auth.§. ſportularũ.Sũt & aliæ perſonæ priuilegio gaudẽtes minorũ ſportularũ, quę ab Accurſio enumerãt in gloſſ.d.§.nullo quidẽ. de Iudicib. Gręcis quidẽ Πρυτανεῖα inſtar ſportularũ erãt, quę ab vtroq; Litigantiũ in cõteſtãda lite deponebãtur ĩ Prytaneo. Ex his Athenis conficiebantur honoraria Iudicum,

Pedaneorum Sportula.

Iudicum, & ſalaria aliarum operarum forenſium. Romæ vero (vt ſuprà à nobis ex Varrone demonſtratum eſt) qui iudicio vicerat, ſuum ſacramentum auferebat, victi ad ærarium redibat, atque in vſus diuinos conuertebatur: quanquã ſunt qui dicant etiam inde mercedes Iuſtitiæ miniſtrorum conflatas. Memini me legere apud Suetonium, Caligulam pro litibus atque iudicijs vndecunq; conceptis quadrageſimã ſummæ, dequa litigaretur, impoſitam, nec ſine pœna donare aut componere potuiſſe. Apud nos quidem arbitrariæ ſunt ſportulæ Iudicũ, quæ pro examine litis, quando Iudices in conſilium miſſi iudicialem aleam iaciunt, ab ijſdem penſiculatè moderãtur pro laboris & tẽporis inſumti, actorum, libellorum, & inſtrumentorum magnitudine, iuris ambiguitate, cauſæ momento, denique perſonarum qualitate, nec non pro fori conſuetudine. Porrò in Gallia pluribus areſtis ſtatutum & ſancitum audiuimus, vt δικαστικὸν illud, ſiue ſportularũ iudicialiũ ſumma apponatur ab Actuario ſuper plica ſententiæ, vt Iudices illi Pedanei & Subal-

Quadrageſima.

Arbitraria ſportula.

Subalterni modum in taxatione non ita facilè excedant. Cætera autem ſalaria Iudicum, Apparitorum, Scribarum, Notariorum, & aliorũ forenſiũ certa cõſtituta ſunt ex præſcripto cuiuſlibet fori & conſuetudine loci. Bonifacius autem Pontifex ſuis Delegatis prohibet aliquid accipere iudiciorum cauſa, niſi viatici nomine, ſi quando extra domicilium proficiſci contigerit. c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcrip. lib. 6. c. cùm ab omni. de vit. & honeſt. Cleric. ext. Nec licet Iudici vendere iuſtum iudicium, etiamſi liceat Aduocato vendere iuſtum patrocinium, & Iuriſconſulto rectum conſilium, vt ait Auguſtinus. Verùm excuſari poteſt, quòd non ob iuſtitiam adminiſtrandam, ſed pro laboris recognitione, vti pro adminiſtratione ſacrorum, non ſordidè ſportulas offerri, & accipi videmus: nam aliâs ſimoniæ labes in Baſilicis, id eſt, templis & iudicijs graſſaretur. An autem Ordinario, cui diaria de publico deputata ſunt liceat exigere ſportulas diſputãt gloſſ. & DD. Verùm hæc diſputatio intẽpeſtiua, ingrataque foret, quando videmus omnes ſine diſcrimi-

Iure Canonico prohibitæ ſportulæ.

Iuſtum iudicium vendere non licet.

Alexãder Seuerus Iudicibus & Aſſeſſoribus ſalaria inſtituit.

diſcrimine accipere. Alexander quidem Seuerus, vt refert Lampridius, Iudices cũ promoueret, exemplo veterum, vt Cicero docet, & argento, & neceſſarijs inſtruebat, ita vt Prę́ſides Prouinciarum argenti pondo vicena, phialas ſenas, mulos binos, equos binos, veſtes forẽſes binas, domeſticas ſingulas, balneares ſingulas, aureos centenos, cocos ſingulos, &, ſi vxores non haberent, ſingulas concubinas, quòd ſine his eſſe non poſſent: reddituri depoſita adminiſtratione, mulas, mulos, equos, muliones, & cocos, cætera ſibi habituri ſi bene egiſſent, in quadruplũ reddituri, ſi malè. Idem etiam Aſſeſſoribus ſalaria inſtituit.

ARGVMENTVM.

¶ De Apparitoribus, Scribis, Notarijs, Amanuenſibus, qui ſcriptum facerent.

Caput 12.

Apparitores.

Conſequens eſſe videtur, vt de Apparitoribus quædam etiam addamus, qui vltrò ſeſe offerunt, quorũ miniſterium

ſterium & opera, cùm in toto ordine ferè iudiciario omnibus Magiſtratibus neceſſaria ſit, tamen in exequutione ſententiarum (de qua modò dicturi ſumus) maximè elucet, ſiquidem inutilis & ſuperuacaneus eſſet hic proceſſus, & res iudicata, niſi eſſent qui iudicatum facerent, refractarios, & contumaces parêre cogerent, atque in publicis lege agerent. Apparitoris itaque nomen generale videtur, à parendo, vel apparendo dictum, quod omnibus miniſtris commune eſt, de quibus omnibus ordine dicemus. Ac primum quidem de Scribis, qui honeſtioris ordinis, quàm cæteri, fuêre, horum enim ordinem honeſtum alibi vocat Cicero: Qui ferè tamen, vt cæteri Apparitores ex Libertis, & Libertinis Magiſtratuum, quibus apparebant, erant. Atque munus & officium Scribarum fuit, vt rationes publicas in tabellas referrent, leges & acta in commentarios redigerent, vnde etiam Commentarienſes dicuntur in l. 45. §. quoties. de iure fiſci. Denominationem verò ſortiebantur plærunque à Magi-

Scribæ.

Commentarienſes.

Magiſtratu, cui apparebant. Inde Quæſtorij, Ædilitij, Prætorij dicti ſunt à Quæſtoribus, Ædilibus, Prætoribus lecti. Atque tanta copia excreuerunt Romæ, vt in decurias etiam cogerentur: nam Suetonius teſtis eſt à decurijs corpus Druſi ſuſceptum, & in vrbem deuectum. Plutarchus quidẽ teſtis eſt Catonem, quum Quæſturam inijſſet, Miniſtros & Scribas coërcuiſſe, qui publicas tabulas, legeſque tractantes, cùm adoleſcentes nacti eſſent, quibus Magiſtratibus apparerent, quòd ij propter inſcitiam magiſtris egerẽt, poteſtate non cedebant, ſed ipſi erant Magiſtratus: eos verò Apparitorum loco, vt erant, tractauit, cùm alios fraudis, alios inſcitiæ inſimularet. Cumque illi auxilio Collegarum Catonis vſi reſiſterent, Cato primum damnatum defraudata hæreditate ab ærario expulit, alterum de inertia poſtulauit. Sed nunc quàm operæpretium eſſet, vt reuiuiſceret idem alter, qui Scribas, Actuarios, Notarios, & id genus homines fragili calamo victum quæritantes in ordinem redigeret, faſtum & arrogantiam eorum reprimendo, atque illos vt

Cato Scribas in ordinẽ redegit.

Scriptitantiũ faſtus.

los vt mercenarios, ſiquidem tales ſunt, tractando, quando præ ſe omnes contemnant, nam ſi quis eorum opella indigeat, Deus bone, quos ronchos, & faſtus tolerare, & muſſitare oportet: nam ſi vel gry, ſtatim

——— Turgeſcit vitrea bilis,
Finditur, Arcadiæ pecuaria rudere dicas.

Addam & quæ ſequuntur ex eodem Perſio, quando etiam non malè conueniunt.

Iam liber, & bicolor poſitis membrana capillis,
Inq; manus chartæ, nodoſaq; venit arundo.
Tum queritur craſſus calamo quod pendeat humor,
Nigra quod infuſa vaneſcat ſæphia lympha,
Dilutas queritur geminet quod fiſtula guttas.

Adeò ſemper formulæ illæ & clauſulę inflatos & faſtuoſos homines reddũt, vt mirandũ non ſit, quod facinus illud Cn. Flauij Scribæ, quãdo cornicũ oculos cõfixerit, id eſt, actiones euulgauerit, tam gratũ fuerit Populo, vt ædilitate, & tribunitia

poteſtate eum donauerit, ſi quidē ſuperbiā eorū, penes quos erāt, amplius ferre non poterat. Ex his autem quę de eodem refert Liuius libro. 9. V. C. apparet Scribarum munus in precio non fuiſſe, quippe quod mercenariū fuit. Inuenio (inquit ille) in quibuſdā annalibus, cùm appareret Ædilibus, fieriq; ſe pro Tribuno Ædilem videret, neq; eius accipi nomē, quòd ſcriptum faceret, tabulam poſuiſſe, & iuraſſe ſe ſcriptum non facturum, quem aliquanto antea deſijſſe ſcriptum facere arguit Macer Licinius. Idem teſtatur Æmilius Prob⁹ in vita Eumenis⁹ Sed fortaſſis hic Flauius non tam Scriba aut Actuarius publicus, quàm priuatus Amanuenſis Appij Claudij fuit, quem Clericū aut à ſecretis Secretariū vulgò dicimus, qualis fuit Tyro libertus Ciceronis. A graphio autem ſtylo Graphiarij noſtrates Actuarij vocati ſunt, quorum munus eſt, vt commentarios, & regeſta, quæ acta & placita Curiæ, Iudicum decreta, ſententias, areſta, libellos, pacta, contractus priuatarum partium ab alijs Subnotarijs & ſubadiuuis redacta, continent, edicta

Scribarum munus ſordidum.

Amanuenſis.

Graphiarij.

edicta & conſtitutiones Principum etiã in ſcriptis redigant, denique omne fori inſtrumentũ tanquam in officina & archiuo penes ſe habeant. Atque cùm ſuperiorum temporum incuria, aut potiùs auaritia factũ eſſet, vt huiuſmodi Scribarum officia, vt alia multa, in foro venirent, aut locarentur, nam ferè mancipes & vectigales publicani erant, vnde multi abuſus, compoſitiones, concuſſiones, & pyraticæ exactiones fiebant in popello. Quid enĩ mirũ, ſi is, qui carè emit, cariùs reuendat? vt dicere ſolebat Alexander Imperator Rom. Tandem Catholici Regis noſtri prouidenti edicto cautum eſt, vt huiuſmodi forenſis ſymonia, aut ciuile ſacrilegium eliminaretur. neq; poſthac publicorũ officiorũ aliquis emtor, aut cõductor exiſteret. Quid enĩ pernicioſius Reip. quã huiuſmodi publicorũ officiorũ & munerũ nũdinatio, aut cauponatio? Sed quã difficile eſt eradicare prauã cõſuetudinẽ, quæ ſemel latè radices egit: Vereor enĩ ne res rurſus ad ingeniũ redeat, dum nimiũ exinaniri fiſcos metuunt, nulla interim habita priuatarũ

Contra officiorũ publicorũ emtores & vẽditores.

Symonia forenſis.

fiſcellarum ratione. Satiùs quidem & tu-tiùs videbatur meo iudicio non mouiſſe camarinam, aut potiùs intactum hulcus reliquiſſe, quàm emplaſtro cõpoſito neglecta medicina denudaſſe chironium.
Actuarij. Sed hæc in ſcrobe muſſitanda ſunt. Fuêre qui inter dicendum Oratorum & Patronorum actiones exciperẽt. Suetonius in Iulio: Orationes aliquas reliquit, inter quas temerè quædã ferũtur, vt pro Quinto Metello, quam non immeritò Auguſtus exiſtimat magis ab Actuarijs exceptam malè ſubſequẽtibus verba dicentis, quàm ab ipſo editam.
Notarij. Quin etiam in prouincijs huiuſmodi Scribæ & Notarij aderant, qui Præſidum acta notis exciperẽt, teſtatur Modeſtinus in l. 33. ex quib. cauſ. maior. A notis autẽ huiuſmodi Exceptores Notarij dicti ſunt, qui cõpendio quorundam punctorum, ſignorum & minutarum figurarũ verba aut vim ſyllabarum cõprehẽdebant, vt ex Plutarcho in Catone minore demonſtrari poteſt, & ex Prudẽtio, qui de Caſſiano martyre ſic habet:

Verba notis breuibus comprendere cuncta peritus.

Raptim-

Raptimq́, punctis dicta præpetibus ſequi.
Fictis notare verba ſignis imbuens.

Nam ex l. 6. §. vlt. de bonor. poſſeſſ. ff. conſtat notas non eſſe literas, quod etiam manifeſtum fit ex l. 40. de milit. teſta. l. 1. §. ludi. de extraord. cog. Quibus notis adhuc in quibuſdam Iuriſconſulti vtũtur, vt ff. §. & ſimilibus, quibus etiam in hoc opere vſi ſumus: neque enim receptam immutare voluimus conſuetudinem, & ſi alia ſymbola ab alijs vſurpari videamus: nam quoſdam ex Neotericis π̄. aliquos D. loco autẽ §. β. vſurpare videmus: per me autem ſunt omnia protinus alba, dum modò nota ſint legentibus: nam vt ait Paulus l. 38. ff. de obligat. & act. non figura literarum, ſed oratione quam exprimunt obligamur, quatenus placuit non minùs valere quod ſcriptura, quàm quod vocibus lingua figuratis ſignificaretur. Iuſtinianus tamen Imperator l. 2. §. eadem de veteri iur. enucl. vbi de confirmatione Digeſtorum agit, ſub pœna falſitatis prohibet ius noſtrum, atque leges per ſignorum auctoritates conſcribere: Omnia enim, id eſt, & nomina Prudentum, & ti-

Nota

Signa

tulos, & librorum numeros per conſequentiam literarũ vult non per ſigna manifeſtari. Sic etiam olim, vt etiam nunc, plærunque põdera menſuræ & ſummæ notis pingebantur. Suetonius in Galba: Quia verò notata non perſcripta ſumma erat, &c. Vlpianus in l. 9. §. 1. de hæred. inſtit. ſi quis pro centum ducẽta per notam ſcripſiſſet. Quàm autẽ illud periculoſum ſit vel ex eo apophtegmate colligere eſt, quod refert Macrobius Saturnaliorum lib. 2. de iocis Auguſti, his verbis. Solebat Licinius Libertus eius inchoãti opera Patrono magnas pecunias conferre, quẽ morẽ ſequutus, centum promiſit per libellum, in quo virgulæ ſuperductæ pars vltra pecuniæ defectionẽ protẽdebatur, vacante infrà loco. Cęſar occaſione vſus, priori alterũ centies ſua m anu iunxit, ſpatio diligenter expleto, & affectata literæ ſimilitudine, geminatamq; accepit ſummam, diſſimulante Liberto: Qui poſtea cœpto alio opere, leniter factũ ſuum Cæſari obiecit, libello tali dato: Confero tibi Domine ad noui operis impenſam, quod videbitur. Itaque conſultiùs facerẽt

Apophtegma.

Notarij

Notarij noſtri, ſi numerorũ ſummas per verba, & literas, nõ per cifras, aliáue ſigna notarẽt in inſtrumentis, nec toties ſuum &c. ponerent, quæ ſæpiùs falſitatis anſam præbẽt Veteratoribus. Suetonius in Tito: E pluribus comperi notis quoque excipere velociſſimè ſolitũ, cũ Amanuẽſibus ſuis per ludũ iocumque certãtẽ: imitari chirographa, quæcunque vidiſſet, ac profiteri ſæpè maximũ falſarium eſſe potuiſſe. Ex quibus ad ſatietatem apparet diuerſa eſſe notis & literis pingere: Varronis tamẽ hæc ſuperaddatur auctoritas: In folijs palmę interdum notis, interdum ſermonibus ſcribebat. Velociſſimè autẽ huiuſmodi notis excipi poterat quælibet oratio, quamuis curſim, & ſine vlla intermiſſione diceretur. Seneca lib. epiſt. 14. Quid loquar verborũ notas, quibus quãuis citata excipitur oratio, & celeritatem linguę manus ſequitur. Huiuſmodi Exceptores pro tablinis ſedẽtes in Curijs parlamentorũ tanta articulorũ dextræ velocitate valẽtes, aliquãdo vidimus, vt ſæpius nõ immerito miraremur quomodo cãcellariorũ Aduocatorũ ſermones, Iudicũ

Exceptores velociſſimi.

decreta celeri calamo excipere poterant, qui etiam, ni fallor, cum antiquis notarijs certare poſſent, de quibus Martialis in Apophoretis:

Currãt verba licet, man⁹ eſt velocior illis,
Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.

Qualem deſcribit Auſonius in epiſt. ſectione 3.

Puer notarum præpetum, &c.

Primus quis notas inuenit. Sunt qui putant iſtam per notas ſcribendi rationem à Cicerone primùm inſtitutam. Plutarchus quidem auctor eſt Catonis orationem Notariorum beneficio extare, quos velociſſimos Scribas in Curia diſpoſuiſſet, vt Senatorum ſententias notis exciperent. Euſebius verò ait Tyronem Ciceronis libertum notarum vſum *Varij ſcribendi modi.* inueniſſe. Dion ad Mœcenatē refert. Varij autem modi ſcribendi vſitabantur olim, vti etiã nunc. Nota eſt ex Gellio Laconica Scytala, nota ſunt pugillaria Aſdrubalis, atque Hiſtiei: Verum quod adnotauit de Cæſaris notis, non ſatis explicauit, ideoque nos ex Tranquillo noctiũ tenebras illuſtremus. Si qua (inquit) occul-

occultiùs perferenda erant per notas ſcripſit Iulius Cæſar, id eſt, ſtructo literarum ordine, vt nullum verbum effici poſſet, quæ ſi quis inueſtigare, & perſequi vellet, quartam elementorum literam, id eſt, D. pro A. & perinde reliquas cõmutet, Octauius quidem Auguſtus (inquit) quoties per notam ſcripſit B. pro A. & C. pro B. ac deinceps eadem ratione ſequentes literas poſuit, pro X. autem duplex A. Cuius ſcriptionis meminit etiam Cicero libro 3. ad Atticum. Conſentientibus autem & conſcijs caracterum facilè eſt alijs ignotam ſcribendi rationem adinuenire, aliam ab ea, quam inuenit Tritemius Abbas, ignotiſſimam vide apud Ioannem Brodæum lib. 4. cap. 9. Miſcellaneorum. *Tritemius.* Poſſem & alia cõmenta, quibus proditores vſos audiuimus, in mediũ adferre: ſed noſtri inſtituti non eſt hîc poligraphiam inſtituere. Poſtea etiã Secretarij dicti ſũt à *Secretarij.* ſecreto ſiue ſecretario, quod locus erat cã- *Secretum.* cellis ſeptus, in quo Iudices cauſas examinabant, cuius fit mẽtio in l. nullum. C. de Teſtibus. Secretarij autem in l. vlt. C. vbi Senatores. l. 3. de offic. diuerſ. Iud. Inde

Cancellarij. etiam ab eijſdem cancellis Cãcellarij dici cœperunt, nõ, vt quidã putant, à cancellandò, id eſt, actis cancellatim lineis perſtringendo, quorũ meminit Iuſtinian. in tit. de aſſeſſ. & domeſt. Vopiſcus etiam in Carino. Declinãte autẽ imperio Rom. ita auctũ eſt illud officiũ ab Imperatoribus, vt ad dignitatis ſupremæ culmen elatum ſit, vt patet ex Caſſiodori lib. 11. variorũ, vbi de Ioanne Cãcellario honorificè loquitur, vti etiã nunc illa dignitas inter palatinas apex ſit honorum, & veluti animi ambiẽtis honoriſtitium, nam vt Mimographus ait:

Summum ad gradum cùm claritatis veneris,
Conſiſtes ægrè, & citiùs quàm aſcendas cades.

Honorificum apud Græcos Scribarum munus. Eumenes Cardianus. Apud Græcos verò Scribarum munus in maximo honore fuit, vt idẽ Prob' auctor eſt. Teſtis etiam Eumenes ille Cardianus Scriba Philippi & Alexandri Regum Macedoniæ, qui inter primores Græciæ excelluit. Archigrammatei. Aliàs Archigrãmatei & Primicerij, & Magiſtri libellorũ dicti. Sed de Miniſtris & Apparitoribus Iudicũ ſermo eſſe de-

ſe debuit, non de Magiſtratibus Principũ: nam ferè fit, vt quæ in alijs obſcura & vilia ſint munia in Principũ aulis ſplendida & conſpicua habeantur. Itaque cùm inter miniſtros, ſeruoſq; publicos recenſeri potuerint Scribæ, & Notarij, extra ordinem nunc debent, qui Principi ſunt à ſecretis, cum dignitate illius illuſtrētur, vt notat And. Tiraquel. de nobilitate cap. 30 artic. 8. &. 9. Quis enim ad ſolem accedens, lumine non irradiatur, quantumuis obſcurus? Porrò Scribas & Notarios ſemper commēdauit memoria, ſciētia, & celeritas, vt teſtis eſt Cicero in oratiōe pro Pub. Sylla. Sed ad alios properandum. Nam huius ſeriei quædam eſt concatenatio, vt vno moto multi ſequātur ānuli. Scriba Trium Principum.

ARGVMENTVM.

¶ De Accenſo, Præcone, Interpretibus, Viatoribus, Lictoribus, & Statoribus.

Caput 13.

Rogitabit quiſpiā q̃ in hoc veluti peregrinatĩ foro, quęnā ſit reliqua turba cũ ſuo apparatu, quę toties vltro

citroque

citroque obuiam facta eſt: admirationem autem inducunt conſpicuæ faſces, & ſecures obligatæ, quæ ſupereminent, & ſplendore oculorum aciem perſtringunt, ſtuporem verò tubæ & vocis clangor, ſpiculorum, gladiorum, & clauium ſtrepitus, quibus aures tinniunt. Cui vt ſatisfaciam veluti in ordinem redegimus Accenſos, Præcones, Interpretes, Viatores, Lictores, Cuſtodes. nam ſi qui prætereà in hac turba permixti ſunt, obſcuri ſunt nominis. Ac primùm de Accenſis, quia proximi ſeſe offerunt, dicamus. Accenſi ergò teſte Varrone 5. de lingua Latina, ab acciẽdo, id eſt, vocãdo dicti ſunt. In Cõmẽtarijs Coſs. ſcriptũ ſic inueni: Calphurni voca in licium omnes Quirites hûc ad me. Accenſus dicit ſic: Omnes Quirites ite ad concionem hûc ad Iudices. Deinde Conſul loquitur ad exercitum: impero qua conuenitur ad comitia centuriata. Quare hic Accenſo, ille Præconi dicit: hæc eſt cauſa: In aliquot rebus item vt Præco Accenſus acciebat, à quo accẽſus quoque dictus. Idẽ iuſſu Prætoris clamabat eſſe tertiam meridiem, & horam

Accenſus.

nonam

nonam. Idem Varro Accenſum ſolitum ciere Boetia oſtendit hoc verſu:

Vbi primùm Accenſus clamarit meridiem.

Hoc idem Colconius ſcribit, in actionibus Prætorem Accenſum ſolitũ tum eſſe iubere, vbi ei videbatur horam eſſe tertiam, inclamare horã eſſe tertiam, itemq; meridiem, & horam nonam. Plinius lib. 7 c. 8. Poſt aliquot annos adiectus & meridies Accenſo Conſulum id pronũtiante, cùm à Curia inter Roſtra & Græcoſtaſim proſpexiſſet talem ſolem. Accenſus teſtibus Nonio & Aſconio, ordinis nomen eſt in militia vt dicitur Princeps vel Cõmentarienſis, aut Cornicularius, qui poſt Rorarios collocabatur, vt ex Liuij lib. 8. apparet, & ex hoc verſu in Friuolaria:

Vbi Rorarij milites ſunt? en ſunt. vbi Accenſi? Ecce.

Qui leuis armaturæ milites erãt. Dicuntur etiam qui in locum demortuorũ militum ſufficiebantur, ſed hi ad militiam togatam non pertinent. Accenſi itaque forenſes ex libertis ſolùm fiebant. Cicero ad Q. fratrem Aſiæ Proconſulem: Accenſus eo etiã numero, quo eum maiores noſtri

noſtri eſſe voluerunt, qui hoc non in beneficij loco, ſed iñ laboris aut muneris nō temerè, niſi Libertis deferebant, quibus illi quidem non multo ſecùs quàm ſeruis imperabant. Accēſum autem habuêre Coss. Decemuiri, Prætores, Proconſules, & Præſides, hic autem ex more antiquorū pręibat, quando Lictores ſequerētur Magiſtratū cui apparebāt. Suetoni⁹ in Iulio: Antiquū etiā retulit morem, vt quo menſe faſces non haberet, Accēſus ante eum iret, Lictores ponè ſequerentur. Liuius lib. 2. Eo die penes Præfectum iuris faſces duodecim erant, Collegis nouem, ſinguli Accenſi apparebāt. Sed alius verbis Plauti euocandus eſt:

Τρεσ- *Exurge Præco, fac populo audientiam.*

Nam & hic acciebat. Idem Varro lib. 5. Vbi noctu in templū cenſura auſpicatur, atq; de cœlo nunciatū erit, Præconi ſic imperato, vt viros vocet. Quod bonū, fortunatū, fœlixq; ſalutareq; ſiet Pop. Rom. Quiritū, Reiq; pub. Populiq; Rom. Quiritū, mihiq;, collegæq; meo, fidei, Magiſtratuiq; noſtro. omnes Quirites, pedites armatos, priuatoſque, curatores oĩm Tribuum,

buum,ſi quis pro ſe ſine altero dari ratio-nẽ volet,voca inliciũ hûc ad me.Pręco in tẽplo primũ vocat,poſtea de mœris item vocat. Dion Nicæus in Adrian. Cũ olim quædã per vim, & ſuperbè in ludo armorũ peterẽt,nil eis diſtribuit, imò verò iuſſit illud Domitiani pronũciari, *Silete*, quod verbũ minimè prolatum eſt, nam Præco manũ cõtinuo ſuſtulit, ita eo ſigno, quod fieri ſolet, eos quieſcere fecit,atq; tacere. quare, inquit,nõ opus eſt vt ex præcepto ſileãt,qui iã tacuêre,hoc enĩ vult Prĩceps. neque tamẽ ideo iratus eſt Præconi, imò verò maiore in honore habuit, ꝙ grauitatem mandati nõ expoſuiſſet. Itẽ Populũ, & Trib⁹ad Comitia,Patres ad Senatũ vocabat.Liui⁹.Poſteaquã audita in foro vox eſt Pręconis Patres ad Decẽuiros vocãtis. Quin etiam in iudicijs Reos.i.Litigantes. facit l. Diuus.de reſtit. in integr. l. & poſt edictum. de iud. ff. Fabius lib. 6. cap. 5. Inſtitution. Orator. In publicis certè iudicijs vox illa Pręconis, præter Patronos ipſum, qui egerit, citat. Item Aſconius tertia Actione in Verrem: Apud Veteres & Iudices; & Rei, & Accuſatores cita-

citabantur à Præcone Prætorio. Fuêre enim varij Præcones, qui varijs Magiſtratibus apparebant. Imo etiam Teſtes citabat. Cicero 4 in verem: Iſte Teſtes citari iubet, dicit vnus & alter breuiter, nihil interrogatur, Præco dixiſſe pronũciabat Quod etiam manifeſtum fit ex Apulei lib. 1. Floridorum. Plutarchus autem in Gracchorum vita teſtatur, quod ſi quis capitali iudicio accerſebatur, & nõ veniret ad ſe defendendum, tum eum domi ante ianuam conſiſtens Præco citabat. In publicis etiam, idem Magiſtratus mandato Lictorem lege agere iubebat. Liuius lib. 25. Fuluius Præconi imperauit, vt Lictorem lege agere iuberet. Denique hic totus vocalis erat, ideoque à præcinẽdo, quòd antè vel fortiter canat ſecundũ Priſcinianum dictus Præco. Hic etiã Cãdidatos ſuis nominibus appellabat, leges ſubijciente Scriba Populo recitabat, in certaminibus nomẽ victoris exprimebat. Vergilius 5. Æneidos.

Victorẽ Æneas Præconis voce Cloanthũ
Declarat.

In actionibus publicis res quæ ſub haſta veni-

venibant (ſiue vt DD. loquũtur ad incantum) proclamabat, & præmia, vt inquit Cicero, cõficiebat. Huius miniſterio vocis omnes ferè Magiſtratus vtebantur: nã & Principes etiam per eum ad Populum ſæpiùs loquuti ſunt: Quin etiam cum Regem ſacrorum Flamineſq́ue non liceret videre ferijs opus fieri, per Præconẽ denunciabant, ne quid tale ageretur. Porrò alij in aream fori deſcendunt, Interpretes, qui Magiſtratibus ſuis lingua etiam apparent, nam horum opella egebant Romani ad Populorum externorum, & gẽtium barbararum ſermonem interpretandum ſiue legationem, ſiue magiſtratũ ipſi obirent. Tanta autem fuit linguæ Latinæ obſeruantia, & maieſtas, teſtis Valerius lib. 2. cap. 1. vt ne Græcis vnquã niſi Latinè reſpõſa darent. Quin etiam ipſa linguæ volubilitate excuſſa per Interpretem loqui cogebant non in vrbe tantum, ſed etiam Græcia & Aſia, quò Latinę vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur. Cicero Verrina 5. Aul⁹ Valentius eſt in Sicilia Interpres, quo iſte Interprete non ad linguam Græcam, ſed *Interpretes.*

ad furta & flagitia vti ſolebat. Sed Viatores à via, vnde accerſebant, dicti ſunt. Cicero de Senectute: A villa in Senatũ accerſebantur Curius & cæteri ſenes, ex quo, qui eos accerſebant, Viatores nominati. Columella in præfatione lib. 1. Illis tẽporibus Proceres in agris morabantur, & quũ cõſiliũ publicũ deſiderabatur à villis accerſebantur in Senatum, ex quo, qui eos accerſebant, Viatores nominati ſunt. Viatorem autẽ habebant Tribuni, & cæteri Magiſtratus, qui prę henſionẽ habebãt. Varro apud Gelliũ: In Magiſtratu habent vocationem, alij præhenſionem, alij neutrũ. Vocationẽ vt Coss. & cæteri qui habent imperiũ, præhenſionẽ vt Tribuni Plebis, & alij qui habent Viatorẽ, neque pręhenſionem neque vocationẽ, vt Quęſtores & cæteri, qui neq; Lictorẽ habent, neque Viatorẽ. Liuius lib. 2. Ardens ira Tribunus Viatorẽ mittit ad Conſulem, Conſul Lictorem ad Tribunum. Coss. autem etiam Viatorem habuêre. Idem lib. 23. Conſul Viatorem miſit, qui patri nũciaret, vt ſine Lictoribus ad Conſulem veniret. Valgius Rufus apud Gellium

Viatores.

cap.

cap. 3. lib. 12. ait ex collegio Viatorum, qui officium ligandi haberet, Lictorem appellatum, quòd cùm Magiſtratus Pop. Rom. virgis quempiam verberari iuſſiſſent, crura eius & manus ligari, vincirique à Viatore ſolita ſint: vtiturque ad eam rem teſtimonio M. Tullij, verbaque eius refert ex oratione, quæ dicta eſt pro C. Rabyrio. *Lictor* (inquit) *colliga manus*. Sed Tyro Tullius M. Ciceronis libertus Lictorem vel à lino vel à licio dictũ ſcripſit: Licio enim tranſuerſo, quod linium appellatur, qui Magiſtratibus (inquit) miniſtrabant cincti erant. Si quis autem putet propterea probabilius eſſe quod dixit Tyro, quãdo ſyllaba prima in lictore ſicut in licio producta eſt, & in eo verbo ꝙ eſt ligo correpta eſt, nihil ad rẽ iſtã pertinet. nã ſic à ligãdo lictor, vt à legendo lector, & à vincẽdo victor, productis quæ corripiebãtur vocalibꝰ, dicta ſunt. Quãdo autem, & quomodo inſtituti ſic Liuius libro primo. Cum cætero habitu ſe auguſtiorem, tum maximè Lictoribus duodecim ſumtis fecit: alij à numero auium, quæ augurio regnum portenderant, eum

Lictor

Orig. Lictorũ

Aaa 2 ſequu-

ſequutum numerum putant. Me haud pœnitet eorum ſententiæ eſſe, quibus & Apparitores,& hoc genus ab Hetruſcis finitimis, vnde ſella Curulis, vnde toga Prætexta ſumta eſt,numerũ quoq;ipſum ductum placet, & ita habuiſſe Hetruſcos, quòd ex duodecĩ populis cõmuniter Rege creato ſingulos ſinguli Populi Lictores dederint.De Romulo hacten⁹ Liuius. Macrobius autem lib. 1. cap. 6. Saturnalior. Lictores & huiuſmodi ornamẽta refert ad Tullum Hoſtilium, quem nõnulli purpuratũ cum Lictoribus in publicum prodijſſe ferunt. Exactis Regibus nihilominus tamen Lictores inſigne Regium Coss. retinuerunt.Idẽ Liuius lib. 2.Omnia iura, omnia inſignia, primi Coss. retinuêre, id modò cautũ eſt, ne ſi ambo faſces haberẽt, duplicatus terror videretur. Brutus prior concedente Collega faſces habuit, qui non acrior vindex libertatis fuerat, quàm deinde cuſtos. Imo etiam Decemuiri. Idem lib. 3. Initio Magiſtratus primum honoris diem denunciatione ingentis terroris inſignem fecêre: Nam cùm priores Decẽuiri ſeruaſſent, vt vnus

faſces

faſces haberet, & hoc inſigne Regium in orbem ſuam cuiuſque vicem per omnes iret, ſubitò omnes cũ duodenis faſcibus prodiêre. Centum, viginti Lictores forũ impleuerant, & cum faſcibus ſecures illigatæ præferebantur. Obligatæ autem erant huiuſmodi faſces cum ſecuribus, vt interea, dum diſſoluerẽtur, mora quadam Magiſtratuum iræ deferberent, vt auctor eſt Plutarchus. Iuſſi autem Lictores faſces & ſecures quas præferebant ſoluebant, & expediebant, atque virgis primũ, deĩ ſecuri percutiebãt. Liui⁹ lib. 2. Coſs. ſpoliare hominem, & virgas expediri iubent. Et paulò poſt: Quo ferociùs exclamitabat, eò infeſtiùs circũſcindere veſtẽ, & ſpoliare Lictor &c. Hînc illa horrendi carminis verba à Cicerone, & alijs recantanta: *I Lictor, colliga manus, viro forti adde virgas, lege age.* Vnde non ineptus videbitur meo indicio, qui Valgij & Tyronis Tullij relicta etymologia, Lictorẽ interpretetur quaſi legis actorem. Lictorum etiam munus fuit populum atque turbam ſubmouere, ad quod eleganter alludere viſus eſt poëta lyricus lib. 2. Carminum.

Cur obligata faſces.

Lictor quaſi legis actor.

Non enim gazæ, neque Conſularis
Submouet Lictor miſeros tumultus
Mentis, & curas laqueata circum
Tecta volantes.

Duodeni itaque Lictores Regi, Interregi, & Conſuli, Dictatori quatuor & viginti apparuêre. Prætores autem vrbani binos, Prouinciales autem & Proconſules ſenos habuêre: quod manifeſtum fit ex l. 14. de officio Proconſ. Paulo Æmilio in Prætura priuilegio honoris duodecim Lictores apparuerunt, vt Conſularem poteſtatem in prouincia haberet. In vrbe Conſulibus, & Prætoribus ius non erat cum ſecuribus faſces præferri, ſed tantùm faſces: Quippe ſuprema poteſtas, & ius de nece ciuis Cõſuli intra pomœrium non concedebatur, cùm autem foris eſſet, ſecures & faſces præferebantur. Quoties verò occurrebat minor Magiſtratus maiori, vt indicaret honorem deferri maiori poteſtati & imperio, Lictores ſummittebat. Porrò qui vrbanis Romę apparebãt Magiſtratibus ex Plebe Rom. erant Liuius lib. 2. Quatuor & viginti Lictores apparere Coſs. eoſipſos

Lictores ex plebe.

Plebis

Plebis homines nihil contemtius, neque infirmius, ſi ſint, qui contemnant. Magiſtratibus verò peregrè proficiſcētibus, atque in prouincijs agentibus quondam Brutiani apparebant, quòd (vt teſtis eſt Gellius lib. 10. cap. 3. Noct. Att.) cùm Brutij primùm totius Italiæ populi ad Hannibalem defeciſſent, idque Romani ægerrimè tuliſſent, Brutios ignominiæ cauſa, nec milites ſcribebant, nec pro ſocijs habebāt, ſed Magiſtratibus in prouincias eūtibus parere, & præminiſtrare ſeruorum vicem iuſſerunt: Hinc illud affectu plenum ex oratione M. Catonis: Iuſſit veſtimēta detrahi, atque flagro cædi, Decemuiros Brutiani verberauêre, vidêre multi mortales. Quinetiam, ſi minutiora perſequi velimus, ex Liuio obſeruare licet, Lictores Magiſtratus, quib' apparebant, domum deduxiſſe, & ianuā virga percuſſiſſe, ſic enī habet lib. *6.* Fortè ita incidit, vt in Seruij Sulpitij Tribuni Militum domo ſorores Fabiæ, cùm inter ſe, vt fit, ſermonibus tempus tererēt, Lictor Sulpitij, cùm is ſe domum reciperet, forem, vt mos, virga percuteret,

Brutiani.

Lictores ianuam pulſabant.

cùm ad id moris inſueta expauiſſet minor Fabia ; &c. Quam conſuetudinem adhuc ſeruant in hac vrbe Scabinorum Rabdouchi : in ipſo veſtibulo antequam domũ ingrediãtur aliquem citaturi, radio fores percutiũt. Intetdũ tamẽ Magiſtrat° ob perſonæ claritatem,& dignitatẽ virga fores percuti vetabant, ſicuti legimus factitatum à Põpeio Magno in domo Poſſidonij ſummi ſapientiæ profeſſoris, cui etiam faſces ſummiſit. Ex eodem grege Apparitorum fuêre Statores, dicti à ſiſtẽdo, vel à ſtando. Cicero lib. 2. Epiſt. Ad te Statores meos,& Lictores cum literis mitterem. Idem lib. 9. Prȩſto mihi fuit Stator eius cum literis, quibus ne venirẽ denuntiabat. Horum etiam mentio fit in l. 1. C. de cuſtod. Reorũ l. 4. de off. Proconſ. ff. Nemo Proconſulũ Statores ſuos habere poteſt, ſed vice eorũ milites miniſterio in prouincijs funguntur. Vbi Vlpianus viſus eſt reſpexiſſe ad conſtitutionem Alexandri Imperatoris: nam is, vt teſtis eſt Lampridius, prohibuit, ne ante Tribunos, aut Duces Apparitores irent. Apparitores, inquit, nullos eſſe paſſus eſt

Rabdouchi. *Statores.* *Conſtitutio Alexandri.*

Tribunis,aut Ducib⁹,milites anteire voluit,iuſſitq́;, vt ante Tribunũ quatuor milites ambularent,ante Ducẽ ſex,ante Legatũ decẽ, hiq́; ad domos ſuas reciperentur. Quanquam alij pro Statoribus Stratores legant, de quibus eſt etiam rubrica lib. 12. C. Poſteà autem numeroſam fuiſſe apparitionem Proconſulum vel ex eo conſtat, quòd quadringenti numerantur in l. 2. C. de Apparit. Proconſul. Et Comitib⁹ Orientis ſexcẽti aſſignati ſunt. de Comit.Orient. lib. 12. quanquam hęc numeroſa videri non poteſt, ſi maieſtatẽ imperij & fines ditionũ ſpectemus. Horum omnium, id eſt, Accenſorum Præconum, Viatorum, Lictorum,& Statorum, officijs & munijs noſtri ferè defunguntur Miniſtri,quos à ſeruiendo & ſeruãdo Seruientes dicimus.

Stratores.

Numeroſa apparitio.

Seruientes.

ARGVMENTVM.

¶ De Carnifice, Triumuiris Capitalibus, & Cuſtodijs.

Caput 14.

Carnifex.

PRoperãtibus nobis, & collimãtibus ad propoſitum finem, velut in portu nauigãtibus remora obijcitur Carnifex, quem ferè omiſeramus, quia inſolẽs forũ Rom. frequẽtat, hic tamẽ ſine elogio præteriri nõ vult, ideoque hoc caput præcedẽtibus annectẽdũ putauimus, quo vnà de carceribus, eorũ Cuſtodib⁹, & apparatu huiuſmodi triſtiũ miniſtrorũ, qui inter ſe affines ſunt, quia horũ vſus in publicis neceſſarius eſt, expediemus. Ex Ciceronis oratione pro C. Rabyrio perduellionis reo colligi poteſt Carnificẽ, nec ciuẽ, nec domicilium in vrbe habuiſſe: Sed moreretur, inquit, acerbiſſima morte millies Gracchus, quã in eius cõcione Carnifex cõſiſteret, quẽ nõ modò foro, ſed etiã cœlo hoc, ac ſpiritu Cẽſoriæ leges, ac vrbis domicilio carere voluerũt. Putabãt enim Populi Rom. coronã, & liberã ciuitatẽ pollui præſentia & cõtagione eiuſdem. Idẽ Cicero paulò antè: Vter noſtrũ tãdẽ Labiene popularis eſt? Túne qui ciuibus Rom. in cõcione ipſa Carnificẽ, qui vĩcula ad-

la adhiberi putas oportere? qui in campo Martio comitijs cẽturiatis auſpicato in loco crucẽ ad ciuium ſuppliciũ conſtitui & defigi iubes? an ego qui funeſtari concionẽ cõtagione Carnificis veto, qui expiandũ forum Pop. Rom. ab illis nefarijs ſceleris veſtigijs eſſe dico? qui caſtam cõcionem, ſanctum campum, inuiolatũ corpus omnium ciuium Rom. integrũ ius libertatis defendo ſeruari oportere? Sed cùm ex ſuperioribus patet Lictores nõ ſolùm ligaſſe, ſed virgis, ſed ſecuri percuſſiſſe, quid à Carnifice differãt nõ ſatis video: ſin autem in ordinem, & album Carnificum eos redigamus, quomodo ſubſiſtet, quod Lictores vrbanos ex plebe homines fuiſſe, atque vbiq; in foro & concione Magiſtratibus apparuiſſe diximus, cum Ciceronis loco, qui Carnificẽ ex foro, vrbe, concione ſuſtulit? Itaq; ſuſpicamur in re dubia Lictores tantùm in ciues Rom. lege egiſſe, perduelleſque virgis & ſecuri more maiorum percuſſiſſe, Carnifices verò crucifixiſſe, ſtrangulaſſe, gulam fregiſſe, & alia ſupplicia ſeruis, peregrinis, & ijs, qui ciues non erant, irrogaſſe: Ratò enim

Lictores & Carnifices quid differãt.

aut

Ciues Romani rarò vltimo ſupplicio affecti.

aut nunquam vltimo ſupplicio afficiebãtur ciues Rom. prohibentibus legibus Valerijs, & Sẽpronijs, ſub quibus tamen non comprehendebantur perduelles, in quos more maiorum animaduertebatur. Cicero 7. act. Facinus eſt vinciri ciuem Rom. ſcelus verberari, propè paricidium necari, quid dicam iu crucẽ tollere? Verbo ſatis digno tam nefaria res appellari nullo modo poteſt. Idem Cicero in Rabyriana veluti per anthiteſim comparat Carnificem cum Lictore: Porcia lex, inquit, libertatem ciuium Lictori eripuit, Labienus homo popularis Carnifici tradidit. Item Liuius lib. 3. V. C. vbi Decemuir ille perpetuus bonus tergo, ſanguini ciuiũ infeſtus, virgas & ſecures omnibus minitans, Deorum hominumq́ue contemtor, Carnificibus non Lictoribus ſtipatus. Idem Cicero 7. Verrina: Aderat Ianitor Carceris, Carnifex Prætoris, mors terrorq́ue ſociorum & ciuium Lictor. Quibus etiam manifeſtum fit Carnificem carceris cuſtodem nequaquam fuiſſe Romæ, vt quidam vir doctus putauit, nam ſi legibus Cẽſorijs, vt ait Cicero,

vrbis

vrbis domicilio carere debuit, quomodò cuſtodiã carceris habuit, qui in vrbe fuit? Expedit autẽ, vt ait Philoſophus 6. Polyticorum, vt diuerſus ſit qui cuſtodit, ab eo qui animaduertit in Reos. Põponi⁹ in l. 2. de orig. iur. ait Triũuiros Capitales conſtitutos, qui carceris cuſtodiam haberent, vt quum animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret. Neque abſimiles fuêre Vndecimuiris Athenienſibus, qui etiam cognoſcebant teſte Aſconio apud columnam Mæniam de ſeruorum & infimæ cõditionis hominũ criminibus. Veriſimile eſt autem Triumuiros capitales carnificinę præfuiſſe, atque ſub ſe Carnifices, Lorarios, Lanios, tintinaculos viros, & eiuſdẽ ordinis lixas habuiſſe, cum eorum inſtrumento. Salluſtius: Triumuiros, quę ſuppliciũ poſtulat, parare iubet. Atque apud eũdem legimus Ciceronem ſupplicium de Lentulo, & Cethego ſumſiſſe horũ Triumuirorum Capitalium interuentu. Et quoties apud auctores legitur morte aut ſupplicio affeciſſe, ita intelligendum eſt, quaſi interuentu eorum lege actum ſit, vt exempli cauſa apud Valerium

Triumuiri Capitales.

lerium lib. 8. c. 4. vbi dicit Alexandrum̃ ſeruum à Triumuiro in crucem actũ, ſic interpretor, id eſt, interueniente & præſente, atque etiam lege agere iubente Triumuiro. Sunt qui putent Carnifices, cùm Reos ad ſupplicum ducebant ſeruos & peregrinos, tintinabula geſtaſſe ad conuocandam plebem, vel ſubmouendã fortaſſe, ne contaminarentur. Hînc tintinaculi viri. Plautus in Truculento:

Tintinabula.

Tintinaculi viri.

Lanios accerſam duos cum tintinabulis.

Iterum:

—— Ne ego bilingues vos necem, niſi ad tintinaculos
Vultis vos educi viros.

Licet nonnulli à ſonitu qui per onomatopœiam tax dicitur, vel tinnitu flagrorũ dici malint, quales nominare poſſemus quoſdã, qui religionis ergo vicatim ſe flagellant in profeſtis & pridianis paraſcheues, qui etiam tintinabula geſtant. Porrò carceres dicti ſunt à coërcendo, pro quo facit l. aut damnum. §. ſolent. ff. de pœn. Inde hippodromi locus carceres etiam nominatur. Varro lib. 4. Carcer à coërcendo, quòd exire prohibet. Eſt autem locus

Carceres.

locus in carcere, quod Tullianum appellatur, cuius faciem horribilem deſcribit Salluſtius in Coniurat. Catilin. Idem Varro. In hoc pars quæ ſub terra Tullianum ideò additum à Tullo Rege, quod Syracuſis, vbi ſimili de cauſa cuſtodiuntur, vocantur Latomiæ, & de Latomia tranſlatum, quòd hìc quoque lapidicinæ fuerunt. Liuius lib. 1. Carcer ad terrorem creſcentis audaciæ media vrbe imminens foro ædificatur. Idem lib. 42. de Latomijs: Triumuiri Latomiarum intentiorem cuſtodiam habere iuſſi. Latumiæ autem teſte Aſconio lapidicinæ dicuntur loca cſiſis lapidibꝰ exſecta, de quibus ſæpius meminit Plautus in Captiuis, quas Lapidicinas & Latomias lapidarias vocat: *Tullianum* *Latumia*

Indè ibis porrò in Latomias lapidarias.

Et alio loco:

In lapidicinas compeditum condidi.

Et infrà:

Vidi ego multa ſæpè picta, quæ ſub Acheronte fierent

Cruciamenta: verùm enimuerò nullus adæque'ſt Acherons,

Atque vbi ego fui in lapidicinis.
Seneca: neque quenquam decipiat nomen Latumiarũ, minimè lauta res eſt. Iulius Obſequẽs prodigij loco refert, quòd Sergio Galba & M. Scauro Coss. in Latomijs homo ab homine adeſus ſit. Harũ etiam fit mentio in lib. 9. ex quib. cauſ. ma. & l. 1. §. vlt. de Aleat. Huiuſmodi carceres olim extructos Syracuſis à Dionyſio Tyranno teſtatur Cicero 7. Verrina: Latomias Syracuſanas omnes audiſtis, plęrique noſtis, opus eſt ingens, magnificum Regum ac Tyrannorum, totum eſt ex ſaxo in mirandam altitudinem depreſſo, & multorum operis penitùs exciſo, nihil tam clauſum ad exitus, nihil tã ſeptum vndique, &c. Et infrà: Carcer ille qui à crudeliſſimo Tyrãno Dionyſio factus Syracuſis, quæ Latomiæ vocantur, in iſtius imperio domiciliũ Romanorum fuit. In has quõdã detruſus fuit Philoxenus nobilis poëta, quòd ſchedia ab ipſo Dionyſio compoſita contra veritatẽ, aſſentatorum more laudare noluiſſet: Cuius carceris pædore & ſqualore labefactari nõ potuit eius animus cõſtantęr rigidus, nam cùm ex La-

Dionyſius Tyrannus

Philoxenus pœna.

ex Latumijs extracto in lucem iterũ aliæ gerræ & Siculæ nugæ proponerentur laudandæ ab eodem Tyranno, indignè ferens exclamauit, Πέμψον εἰς τὰς λατο-μίας, id eſt, mitte me in Latumias. Fœ- *Fœditas latumiarum.* ditatẽ huius carceris ita depingit Thucydides lib. 7. extremo, hoc modo: eos, qui in Latumijs erant, Syracuſani primũ duriter & acerbè tractabant: quum enim in loco illo concauo frequentes eſſent, primùm quidẽ ſol & æſtus eos offendebant, quòd locus apertus eſſet, & ſine tecto, noctes autem inſequẽtes, quæ autumnales erant, & frigidæ noua, & contraria ratione propter mutationem morbos inducebant. Eò accedebat, quòd propter loci anguſtias ibidem omnia facere, & naturæ neceſſitati parêre cogebantur. Quin etiam cadauera eorum, qui aut ex vulneribus, aut propter illam mutationem, aut ſimili quapiam de cauſa mortem obierant, ſimul congeſta & coaceruata erant. Ex quo quidem odoris intolerabilis fœditas conſequebatur. Robur verò aucto- *Robur.* re Feſto fuit, quo præcipitabatur maleficorum genus, quod antè arcis robuſteis

includebatur. Liuius libro 38. At enim quod ex bonis redigi nõ poſſit, ex corpore & tergo per vexationẽ & contumelias L. Scipionis petituros inimicos, vt in carcere inter fures nocturnos & latrones vir clariſſimus includatur, & in robore, & tenebris expiret, deinde nudus ante carcerem proijciatur. Valerius lib. 6. ait familiares Gracchorum de robore præcipitatos. Plautus in Curculione:

——At egò vos ambo in robuſto carcere,
Vt pereatis.

Apuleius apologia ſecunda etiam meminit: O ſubtilitas digna carcere & robore. Arcas autem robuſteias dici puto, quæ contignatione roborũ fiebant, ab arcendo dictæ. Cicero pro Milone: Subitò arrepti in quæſtionẽ, tamen ſeparantur à cęteris, & in arcas conijciũtur, ne quis cum his colloqui poſſit. Neque abſimilia eſſe puto ſepta illa, quæ trabiũ cãcellis roborãtur, quæ vernaculè *Geolas*, Latinè Roboraria dicere poſſemus. Eius generis, ſunt quæ à I. C. l. 7. depoſiti malæ manſiones appellantur, niſi equuleum malumus interpretari. Codex autem robuſteius, aut, vti le-

Arcę.

Malæ manſiones.

vti legendum exiſtimo, caudex, truncus eſt, ad quem alligabantur noxij & ſerui: Plautus in Pœnulo:

—— Ego iam detrudam ad molàs,
Indè porrò ad puteum, atque robuſtum
codicem.

Propertius:

Codicis immundi vincula ſentit anus.

Quin etiã inter vincula numerari poteſt numella, qua collum inſertum firmiter comprœhenditur, quaſi nuella, abundante litera m, à nuo, quòd nuere faciat, quãtumuis duras & rigidas ceruices, quibus ſuccollatur: Quale genus vinculi Græcis fuiſſe videtur κύφων, quales ſunt & cippi, quibus crura & brachia noxiorum captiuorum colligantur; vnde Ciparij cuſtodes denominantur. Prudens omitto alia vinculorum, neruorum, & & compedum genera, quibus corporis membra præpediuntur non ſolùm, ſed etiam arrogantes & contumaces ſpiritus deprimuntur, & franguntur, de quibus Plautus in Aſinaria: Numellæ. Κύφων: Cippus.

Aduorſum ſtimulos, laminas, cruceſq;,
compedeſq;,

Neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias.

Gemoniæ ſcalæ. Gemoniæ autem ſcalæ in Auētino erant, ad quas corpora damnatorum impacto vnco trahebantur. Tacitus: Tunc confoſſum, collaceratum, & abſciſſo capite trūcum corpus Sabini in Gemonias trahunt. *Gradus Gemonij.* Gradus Gemonij etiam dicuntur. Plinius lib. 8. c. 40. ſcribit canem à corpore ſerui non receſſiſſe abiecto in gradibus Gemonij. Horum frequens fit mentio apud Valerium, & alios auctores. An autē ſic denominati ſint ab ipſo conditore & extructore, vel potius à gemitu & gemendo non ſatis liquet. *Cuſtodia.* Verùm cuſtodia variè accipitur, nā ſępius ipſos carceratos denotat. Suetonius in Tyberio: In recognoſcendis cuſtodijs precāti cuidam reſpondit, nondū tecum in gratiam redij. Et cuſtodiarū ſeriem recognoſcens nullius inſpecto elogio ſtans tantummodo intra porticum mediū à caluo ad caluum duci imperauit. Et Iuriſconſulti in l. ſolent. de off. Proconſul. & legat. & tit. de cuſtodia & exhibit. reor. ff. pluribus in locis. Interdum pro cuſtodiendi actu & car-

& carceribus ponitur, vt in rubrica de cuſtod. reor. l. 1. ff. eodem: De cuſtodia reorum Procõſul æſtimare ſolet, vtrùm in carcerem recipienda ſit perſona, an militi tradenda, an fideiuſſoribus committenda, vel etiam ſibi. Hoc autem vel pro criminis quod obijcitur qualitate, vel propter honorem, vel propter ampliſſimas facultates, vel pro innocentia perſonæ. l. 2. de cuſtod. reor. C. l. 1. de effract. ff. Columella lib. 1. Nam illa ſolennia ſunt omnibus circumſpectis, vt ergaſtuli mancipia recognoſcant, vt explorent, an diligenter vincta ſint, an ipſæ ſedes cuſtodiæ ſatis tutæ munitæque ſint. Et Cicero in Verrinis ſæpius hoc modo vſurpat. Aliquando etiam cuſtodia, pro cuſtode accipitur. Tibullus: *Cuſtos.*

Sed precium ſi grande feras cuſtodia victa eſt.

Vt etiam in l. 20. C. de pœnis. Cuſtos vero carceris etiam Commẽtarienſis dicitur, quòd in commentarium cuſtodias redigat. Cicero 7. Verrina: Cedo rationem carceris, quæ diligentiſſimè conficitur, quo quiſque die datus in cuſtodiam, *Commentarienſis.*

 quo

quo mortuus, quo necatus ſit. Ex l. vlt. ff. de cuſtod. & exhibit. reorum apparet illum cogi ſingulis menſibus de perſonis reorum, & numero, de varietate delictorum, de clauſorum ordinibus, & ætate vinctorum ad Iudicem referre debere. Vndè deſumtus eſt articulus 7. Ordinationum ſiue Inſtructionū pro carcerum cuſtodibus, nuperrimè latarum. Sed periculum cuſtodiarum ſubibant cuſtodes. l. ad Commentarienſem. C. de cuſtod. reor. l. miles. ff. eod. Etſi autem carceres ad continendos homines, vt ſuprà dictum eſt, non ad pœnam & ſupplicium parati eſſe debeant, interdum tamen ad caſtigationem delinquentium

Carcer pœnalis. conſtituti videntur. Cicero 2. Catil. Sentiet in hac vrbe eſſe carcerem, quem vindicem nefariorum ſcelerum maiores noſtri eſſe voluerunt. In foro quidem Eccleſiaſtico carcer ille pœnalis eſt, cùm quis ad perpetuos carceres cōdemnatur, macerãdus pane doloris, & aqua triſtitiæ. cap. forus. ext. de verb. ſignificat. cap. quamuis. de pœnis lib. 6. quæ quidē pœna morti ſæpius æquiparatur, imò qua-

uis mor-

uis morte grauior, niſi, quibus illud Euripidis in Iphigenia placet magis: Euripides.

Aſpectus huius lucis eſt mortalibus
Dulciſſimus. Verùm profunda manium
Haud vllus eſt, qui concupiſcat cernere:
Neque mente ſana, quiſquis exoptat mori:
Malè viuere autē ſatius eſt, ac mori bene.

Iure autē ciuili perpetui carceres prohibiti ſunt, & ignoti. l. aut damnū. §. ſolent. l. mādatis. ff. de pœnis l. incredibile. C. eodē. Quanquam & recenſere poſſemus exēpla damnatorū ad perpetua vīcula, vt apud Valeriū lib. 6. c. 3. de Caio Vatieno, qui publicatis bonis ad æterna vincula dānatus eſt, quòd ſibi ſiniſtræ manus digitos abſciderat, ne bello Italico militaret. Adde C. Cornelij Primipili l. Scantinia damnati aliud exemplum, qui in carcere mori coactus eſt, apud eundem lib. 6. c. 1. Prudens item prætereo, quæ refert Suetonius in vita Tyberij, qui magnam partem Plebis ac Decurionum in perpetua vincula coniecit, quò citiùs me his expediam. Sunt etiam carceres hoſtium aut prædonum, de quibus fit mentio in l. ſuccurritur. ff. ex quibus cauſis maiores.

Perpetui carceres.

Carceres hoſtium.

Alia etiam genera refert Baldus in authent. ſi captiui. C. de Epiſcop. & Cleric. & Bartholo. Chaſſaneus in conſuetud. Burgund. *Priuati carceres.* Priuati autẽ carceres adeò ſeuerè prohibentur, vt plectatur vltimo ſupplicio, qui ijs vtitur. l. 1. de priuat. carcer. C. Verùm quia abundè de cuſtodijs tractatur in conſtitutionibns nuperrimè editis ſuper iuſtitia criminali, quæ ex iure deſumtæ ſunt, non putauimus inculcanda, ſed à carceribus ad metas tandem veniendum, quod faciemus, ſi hoc vnũ adiderimus ex Plinio, *Serui publici cuſtodes.* In quibuſdam prouincijs moris fuiſſe, vt per ſeruos publicos rei cuſtodirentur: Sic enim libro decimo Traianus in hæc verba reſcripſit: Perſeueremus in ea cõſuetudine, quæ iſti prouinciæ eſt, vt per publicos ſeruos cuſtodiantur.

Argumentum.

¶ De ſententijs, earum cõceptione & pronũtiatione.

Caput

Caput 15.

EXpeditis & in ordinem redactis Apparitoribus, reſtat de pronũtiatione ſentẽtiæ,& re iudicata dicere, vt tãdẽ circulũ iudiciariũ expediam⁹. Ex ſuperiorib⁹ cõſtat Iudices in maiorib⁹ iudicijs non dixiſſe aut pronuntiaſſe ſententiã ſed mutis tabellis clam declaraſſe: Prætorem autem mero functum imperio ex tabellarum maiore numero ſententiam pronuntiandam collegiſſe. Numerabantur ſiquidem tabellæ, nec ſententiæ ponderabantur, nec aliud in publico cõſilio fieri poteſt, vt ait Plinius lib. 2. epiſt. ad Arrianũ, in quo nihil eſt tã inæquale quàm æqualitas ipſa: nam cùm ſit impar prudentia, par omnium ius eſt. Prætor itaq; ſententiam ex tabellis abſolutorijs aut condemnatorijs cõiectam pronunciabat abſolutoriam, aut condemnatoriã, priùs tamen depoſita Prætexta. Valerius lib. 9. Siquidem cum M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat, prætextam ponentem vidiſſet, id eſt, ad effandam, fulminãdamque ſen-

Iudices in publicis non pronunciabant.

Prætor ſententiã capitalem cõcipiebat & pronuntiabat.

que ſententiam capitalem, & definitiuè pronunciandum. Interdum etiam Quæſitor & Iudex quæſtionis. Plinius cap. 13. lib. 14. Cn. Domitius Iudex pronunciauit mulierẽ videri plus vini bibiſſe, quàm valetudinis cauſa, viro inſciente, ac dote multauit. Notanda autem hic venit Apo-

Aporia Rom. in ferẽdis ſententijs.

ria vſitata more Academicorum in ſentẽtia: non enim feciſſe pronũciabatur (quis enim alieni facti ità certus eſſe poteſt?)

Videri.

ſed videri feciſſe, quaſi id Actoris probationibus, ſignis, coniecturis, argumentis validioribus, quã Rei tribuerẽtur, quum in allegata & probata pronuntietur: non enim quid factum ſpectatur, ſed quid probatum, vt ex regula iuris, Actore nõ pro-

Socrate.

bante abſoluitur Reus: quod planè Academiæ proprium, & olim à Socrate vſurpatũ, vt teſtes ſunt Platonici dialogi, vbi non quid ſit veſtigatur, ſed quid dicatur,

Pyrrhonij.

quomodóue firmetur. Idẽ faciebãt Pyrrhonij, nã inter hos & Academicos quid, & quantum interſit vetus eſt quæſtio à multis ſcriptoribus Græcis agitata: Vtrique enim σκεπτικοὶ, ἐφεκτικοὶ, ἀπορητικοὶ dicuntur, quoniam vtrique nihil affirmant, nihil-

nihilq; cōprȩhendi putāt de quibus ca.5. lib.11.Gelli⁹.Cicero in Academicis quȩſtionib⁹,de Socraticis,qui rerū cōprȩhenſionem negabant:Quam rationē (inquit) maiorum etiam comprobat diligētia,qui primū iurare *ex ſui animi ſentētia* quenque voluerūt,deīde teneri *ſi ſciēs falleret*,quòd inſciētia multa verſaretur in vita. Tū qui teſtimoniū diceret,vt *arbitrari* ſe diceret, etiā quod ipſe vidiſſet: quæq; iurati Iudices cognouiſſent, ea non vt eſſe facta, ſed vt *videri* pronūciarent. Ex quo habēt Romani inſtituti ſui originē, agnoſcūt & alterius in teſtificando. Ad rem facit, quod idem ſcripſit 6. Verrina: O præclarū Imperatorē, cōprȩhendi iuſſit, quis non pertimeſcat cauſam dicere dominis, quid ſeruis tā formidoloſū feciſſe videri pronūtiauit.Tacit⁹ lib.14.Pronūciem⁹ vltro dominū cȩſū videri.Valeri⁹ li.2.At is,inquit,iure eū cæſū videri.Veſtigia ſūt in l.1.§.quȩri poſſet.ad S.C. Turpi.l.20.de his qui notāt.infā.l.21.§.1.de recep.ar.ff.Sic Vlp. in l.1.de iuſt.& iur.vt inuidiā amoliretur,vel Academicum agens,verā,inquit,ni fallor, philoſophiam,non ſimulatam, affectātes. *Arbitrari.*

In pri-

Priuatorum Iudices. In priuatis autem ſententias ſuas pronũciabant Iudices. Iulian. tit. de iudic. de qua re cognouerit Iudex, pronunciare quoque cogendus erit, Paulus reſpondit. Iudices à præſide dati ſolent etiã in tempus ſucceſſorum eius durare, & cogi pronunciare, eaſque ſentẽtias ſeruari in eundem ſenſum etiã Scæuola reſpondit. Hac
Formula. autem vſos formula, *ſi quid mei iudicij eſt*, idem Cic. lib. 2. de finibus auctor eſt: Priuatorum litiũ Iudices ſumus: nihil enim poſſumus iudicare, niſi quod eſt noſtri iudicij: in quo fruſtrà ſolent addere, cum ſententiam pronunciant, *ſi quid mei iudicij eſt*. Si enim non fuit eorum iudicij, nihilo magis hoc non addito, illud eſt iudicatum, quod iudicat ſenſus. Ad quam formulam idẽ viſus eſt mihi alludere in oratione illa pro Archia poëta ſtatim in principio: Si quid eſt in me ingenij, Iudices, quod ſentio quàm ſit exiguum. Notandum eſt etiã quod ſcribit Dionyſius lib. 7. lege cautũ fuiſſe, vt æqualitate ſuffragiorum Reus abſolueretur. Exemplum in Mario Plutarchi: veruntamen (inquit) quanquam primis diebus multùm fuiſſet

in iu-

in iudicio iactatus Marius, atque infeſtis vſus Iudicibus: poſtremò tamen præter expectationem æquantibus ſententijs eſt abſolutus. Vnde in vſu prouerbium, *AEquales calculi.* Paulus l. 38. de re iud. inter pares numero Iudices ſi diſſonæ ſẽntẽtiæ proferãtur, in liberalibus quidem cauſis, ſecũdum quod à diuo Pio conſtitutũ eſt, pro libertate ſtatutũ obtinet. In alijs autem cauſis, pro Reo: quod & in iudicijs publicis obtinere oportet. Cur autem paribus Reus abſoluatur ratio eſt, quòd naturalis fauor eſt pro laborãtibus & reis nec ampliabatur. Cuius fauoris alias adfert rationes Ariſtoteles in Problematis, quòd in poteſtate Actoris ſit, experiri velit, nec ne, non itẽ in Rei. Præterea Reus metu dãnationis præſumitur multa omiſiſſe de neceſſarijs, quod accidit grauiter commotis, vt ſibi excidant. Deniq; quòd præſtet nocentem abſoluere, quam innocentem damnare. vt habetur in l. abſentem. ff. de pœnis. Ex quibus lumen accipit l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. Recitabantur autem ſententiæ à Prætoribus Romæ, aut à Præſidibus in prouincijs clarè

Prouerbium.

L. 168 de reg. iur. explicata.

Pronũciatio.

clarè & articulatè, vt melius intelligerẽtur. Apuleius Floridorũ lib. 1. Enimuerò ipſe Proconſul moderata voce rarẽter & ſedens loquitur, & plærunque de tabella legit. Huc pertinet inſulſa & inconſulta ſed tali Iudice digna ſentẽtia Claudij Cæſaris, quã ex libello recitauit. Verba Suetonij aſſcribam: De quodã negotio ita ex tabella pronũciaſſe creditur, ſecundũ eos ſe ſentire, qui vera propoſuiſſent. Nã pro eodem libellum & tabulam accipi puto: quod ex collatione Poncij Diaconi in vita Cypriani manifeſtum fiet, ſi cùm Auguſtini loco in ſermone, quem habuit de eodem Martyre, cõferatur. Hic autem ſic habet. Cùm Galerius Maximus decretũ ex libello recitaſſet, *in Taſcium Cyprianum gladio animaduerti placet*, reſpondit ille, *Deo gratias*. Ille autem: Sententia ex tabula recitata eſt ita: *Taſcius Cyprianus gladio feriatur*. Ex quibus etiam patet, quanta breuitate vterentur Romani in ferendis ſententijs, ſi modò hæc integra, nec acciſa ſint. Quod verò neceſſe non fuerit olim Iudices ex ſcriptis pronuntiare, facit vt credam titulus 44. lib. 7. C. vbi demum

Ridicula Claudij Cæſaris ſententia.

Libellus. Tabella.

De ſententijs ex periculo recitandis

mum ſtatuitur abs Valent. & Galien. Impp. ſententias definitiuas in ſcriptis redigendas, & pronunciandas eſſe à Iudicibus ex breuiculo, ſeu potiùs periculo, nam & hoc poſtremum iam pridem in hac ſignificatione repoſitum eſt contra reſtitutiones Alciati & Budæi. Porrò cùm ex eodem titulo cogantur ipſi Iudices ſuas ſententias pronuntiare, excipitur eminentiſſimus Præfectus Prætorio, & alij illuſtres Iudices, qui per officium & eos qui miniſterium ſuum illis accommodant, recitare ſuas ſententias definitiuas poterant. l. 2. d. tit. de ſentent. ex pericul. recitand. neque enim in alio, aut alijs excipiuntur, niſi quod poſſint ſuas ſententias per alios recitare. Ad inſtar autem illuſtrium perſonarum eadem prærogatiua gaudent Epiſcopi propter dignitatem, vti ſtatuit Bonifacius 8. Romanus Pontifex in cap. vltimo de ſentent. & re iud. Nunc paſſim autem ſententiæ lectitandæ pedaneis Actuarijs & Scribis, proponuntur. Cæterùm & ipſos Præſidētes Parlamentorum in Gallijs ſua pronuntiaſſe areſta ſæpius & liben-

Præſidens Gallic.

libenter audiuimus in pridianis ſolẽnium feſtorùm : Nam tum ſi quæ ſint magni momenti, & ad exemplum pertinentia, ferè deductis medijs, & cauſæ meritis allegatis & probatis vtrinque, tandem pro altera parte pronunciant. Duo etiam capitalia præcipuè in memoria habeo ob celebritatẽ, quæ audire memini à D. Manſencallo primo Præſide Tholoſano. Vnũ contra Malraſium Præſidem Collegam repetundarum & peculatus reum, qui cingulo, & inſignibus militiæ togatæ exauctoratus fuit. Alterum contra Arnoldum Tyliũ, qui inſtar Protei alienum vultum indutus, ita effigiare poterat perſonam & mores Martini Guerræ, quẽ mentiebatur, vt diu pro eo ſit habitus & creditus ab vxore & conſanguineis eiuſdem. Et quum ſecreta genialis thori panderet, & multa quorum cõſcius eſſe poterat ſolus maritus, diu velut alter Plautinus Amphitruo cum Alcmena cubuerit : Quæ idem Manſencallus memoriter & cũ flumine eloquẽtiæ pronunciabat : Nam nequaquam aſtringi ſe putant, vt ex periculo recitent. Quę tanto libentiùs refrico,

Duo aresta celebria.

quòd

quòd omnibus fori Candidatis cõſultum velim, vt ſi quando detur & conceſſum ſit, huiuſmodi curias & cõuẽtus frequententent, & in ijſdem viros celebres affectentur, quia ex his non minorẽ fructũ reportabunt, quã ex quibuſdã prælectionibus. Latinè verò ſentẽtia ferebatur à Magiſtratibus Rom. tam Romæ, quàm in Prouincijs. Liuius lib. 45. Aſſuetis regio imperio, tamen nouam formam terribilẽ præbuit tribunal, ſummotior aditus, Præco, Accenſus, inſueta omnia oculis, auribuſque, quæ vel ſocios, nedum hoſtes terrere poſſent. Silentio per Præconẽ facto Paulus Latinè, quæ Senatui, quæ ſibi ex conſilij ſentẽtia viſa eſſent, pronunciauit, &c. Tryphonius l. 48. de re iud. Decreta à Prætoribus Latinè interponi debẽt. Vnde Tyberius Imperator, vt Suetonius teſtis eſt in eius vita, quendã albo Iudicum eraſiſſe dicitur, quòd Latinè neſciret. Ipſe autem Tyberius, quanquam aliâs prõtus & facilis Græci ſermonis, non tamen vſquequaque vſus eſt, abſtinuitq; maximè in Senatu, adeò quidẽ, vt monopolium nominaturus veniã priùs poſtularit, quòd

Latinè ſententia ferebatur.

ſibi verbo peregrino vtēdum eſſet, atque etiam in quodam decreto Patrum quum ἔμβλημα recitaretur, cōmutandam cēſuerit vocē, & pro peregrina noſtratē requirēdā, aut ſi nō reperiretur, pluribus & per ambitū verborū rē enunciandā. Militem quoque Græcè teſtimonium interrogatū niſi Latinè reſpondere vetuit. Sed de Romanis rerum dominis ità mirum nō eſt: Conſentaneum enim ſemper viſum fuit, victos & ſubditos, nō modò in legibus, verùm in moribus & ſermone, ſeſe componere ad victorū imitationē. Quoties item Deus populum ſuū vlciſci voluit, confuſionē linguarū immiſit, vt habetur Geneſ. 11. & Ieremiæ 5. Ecce ego adducā ſuper vos gentē de longinquo. gentē robuſtam, gentē antiquā, gentē cuius ignorabitis linguā. quod anteà inter cæteras maledictiones Deuteron. 28. comminatum fuit nō ſeruantib⁹ Dei præcepta: Quas vtinā De⁹ auertat à nobis. Mirum verò eſt maximè, quod in Curijs quibuſdam obſeruatur, vt nō ſolū decreta, ſed iudicialia acta omnia Latinè celebrētur. Quod non ita pridem

vſita-

vſitabatur apud ſuprema Tribunalia Parlamẽtorũ Galliæ,nã anno M.D.XXXIX. demum edicto Frãciſci Regis ſtatutũ eſt, vt omnes non modò ſententiæ, ſed & cõtractus,teſtamenta, & actus legitimi vernaculè interponerẽtur: Et rectè quidem meo iudicio. nã non fit ſine diſpendio & maximo incõmodo plebeculę & litigantium,qui Latinè non norũt, quibus facilè Pragmatici os ſublinũt. Tolerabilius quidem foret, ſi ob linguæ præſtantiam atq; eiuſdem puritatem amplecterẽtur,ſed tãtùm abeſt vt Latinè,quum Latinogallicè, aut potiùs neutrum Hybridæ loquantur, quin etiam vtrunque peruertant. Certè idiotiſm⁹ (quæ præcipua & peculiaris eorũ eſt dialectos) planè Præuaricatoribus aptiſſimus videtur. Poſteà Arcadius & Honor. Impp. edicta & ſententias tam Græca, quàm Latina proferre Proconſules paſſi ſunt. l. 12. de ſentent. & interloc. omniũ Iud. Nã tranſlato Byſantiũ imperio non minor Imperatoribus cura propagandæ linguæ Græcæ,quàm Latinæ, fuit. Legimus tamen tempore Ciceronis Romę actitatas etiam actiones Grecè.

Edictum Franciſci Valeſij.

Expedit Vernacule cauſas agere.

Arcadij & Honorij conſtitutio.

Actiones Græcæ.

Valerius lib. 2 de C. Mario. Quis ergo huic conſuetudini, qua nũc Græcis actionibus aures curiæ exſurdantur, ianuã patefecit? vt opinor, Molo Rhetor, qui ſtudia M. Ciceronis acuit: eum namque ante omnes exterarum gentium in Senatu ſine Interprete auditũ conſtat. Sic etiam Claudius, teſte Suetonio, linguæ Græcæ adeò ſtudioſus fuit, vt in Senatu legatis perpetua actione reſponderit. Pro tribunali autem ſedendo ferenda fuit ſentẽtia, ita vt ſententia à ſtante lata nullius ſit momenti. Rationem pete à Socero lib. 1. Hiſtoriæ, vbi de ſeſſionibus Iudicũ quædã dicta ſunt. Sed hæc in ordinarijs, nam cauſæ ſummariæ de plano, & leuato velo (vt Impp. Honor. & Theodoſ. loquuntur) expediri poterant. Quin etiam ſententiæ, vt Senatuſconſulta, noctu latæ nõ valent. Sed quia ſuperiùs etiam quædã dicta ſunt, hîc inculcare non putauimus operæprecium: neque enim decreuimus perſequi ſententias ipſo iure nullas. Hoc tamen addemus, de vnoquoque negotio præſentibus omnibus, quos cauſa contingit, iudicari oportere. aliter enim iudicatum tantùm

tantùm inter præſentes tenet. l. 47. de re iud.

Argvmentvm.

¶ Quod ſententia mutari nequeat,& de prouocatione.

Caput 16.

Sententia verò prolata inſtar oraculi nullo modo mutari poterat. Apuleius lib. 1.Floridorum: Proconſulis autem tabella ſententia eſt, quæ ſemel lecta, neque augeri litera vna,neq; minui poteſt.Hinc eſt quod Cicero. 3. actione in Verrem criminosè obijcit, quod ſua decreta ſubinde mutaret. Iudex enī poſtquam ſemel ſententiā dixit, poſteà iudex eſſe deſinit,& hoc iure vtimur, vt Iudex, qui ſemel vel pluris,vel minoris condemnauit,ampliùs corrigere ſuā ſententiā nō poſſit: ſemel enim ſeu malè,ſeu bene officio functus eſt. l. Iudex. l.quum qęrebatur. ff. de re iud. Paulus etiam in l. acta. eodem ait, de amplianda vel minuenda pœna damnatorum poſt ſententiam dictam, ſine principali auctoritate nil eſſe ſtatuendum. addatur.l. moris. §. iſte ferè. *Sententia mutari non poteſt.*

l. Diui.ff.de pœnis. Item Diocletian. & Maxim. Impp. eodem. Pœnam ſua dictam ſententia Præſidi Prouinciæ reuocare non licet. Huc etiã pertinet apophtegma,quod refert Plutarchus de Philippo Macedonum Rege,qui cum dormitabundus condemnaſſet Machetem, iſque appellaſſet Philippum vigilantem, & attentũ,rurſus cognita cauſa,iudicata quidẽ non reſcidit, ſed pecuniam,in quam Machetem condemnauerat, ipſe perſoluit. Idem ferè narrat Valerius lib. 6. c. 2. de quadam muliere, quæ à Philippo eodem temulento immerenter damnata: Prouocarem,inquit,ad Philippum,ſed ſobrium. Verũ aliter, quæ ſequuntur: excuſſit crapulam oſcitanti, ac præſentia animi ebriũ reſipiſcere,cauſaque diligentiùs inſpecta, iuſtiorẽ ferre ſentẽtiã coëgit. Ecce nouo exẽplo,& nouo iure dicit ſentẽtiã correxiſſe. Sed huiuſmodi appellationes aliquãdo recipiũtur, & cauſa iterũ retractatur,niſi malim⁹ eas ſupplicationes poti⁹, quàm appellationes nominare, cùm hæ ad ſuperiorẽ,illæ ad eundẽ Iudicẽ ſemper fiãt:quales etiã nominare poſſumus,quas aliquan-

Apophtegma.

aliquādo interponi audiuim⁹ à rege malè informato ad regē meli⁹ informādū. Porrò & ſi quidē reſcīdere ſuā ſententiā præcedētē Iudex nō poſſit, reliqua tamē, quæ ad conſequentiā quidē iā ſtatutorū pertinēt, priori tamē ſentētiæ deſunt, circa cōdemnandum reū, vel abſoluendū debere ſupplere, ſcilicet eodem die, Paulus reſpondit tit. de re iud. Macer l. 4. de appellat: Ab executore ſententiæ appellare non licet: ſed ab eo, qui ſententiam malè interpretari dicitur, appellari licet: Si tamen is interpretandi poteſtatem habuit, velut Præſes Prouinciæ aut Procurator Cæſaris, ita tamen, vt in cauſis appellationis reddendis, hoc ſolùm quæratur, an iure interpretatū ſit, idque etiā Diuus Antoninus reſcripſit. Vidimus tamē poſt ſententiam capitalem, aſperiorem aliam in iam condemnatū ferri ab iiſdem Iudicibus, verùm nouo quodā iudicio id fiebat, emergentibus poſt latam ſententiā in publicum nouis flagitijs, & criminibus, quæ antè abſcōdita & ignota erāt. Extat etiam reſcriptum regium ad quoſdam Iudices, quo precipitur mutata ſententia ſeueriùs

Sententia interdum mutari poteſt.

animaduerti in hæreticos, ſi rurſus hæreſim, quã diſſimulabant amplexentur. Sed hæc odioſiora fortaſſis ſunt. Itaque ad alia pergamus. Ergò contra ſententiam latam

Prouocatio.

reſtabat prouocationis remedium. Nam niſi intra biduum in propria cauſa, in aliena autem intra triduum appellaretur, ſententia trãſibat in rem iudicatam, vt videre eſt ex l. 1. §. biduum. quand. appell. ff. l. eos. §. ſin autem. de appellat. C. nam ex iure antiquo quodnam aliud fuerit tempus appellandi conſtitutum, legere non memini. Nouiſſimè autẽ intra decem dies continuos appellatio interponi debet. auth. hodie. C. de appellat. Prima quidem appellatio à Duũuiris ad Populum ab Horatio, qui ſororem necauerat, interpoſita fuit, quum Tullus Rex Duumuiros, qui Horatio Perduellionem iudicarent, ſecundum legem feciſſet. Lex horrendi carminis eſt apud Liuium lib. 1. V. C. *Duumuiri perduellionem iudicent: ſi à Duumuiris prouocarit, prouocatione certato. ſi vincent, caput obnubito, infœlici arbori reſte ſuſpendito: verberato, vel intra pomœrium, vel extra pomœrium.* Sed hoc raro, & inuſitato

Duumuiri.

ſitato cæteris exemplo factũ eſt à Tullo Hoſtilio,credo,vt inuidiam tam triſtis ingratiq; iudicij ad Populum non ſubiret, vel auctor non eſſet ſubuertendi iudicij ſi abſoluiſſet: quod innuit idem Liuius.Itaque poſt longam deliberationem, vt ait Dionyſius, viſum eſt factu optimum eam cognitionem referre adPopulum, nam cùm Populus omnem ſuam poteſtatem lege Regia in eum contuliſſet, quorſum ad Populum prouocatio?Stultum eſt, inquit Vlpianus l. 1. à quib. appell. non lic. illud admonere, à Principe appellare fas non eſſe,cùm ipſe ſit qui prouocetur.Statim verò à regifugio lata eſt lex à Valerio Publicola de prouocatione aduerſus Magiſtratus ad Populũ, auctor idem Liuius lib. 2. Anno autem trecenteſimo quarto à Lucio Valerio repetita eſt,quum paulò antè ſublata fuiſſet à Decemuiris appellatio: nã & his ſine prouocatione ius ſummum datum erat, vt auctor eſt Pomponius l. 2. de orig. iur. Liuius: Legem de prouocatione vnicum præſidium libertatis Decemuirali poteſtate euerſam Coſs. non reſtituunt modò, ſed etiam in poſte- *LL. Valeriæ*

rum muniunt, ſanciendo noua lege, ne quis vllum Magiſtratū, ſine prouocatione crearet, qui creaſſet, eum ius, faſque eſſet occidi, néue ea cædes capitalis noxæ haberetur. Anno dein quadringenteſimo quinquageſimo tertio rurſus ab eadem familia Valeria perlata fuit. Liuius libro decimo. Eodem anno M. Valerius Cons. de prouocatione legem tulit diligentiùs ſanctam. Tertiùm ea tum poſt Reges exactos lata eſt, ſemper ab eadem familia. Cauſam renouandæ ſæpius haud aliā fuiſſe reor, quàm quod plus paucorum opes, quàm libertas Plebis,

L. Portia.

poterant. Portia tamen lex ſola pro tergo ciuium lata videtur, quòd ea graui pœna, ſi quis verberaſſet, necaſſétue ciuem Rom. ſanxit: Valeria lex cùm eū, qui prouocaſſet, virgis cædi ſecuriq́ue necari vetuiſſet, ſi quis aduerſus eam feciſſet, nil vltra quàm improbè factū adiecit. Id (qui tum hominum pudor erat) viſum credo

Prouocatio ad mille paſſus.

vinculum ſatis validum legis. Notatu tamē dignū eſt huiuſmodi prouocationem vires ſuas extendere intra vrbem, & extra vſque ad primum lapidē, id eſt, vt nunc loquimur

quimur, intra vrbem & banleucã. Quod vt manifeſtũ fiat, lubet Liuij verba in medium producere. Sic autem habet lib. 5. Igitur Tribuni, vt impediendæ rei nulla ſpes erat, de proferendo exercitu agere, eò magis quòd & Augures iuſſos adeſſe ad Regiũ lacum fama excierat, locumq; inaugurari, vbi auſpicatò cũ Populo agi poſſet: vt quicquid Romæ vi Tribunitia rogatum eſſet, id Comitijs ibi abrogaretur, omnes id iuſſuros, quod Coſs. vellẽt, neq; enĩ prouocationẽ eſſe longi⁹ ab vrbe mille paſſuũ: & Tribunos, ſi eò veniãt, in alia turba Quiritũ ſubiectos fore Cõſulari imperio. Legimus tamen à Prouincialibus Prætoribus ad Tribunos appellatum. *Appellatio ad Tribunos.* Plutarchus quidem in vita Cæſaris teſtis eſt P. Antonium cùm cauſam diceret in Macedonia accuſantibus Græcis Marco Lucullo Prætore, ad Tribunos prouocaſſe Romam. Item & Lucius Scipio damnatus ad Tribunos prouocauit: Idem in Catone Cenſorio. Ius autem dicebant in Baſilica Portia auctore eodem Plutarcho in Catone Vticenſi. In vrbe etiam ijdem appellabantur,

bantur vt intercederent, ne dies aut actio diceretur, atque auxilio eſſent oppreſſis. Tacitus lib.14. Annalium: Tum primùm ea lex reuocata credebatur, quæ haud perinde exitium Antiſtio, quàm Imperatori gloriam quæſiuit, vt condemnatus à Senatu interceſſione Tribunitia morti eximeretur. Liuius lib.2. Volero appellat Tribunos, cùm auxilio nemo eſſet, & cęt. Idem lib.3. de Appio Claudio Decemuiro: Quod ſi indicta cauſa in vincula ducatur, iterũ ſe Tribunos appellare, & cęt. Quo in loco Tribunitium auxilium, & prouocationem duas arces libertatis tuẽdæ vocat. Florus autem lib. 55. epitom. Liuij: Matienus quidem apud Tribunũ Pleb. accuſatus, quòd exercitum in Hiſpania deſeruiſſet, damnatus ſub furca diu virgis cęſus eſt, & ſeſtertio nũmo venijt. Apud Gellium lib.4. c. 14. extat decretum contra A. Hoſtilium Ædilem, qui Manuliæ meretrici diem dixerat ad Populum, quòd de ambulacro Manuliæ noctu lapide ictus eſſet, & ne cum Populo Ædilis ageret, interceſſerunt Tribuni. Hãc prouocationem Plebis ad Tribunos

ſuſtulit

ſuſtulit Sylla, quam Pompeius iterum lege lata reſtituit. Verumenimuero prouocationis legibus Valerijs, & Porcia, quæ pro libertate, tergo, & ſcapulis latæ erāt, teneri ſe non exiſtimabant Conſules, & Magiſtratus turbulentis Reipub. temporibus: nam quis non putet aliam gubernandi nauis rationem eſſe in tempeſtate, aliam ſecūdo vēto? Certè cum S.C. factum erat, *Videant Coss. ne quid Reſp. detrimenti capiat*, omnis poteſtas tribuebatur, tumque in ſeditioſos & perduelles nulla reuerentia & religione legum de prouocatione, quibus exolutos ſeſe credebant, animaduertebant. Hac enim particula rerū ſumma tribuebatur, vt teſtatur Plutarchus in vita Ciceronis, & Pauli Æmilij, cuius hæc verba ſunt: Senatuſconſulto ſumma rerum Coss. datur, *ne quid detrimenti Reſp. caperet:* Quo vno verſiculo ſatis armati. Quod non crebriùs à Senatu agi ſolitum, quàm cùm ingentis metus, & periculi diſcrimen Reip. immineret. Cic. in Miloniana: Quanquā, quis hoc credat, Cn. Pompeius cum Senatus ei commiſerit, ne quid detrimenti Reſp. caperet.

Prouocationi interdum non cedebatur.

Senatuſconſultum.

caperet. Quo vno verſiculo ſatis armati ſemper Coss. fuerunt. Idem in oratione legis Agrariæ 1. Omnes, qui ſe ſaluos volũt, ſequentur auctoritatem Conſulis ſoluti à cupiditatibus, liberi à delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus. Eiuſdem efficaciæ S.C. commemorat, ſed alijs verbis, in Rabyriana: Fit S.C. inquit, vt C. Marius, L. Valerius Coss. adhiberẽt Tribunos Plebis, & Prætores, quos eis videretur, operamque darent, vt imperium Populi Romani, maieſtaſq; cõſeruaretur. Tunc enim permiſſa potiùs, quàm commiſſa videbatur Reſpub. Quin etiam exceptionem patiebãtur leges Valeriæ in Dictatore, qui ſine prouocatione creabatur regia poteſtate. Nam cùm idẽ dicebatur ſolùm in periculoſis Reipublicę temporibus, ſuarum partium eſſe putabat, videre ne Reipublicæ ſalus in diſcrimen veniret, & vt imperium Populi Romani maieſtasq; ſarta tecta eſſent. Liuius li. 4. Tũc Quintius Coss. immeritò increpari ait, qui cõſtricti legibꝰ de prouocatione ad diſſoluendũ imperium latis, nequaquam tantum virium in Magiſtratu ad eã

Dictator ſine prouocatione.

rem pro

rem pro atrocitate vindicãdam, quantum animi haberent, opus eſſe non forti ſolùm viro, ſed etiam libero, exolutoque legum vinculis. Itaque ſe Dictatorem L. Quintium dicturum: ibi animum parem tantæ poteſtati eſſe. Hanc poteſtatem alibi Dictatorium fulmen vocat, & eius edicta pro numine obſeruanda dicit. Memini tamen me legere apud eũdem li. 8. M. Fabium patrem Q. Fabij Magiſtri Equitum à Papyrio Dictatore damnati, quòd iniuſſu eiuſdem pugnaſſet, à Dictatore, Populũ appellaſſe. A Iudicibus etiam ad Populum prouocatio fiebat. Suetonius in Iulio: Sorte Iudex in Reum dictus, tam cupidè cõdemnauit, vt ad Populum prouocanti, nil æquè, ac Iudicis acerbitas profuerit. *Prouocatio à Iudicibus ad Populum.*

ARGVMENTVM.

¶ De appellatione rurſus, ſupplicatione, reſtitutione in integrum, & deprecatione.

Caput

Caput 17.

Appellationes ad Principem.

OCCVPATA tandem Repub. à Cæſaribus appellationes fiebãt ad ipſum Principem, à quo ius appellandi non erat. Vlpianus l. 1. à quib. appell. non licet. Stultum eſt admonere à Principe appellare fas non eſſe, cùm ipſe ſit qui prouocetur. Verùm appellationes delegabat. Suetonius in Octauio: Appellationes quotannis vrbanorum quidẽ Litigatorum Prætori delegabat vrbano: at Prouincialium Conſularibus viris, quos ſingulos cuiuſq; prouinciæ negotijs præpoſuiſſet. Sub Nerone verò cautum eſt, vt omnes appellationes à Iudicibus ad Senatum fierẽt: auctor Suetonius. Corn. Tacitus: Auxit Patrum honorem ſtatuẽdo, vt qui à priuatis Iudicibus ad Senatũ prouocaſſent, eiuſdẽ pecuniæ periculum facerent, cuius hi, qui Imperatores appellauêre, nam anteà id vacuum ſolutumque pœna fuerat. quænam autem hęc fuerit multa non liquet. Caligula autem Magiſtratibus liberã iuriſdictionẽ & ſine ſui appel-

Appellationes à Iudicibus ad Senatum.

Libera cognitio.

appellatione cōceſſit, vt idem Suetonius ſcribit in vita eiuſdem. Sed à Senatu ad Principē nō fuit ius appellandi, teſtis Vlpianus in d. l. 1. à quibus appell. non lic. Quin etiam legimus apud Tacitum, Procuratores Cæſaris liberam cognitionem habuiſſe, nec ab ijſdē appellari potuiſſe. Eodem anno (inquit lib. 12.) ſæpius audita vox Principis, parem vim rerum habēdam à Procuratoribus ſuis iudicatarum, ac ſi ipſe iudicaſſet, ac ne fortuitò prolapſus videretur, Senatus quoque conſulto, cautum pleniùs quàm antea, & vberiùs. Nam Diuus Auguſtus apud Equeſtres, qui Ægipto præſiderent, lege agi, decretaque eorum perinde haberi iuſſerat ac ſi Magiſtratus Romani conſtituiſſent: mox alias per prouincias, & in vrbe plæraque conceſſa ſunt, quæ olim Prætoribus noſcebantur. Claudius omne ius tradidit, de quo toties ſeditione, aut armis certatum, cum Equeſter ordo Sempronijs rogationibus in poſſeſſione iudiciorum locaretur, &c. Quæ Suetonius leuiùs perſtrinxit in vita eiuſdem Claudij: Vt rata eſſent, inquit, quæ Procuratores ſui in iu-

Procuratores Cæſaris.

dicando ſtatuerēt precariò exegit. Quod
Procuratores vice Præſidū. fortaſſis intelligendum eſt de ijs Procuratoribus, qui vice Præſidum fungebãtur,
Pilatus. qualis fuit Pontius Pilatus, nam & hic Tyberij Procurator fuit in Palæſtina, vt refert Lucas Euangeliſta cap. 3. & Tacitus de Chriſtianis loquens: Auctor (inquit) nominis eius Chriſtus Tyberio imperante per Procuratorem Pontium Pilatum ſupplicio affectus. Alioquin non valet ſententia Procuratoris Cæſaris, qui nullam iuriſdictionem habuit. l. 4. l. 23. de appell. l. 2. de pœn. l. 1. C. de pedan. Iud. l. 4. ad l. Fauiam de Plag. Idem Ta-
Liberti Cæſaris. citus ait, Claudium etiam libertos, quos rei familiari præfecerat, ſibi & legibus æ-
Præfectus vrbis. quaſſe. Poſtea ſub Cæſaribus tandem vrbica præfectura ad tantum dignitatis faſtigium euecta eſt, vt ad eam ab omnibus dignitatibus, & poteſtatibus appellationes fierent. auctor Flauius Vopiſcus in vita Floriani Imperatoris. Quod etiam confirmari videtur in l. 17. de a ppell. C. vbi dicitur, quod à Prætoribus ius eſſet appellandi Vrbis Præfectum, ſi cõiungatur cum lege 23. cod. vbi enumerantur

plures

plures prouinciæ, à quibus ad Præfectum vrbis appellatur. Probus autem Imperator permiſit Patribus, vt ex magnorum Iudicum appellationibus ipſi cognoſcerent, vt idem Vopiſcus teſtis eſt in vita Probi. A Præfecto autem vrbis appellari non poterat. l. vnic. de off. Præfect. vrb. ff. Sicuti nec à Præfectis Prætoriorũ. l. 19. de appell. Quorum ſententiæ areſta dici poſſunt. Supplicari tamẽ intra biennium poteſt. l. vnic. de ſentent. Præfect. Prætor. Vnde originem reuiſionum & retractationum, quas erroris iuris propoſitiones vocant, deriuare poſſumus, ad quas tum demum recurritur, cùm propter dignitatem & auctoritatem Magiſtratus appellationi locus non eſt: Supplicatio tamen ſententiæ exequutionem non impedit, ſicut appellatio: Si tamen intra decẽ dies offeratur Præfectis, vel eorum Conſiliarijs poſt ſententiam, non aliter ſententia exequutioni mandabitur, niſi victrix pars dignam fideiuſſionem præbuerit reſtituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit condemnatio; ſi legitima retractatione ſententia reſol-

Patrib. *Areſta.* *Supplicatio.*

uatur: aliâs ſi poſt decem dies, cautio prę-ſtranda non eſt, cauſa tamen retractatur, modò intra biennium Principi ſupplicatum fuerit propoſito libello. auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. Imp. off. Tertium remedium contra iam latam ſententiam eſt reſtitutio in integrum, quæ ex cauſa intra quinquennium peti debet, vt dicitur in l. vlt. de temp. in integ. reſt. C. Quam etiam præſtant Præfecti Vrbis & Prætorij, quãuis appellari ab his non poſſit. Hæc idcirco tam variè, quia appellatio iniquitatis ſententiæ querelam, in integrum verò reſtitutiò erroris proprij veniæ petitionem, vel aduerſarij circumuentionis allegationem continet, vt habetur in l. 17. de minorib. ff. Ex quibus facile eſt animaduertere differentias inter appellationem, ſupplicationem, & reſtitutionem in integrum. Deprecatio verò, quæ apud Populum aut Principem fit, naturã ſapit reſtitutionis in integrum, licet ſæpius ante ſententiam vſitetur. Interdum Imperator ita ſolet Iudicem dare, ne liceret ab eo prouocare, vt ſcio ſæpiſſime à Diuo Marco Iudices datos. Dato Iu-

Reſtitutio in integrum.

Deprecatio.

to Iudice à Magiſtratibus Populi Rom. cuiuſcunque ordinis, quamuis ex auctoritate Principis, licet nominatim Iudicem declarantis, dederint: ipſi tamen Magiſtratus appellabuntur. Quod autem dicitur, eum appellari, qui dedit, ſic accipiendum eſt, vt & ſucceſſor eius poſſit appellari, vt dicitur tit. quis à quo appell. ff. Cæterùm pauca de noſtris moribus dicenda occurrunt, ſiquidem quoties occaſio datur, abuſus forenſes notare, & indicare polliciti ſumus. Admonendum itaque videtur eſſe operæprecium in hoc Belgio, vt tot appellationum inſtantiæ, litium alumnæ reſecarentur in cauſis priuatis, & pecuniarijs: nam etſi appellandi vſus neceſſarius omnino ſit, qui iniquitatem Iudicantium, vel imperitiam corrigat, licet nonnunquam bene latas ſententias in peius reformet, neque enim vtique meliùs pronũciat, qui nouiſſimus ſententiam laturus eſt, vt ait Vlpianus in l. 1. ff. de appell. tamen ex iuris præſcripto temperandus eſt, ne videlicet in eadem cauſa liceat tertiò appellare: præſertim quando videamus quoſdam iuriſu-

Appellationes litium alumnæ.

Iuremoræ. gas, & iuremoras (nam quid vetat ſic eos appellare, compoſito vocabulo ex iure, & remora, quos vitiligatores ex vitijs & litibus Cato vocat) vt plærunque ad appellationes recurrant, tanquam ad ſacram anchoram, non tam ſpe victoriæ, atque vt læſis ſibi auxilium adferatur, quàm vt ſolutionem, aut iudicatum facere diffugiant. Sunt enim quidem adeò obſtinatè & præfractè peruicaces Litigatores, vt vinci nolint, nec poſſint, quibus ſi liceret, ab ipſo Rhadamanto appellarent. Interea

Res tamen atteritur longo ſufflamine litis,

dum illi dolos nectunt, moras concinnant, ſubterfugia & diuerticula captant. Atque cùm in eadem cauſa ſæpius ac ſæpius poſſint appellare, magnus abit annus Platonicus: Ita cogũtur partes fractæ potiùs, quàm victæ, litis atque moræ tædio, aut potiùs pecuniarũ, quàm æquitatis inopia laborãtes, litẽ deſerere, aut paciſci cum talibus nebulonibus, magno fortunarum ſuarum, & vitæ diſpendio. Nam quis

quis huiuſmodi ærumnas, aut moleſtias quas litigator deuorare cogitur, magnò non redimat? Adeò miſera eſt conditio, vt interdum, imò ſæpiùs, maius compendium reportet, ſi omnia computentur, qui tempeſtiuè liti ceſſit, & iuri, quàm ſi ſeculari potiretur victoria, tot animi & corporis anxietatibus parta. Quod naſutè notat Martialis lib. 7. in Gargilianum.

Lis te bis decimæ numerantem frigora brumæ
Conterit vna tribus Gargiliane foris.
Ah miſer, & demens viginti litigat annis
Quiſquam, cui vinci Gargiliane licet?

Tertiò appellās non exaudiendus.

Quibus obuiam iretur, ſi tertiò appellantes non admitterentur, vel ſi poſt primam ſententiam, quando nec multa temeræ appellationis deterret, damnati cogerentur iudicatum ſoluere, ſaltē præſtita idonea cautione à victore reſtituturū ſe, ſi in appellationis cauſa ſuccubuerit, iſque tandem claſſicum & triumphum caneret, qui duas ſententias pro ſe haberet. Nam quis appellationum modus, ſi poſt tres ſentētias liceat adhuc victo, &

proſtato reſurgere, & aleam experiri? Contrà (malum) cùm in cauſis pecuniarijs licitum eſt lites immortales appellitando protrahere, grauiùs peccatur, quod in magnis iudicijs (ſic enim publica vocat Cicero) quibus de capite & fortunis agitur, in hac tota prouincia nullum damnatis appellandi ſubſidium reſtat, ſed nulla appellationis reuerentia habita in condemnatum lege agitur. At quàm vilis eſt omnis æſtimatio pecuniæ cum hominis vita, quæ ſemel amiſſa ſarciri & recuperari nullo modo poteſt? Quod ſi hoc etiam leue ducitur, vel moueat, quod hic, de cuius capite, & fortunis anquiritur, ad imaginem & ſimilitudinem Dei omnipotentis factus ſit, & pro quo nō ſit dedignatus Chriſtus idem Saluator, & Dominus guttatim ſanguinem fundere. Audiamus quid dicat primus Apoſtolorum: Non corruptibilibus auro vel argento redemti eſtis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti, & incontaminati. Quod ſi impares putamus pedaneos Iudices, vt in cauſis dupondijs, & diobolaribus ſine prouocatione iudicent, quanto æquius

Prouocatio in publicis admittenda.

æquius eſt in capitalibus & ſanguinarijs cauſis appellationem ſtatuere? Aut ſi in his pares eſſe putamus, cur æquè non in illis? Itaque in vtriſque ſtatuendam, ſic tamen temperandam putarem, ne tertiò exaudiretur appellans: Neque enim priuatis auferre prouocationem decet, ſed multo ſatius in publicis admittere neceſſarium eſt: Nam vt inſcitia & imperitia tam iuris, quàm facti in humanis regnat, ſic libido in iudicijs ſæpius dominatur. An vero (ſi Diuis placet) credimus olim omnes mortuos falſos & corruptos Teſtes ac Iudices, quaſi renaſci denuò, & reuiuiſcere nō poſſint? Quaſi verò nō poſſumus hîc exempla commemorare? Quid autē dicemus de colonis & agricolis, qui in præfecturis & municipijs Decuriones Scabini, & Iudices conſtituuntur, aut de Hominibus clientelaribus, quibus ſine delectu cum prædio iudicandi munus, & gladij poteſtas obuenit? Fateor quidem ruſticam illam ſimplicitatem non ita facilè corrumpi poſſe, ſed homines bardi, ſtupidi, & imperiti, atque ad ſtiuam nati, neque ius, neque æquum ſciunt, itaque

Ruſtici, Iudices in municipijs.

facilè errore, & ignorantia ſeducuntur. Verùm in conſilium Iureconſultos& peritiores adhibent. Sed nec hoc ſatis, vt appellans non audiatur. Quòd ſi quis ità moribus introductum dicat, in capitalibus prouocare non licêre, quò faciliùs, & citiùs crimina puniantur, quod intereſt Reipublicę, illico exaudiet reſcriptũ Traiani optimi ſanè Principis: Satius eſſe impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari: nam ijs, qui fiſci ſumtibus parcendum ex hac cauſa putãt, abundè reſponſum ex ſuperioribus exiſtimo. Non ſum tamen neſcius quorũdam nefariorum hominum appellationes non recipi. l. 2. C. quor. appell. non recip. ſed hoc in conuictis & confeſſis ſtatuitur. nam ſi conuictus non ſit reus, aut etiam teſtibus productis, inſtrumentiſque prolatis, alijſque argumentis præſtitis, ſi ſententia contra eum lata ſit, & ipſe, qui condemnatus eſt, aut minimè voce ſua confeſſus ſit, aut formidine tormentorum territus, aliquid contra ſe dixerit, prouocandi licentia ei non denegatur. Maior autem ſemper fuit habita ratio confeſſorum,

Traiani dictũ

Quorum appellationes nõ recipiuntur.

Confeſſi.

rum, quàm conuictorum ſolùm: nam confeſſus, vt ait Paulus I.C. pro iudicato eſt, qui quodammodo ſua ſententia damnatur, quanquam in criminalibus ſententia etiam requiratur l. ſi confeſſus. ff.de cuſt. & exhibit. reorum. Idem etiã conſtat ex eo, quod refert Suetonius de Octauio: Manifeſti, inquit, parricidij reum, ne culeo inſueretur, quòd non niſi confeſſi afficiebantur hac pœna, ita fertur interrogaſſe, Certè patrem tuum non occidiſti. Hinc quibuſdã in locis in hac inferiori prouincia morem obſeruatũ audio, quem improbare nunquam non poſſum, quod in reum quantumuis conuictum lege non agant, niſi ore proprio, is ſe commiſiſſe crimen agnoſcat, & confiteatur, quod vt extorqueant, tormentis exquiſitis & quæſtionibus repetitis agunt. Reperiuntur tamen ita conſtantes, & patientes, aut potiùs perdurantes, & peruicaces, vt nulla vi cogi poſſint: ita offirmarunt os, vt contra ſtimulos calces. quẽadmodum legimus de Alexandro ſeruo Fannij, cùm in hanc ſuſpicionem veniſſet C. Flacci Equitis Rom. occiſi, ſepties tortus

Improbata quorundam conſuetudo.

Alexander ſeruus.

tortus pernegauit, nihilominus tamen, ſi Valerio credimus, perinde atque conſeſſus damnatus, & in crucem actus eſt. Quod maximè mirandum, & Rom. Iudicibus indignum videtur. Nam ſi is cōuictus fuerit teſtibus, aut alijs argumentis, quorſum neceſſe fuit miſerum tot quæſtionibus ampliare, quaſi non liqueret? Sin minus conuictus, quomodo iure de eo ſumtum eſt ſupplicium, qui pernegauit? Singulare fortaſſis etiam fuerit, quod idem refert lib. 6. de Scantinio Capitolino Tribuno Pleb. qui vno teſte, quem de ſtupro appellauerat, damnatus eſt, & de Cn. Sergio Silo, cuius affectus punitus eſt. Sed ad propoſitum reuertamur. Tanta eſt ergò humanitatis ratio in cauſa ſanguinis, vt cuilibet, & cuius nihil interſit, in publicis liceat appellare, ne quis tædio vitæ affectus perire feſtinet. l. non tantum. ff. l. addictos. C. de appellationibus. l. 2. §. vlt. ff. quand. appel. ſit. Sed meliora ſperamus: Qua de re nec quidem leuem concepimus ſpem ex Regijs conſtitutionibus, quæ ſuper publicis quæſtionibus nuper latæ ſunt. nam §. 78. ſuper

Cuilibet nomine condemnati in publicis prouocare licet.

Conſtitutiones Regiæ.

ſuper hoc appellationum negotio reſortionem aliquam propediem nobis pollicetur. Item conſtitutiones, quæ de recipiendis, nec ne appellationibus loquuntur, vt nil noui fiat, locum non habent in eorum perſonis, quos damnatos ſtatim puniri publicè intereſt, vt ſunt inſignes latrones, vel ſeditionum concitatores, vel duces factionum, vt habetur in l. 16. de appellat. ff. Porrò ab interlocutoria ſententia leges ciuiles appellare non permittunt, niſi tale grauamen inferatur, quod per appellationem à ſententia definitiua reſarciri non poſſit: nam tum admittitur appellatio, ſicuti indiſcriminatim ius pontificium Romanum prouocationem recipit. A ſententia quoque per contumaciam lata appellare non licuit. Quin etiam in ciuilibus non appellatur de momentanea poſſeſſione. l. vnic. ſi de moment. poſſeſſ. act. fuer. C. Item ſi fiſci vel Principis debitor apertè atque manifeſtè conuictus fuerit. l. abſtinendum. l. fin. C. quor. appell. non recip. Ex his autem, quæ Vlpianus ait, nonnunquam ſententias bene latas in peius reformari, ne-

que

que ſemper meliùs pronunciari ab eo, qui nouiſſimus fert ſententiam, licet colligere humanam infirmitatem, & quàm ſint hominum iudicia incerta, vti experientia docet quotidiana, vt quis meritò exclamare poſſit:

——— *O quantum eſt in rebus inane.*

Tam autem iniquè comparatum eſt, vt ſæpius ſummum ius ſumma ſit iniuria, adeò difficile eſt verum à falſo, rectum à prauo, æquum ab iniquo diſcernere. Non lubet autem hîc contraria, & ex diametro veluti pugnantia iudicia recenſere: Vnum hoc exemplum memorabile Iuliani Taboëtij, quod refert Ioan. Papon compilator areſtorum lib. 19. tit. 8. indicaſſe ſufficiet; vbi diuerſas ſententias duorum Parlamentorum licet animaduertere ſuper ijſdem actis, & probatis. Quod idem ſæpius accidere videmus in ſupplicationibus, quæ intra bienniū poſt areſta offeruntur, quas reuiſiones vocāt. Itaque, vt tandem hunc locum concludamus, hominum iudicia lubrica & erroris plena eſſe dicimus, quando Aſtræa ad ſuperos demigrauit: Veritas autem in puteum

Taboetius.

teum obliuionis demerſa eſt, Ignorantia & error tyrannidem occupant. Sapientia autem diuina, quum omnia ſcrutetur & videat, verè & incorruptè iudicat. *Deus iuſtus iudex.*

ARGVMENTVM.

¶ De executione rei iudicatæ.

BIBLIO ... ROMA

Caput 18.

SEntentia itaque quæ in rem iudicatam tranſierat, vel quæ ſubmota appellatione confirmata erat, exequutioni mandabatur: nam quid amplius reſtabat, quam iudicatum facere? Criminalẽ quidẽ ſæpius exequebantur Triumuiri Capitales, quibus id muneris iniungebatur. Valerius Max. Sanguinis ingenui mulierem Prętor apud tribunal ſuum capitali crimine damnatam, necandam tradidit. Nam quum auimaduerti oporteret, interuentu eorũ fiebat teſte Pompon. I.C. de origine iuris. Idem Valerius lib. 8. cap. 4. Fannij ſeruus Alexãder perinde atque confeſſus, à Iudicibus damnatus à *Executio.* *Triumuiri capitales.*

tus à L. Calphurnio Triumuiro in crucem actus eſt. Quod non ita rigidè interpretandum eſt, vti ſuprà admonuimus, quaſi Triumuir necauerit mulierem, aut ſeruum propria manu in crucem egerit, ſed hoc præſente & iubente actum ſit. Priùs autem non animaduertebatur in Reos à Spiculatore, quàm lege agere iuſſus eſſet. Seneca: Aſcendit Prætor tribunal, noxiæ poſt terga ligantur, adhibentur deinde legitima verba, canitur ex altera parte claſſicum. Sueton. & Tacit. auctores ſunt, quod pœna damnatorum in decimum diem protraheretur ex

S. C. Tyberij. S. C. Tyberiano: Cùm Senatuſconſulto (inquit ille) actum eſſet, vt pœna damnatorum in decimum ſemper diem differreretur, fortè accidit, vt quorundam ſup-

Pœna damnatorũ prolata. plicij dies is eſſet, quo nuntiatum de Tyberio erat. Quin extat etiam ſub titulo de pœnis C. Impp. Gratian. Valent. & Thedoſ. reſcriptum (quod auctore diuo Ambroſio factum teſtatur eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 7. Soſomenes) in hæc verba: Si vindicari in aliquos ſeueriùs contra noſtram conſuetudinem pro cauſæ intuitu

iuſſeri-

iuſſerimus, nolumus ſtatim eos aut ſubire pœnam, aut excipere ſententiam, ſed per triginta dies ſuper ſtatu eorũ ſors & fortuna ſuſpenſa ſit. Qui dies triginta iuſti dici poſſunt exemplo eorum, qui ex legib. 12. Tab. in ciuilibus confeſſis, aut condemnatis dabantur, de quibus quædam ſtatim dicemus. verum l. cum reis. quam ante tulerat Cõſtantinus, ait, quod in homicidij crimine, & alijs detectis grauioribus cauſis vltio non ſit differenda. Sæpiùs etiam in longum tempus pœna damnatorum differtur, vt in his qui ad beſtias damnabantur. Sæpè etiam ideò ſeruari ſolent poſt damnationem, vt ex his in alios quæſtio habeatur l. qui vltimo. ff. de pœn. Apud nos quidem obſeruatur, vt ſententia criminalis executioni mãdetur intra diei ciuilis ſpatium, vt ſancitum eſt in §. 47. ſtyli generalis ſuper publicis iudicijs. Interdum etiam differtur executio, quando cõdemnati dicunt ſe habere, quod Principi referant ſalutis ipſius cauſa. Suetonius in Vitellio: ab ijs extractus è latebra, ſciſcitantes quiſnam eſſet (nam ignorabatur) & vbi eſſe Vitelliũ ſciret,

mendacio eluſit. Deinde agnitus rogare non deſtitit, quaſi quædam de ſalute Veſpaſiani dicturus, vt cuſtodiretur interim, vel in carcere. Vlpianus tit. de pœn. Sunt plærique Præſidum tam timidi, vt etiam poſt ſententiam de eo dictam, pœnam ſuſtineant, nec quicquam audeant: Alij omnino non patiuntur quicquam tale allegantes, nonnulli neque ſemper, neque nonnunquam rémittunt, ſed inquirunt quid ſit, quod allegare Principi velit, quidque pro ſalute eius habeat dicere, poſt quæ aut ſuſtinent, aut non ſuſtinent, quod videtur habere mediam rationem. Cæterũ vt mea fert opinio prorſus eos non debuiſſe, poſteaquam ſemel damnati ſunt, audiri quicquid allegent. Quis enim dubitat pœnæ eludendæ cauſa ad hæc eos decurrere, magiſque eſſe puniendos qui tã diu conticuerunt, quod pro ſalute Principis ſe habere iactant? nec enim debebant tam magnam rem tã diu reticere. Hactenus Vlpianus. Expedit tamen nonnunquam audire & inquirere ſi quid ſit, quod ſalutem Principis & Reip. ſpectat: Quod ſi feciſſet Carolus Dux Burgun-

Vtrum audiẽdi condemnati qui dicunt ſe habere quæ referant de ſalute Principis.

Carolus dux.

Burgũdiæ (vt etiam externa miſceamus, quæ tamen noſtratia dicere poſſumus)in perſona cuiuſdã Cifronij, in quẽ præpropere, & feſtinanter nimis lege agi iubet, dũ hic de ſalute ipſius referre cupit, melius actũ fuiſſet cum ipſo Duce,ſi Cominæo credimus,qui hiſtoriam refert lib.7. commentariorum. Quin etiã Magiſtratus Pop.Rom.Iudicum à ſe datorum,vel Arbitrorum ſententiam exequebantur, qui eos dederant. Sententiam Romæ dictam etiam in Prouincijs poterãt Præſides, ſi iuſſi fuerant,ad finem proſequi,vt reſcriptum eſt à Diuo Pio,& dicitur in l. 15. de re iud. Itaque Prætor in priuatis ſententiam Arbitrorũ, Recuperatorum, Centumuirorum & Iudicum, à ſe datorũ exequebatur. Atq; in priuatis quidem iudicijs tempus faciendi iudicati menſis eſt vnius ex l. 12. Tab. conquirendæ pecuniæ cauſa, quam diſſoluerent condemnati: Sic enim verba legis habent. *Æris confeſſi, rebúſque iure iudicatis triginta dies iuſti ſunto, poſt dein manus iniectio eſto, in ius ducito ni iudicatum faxit.* Et cætera quæ apud Gellium

Burgundiæ

Philip. Cominæus.

Qui ſententiã mandatorum exequebantur.

Tempus faciendi iudicati.

Additio, & diſſectio.

Cæcilius I.C.de nexis,addictione, ſeruitute,& ſectione diſſerit .Verùm crudelis illa diſſectio mēbrorum nunquam vſitata fuit: diſſectū enim eſſe neminem neque legi, neque audiui,quoniam,vt idem ait, ſęuitia iſta pœnę contemni non quita eſt.

Nexi. Nexorum autem origo nec ex decemuiralibus petēda eſt,nam ex Liuij lib.2.hoc anteà vſitatū fuiſſe apparet. Et ciuitas ſecū ipſa diſcors inteſtino inter Patres Plebēq; flagrabat odio, maximè propter nexos ob æs alienum fremebāt,ſe foris pro imperio & libertate dimicātes,domi à ciuib⁹ captos eſſe,& oppreſſos,tutiorēq; in bello,quàm in pace,& inter hoſtes,quàm inter ciues libertatē Plebis eſſe.inuidiam

Fœneratorum libido. quę eā ſua ſpōte gliſcentē inſignis vni⁹ calamitas incēdit; magnus natu quidā cum omnium maiorum ſuorum inſignibus ſe in forum proiecit. Obſita erat ſquallore veſtis,fœdior corporis habitus pallore ac macie perēti. Ad hoc promiſſa barba,& capilli efferauerant ſpeciem oris, noſcibatur tamen in tanta deformitate,& ordines duxiſſe aiebant, aliaque militiæ decora vulgo miſerantes eum iactabāt.Ipſe

teſtes

teſtes honeſtarum aliquot locis pugnarũ cicatrices aduerſo pectore oſtẽdebat. Sciſcitãtibus vnde ille habitꝰ, vndè deformitas, cũ circũfuſa turba eſſet, propè in concionis modũ, Sabino bello, ait, ſe militãtem, quia propter populationes agri, non fructu modò caruerit, ſed villa incenſa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo ſuo tempore imperatum, æs alienum feciſſe, id cumulatum vſuris, primò ſe agro paterno, auitoque exuiſſe, deinde fortunis alijs, poſtremò velut tabem perueniſſe ad corpus, ductum ſe à creditore non in ſeruitium, ſed in ergaſtulum & carnificinam eſſe. Inde oſtentare tergum fœdum recentibus veſtigijs verberum. Ad hæc viſa, auditaque clamor ingens oritur, non iam foro ſe tumultꝰ cõtinet, ſed paſſim totã vrbẽ peruadit. Nexu vincti, ſolutique ſe vndique in publicum proripiunt, implorant Quiritium fidem, nullo loco deeſt voluntarius ſeditionis comes. Seruilius autem Cõſul tunc edixit, ne quis ciuem Rom. vinctum aut clauſum teneret, quò minùs ei nominis edẽdi apud Coss. poteſtas fieret, neu *Nexi ſoluti*

Ece 3 quis

quis militis, donec in caſtris eſſet bona poſſideret,aut vēderet,liberos nepoteſq; eius moraretur.Idē lib. 7.Nō eadē domi quæ militiæ fortuna erat Pleb. Rom. nā etſi vnciario fœnore facto leuata vſura erat,ſorte ipſa obruebātur inopes, nexūq; inibāt.Lucio Papyrio Mugilano & Petilio Balbo tertiùm Coss. anno V. C. quadringēteſimo vigeſimo octauo,poſt latas autē 12. tab. cēteſimo vigeſimoquinto, quod antea in militib⁹,ius illud nexorū etiā in cæteris abrogatū fuit. Deī li.8. Eodē anno Pleb.Rō. velut aliud initiū libertatis factū eſt, quod necti deſierūt. Mutatū autē ius ob vni⁹ fœneratoris ſimul libidinē ſimul crudelitatē inſignē: Luci⁹ Papyri⁹ is fuit,cui cū Sc.Publi⁹ ob æs alienū paternū nexū dediſſet, quē ætas formaq; ad miſericordiā elicere poterāt, ad libidinē & cōtumeliā animū accēderūt, & florē ætatis eius fructū aduētitiū crediti rat⁹, primo pellicere adoleſcentē ſermone inceſti eſt conat⁹, deīde poſteaquā aſpernabātur flagitiū aures, minis territare, atq; itentidē admonere fortunę.Poſtremò cū ingenuitatis magis quam præſentis cōditionis-

tionis memorē videret, nudari iubet verberaq; adferri, quibus laceratus iuuenis cū ſe in publicū proripuiſſet, libidinem, crudelitatēq; cōquerens fœneratoris, ingēs vis hominū tū ætatis miſeratione, atque indignitate iniuriæ accenſa, tum ſuæ cōditionis liberumque ſuorum reſpectu in forum atque agmine facto ad curiam, concurrit. Et cùm Coss. tumultu repētino coacti Senatū vocarēt, introëuntibus in curiā Patribus laceratū iuuenis tergū procūbentis ad ſingulorum pedes oſtendebāt. Victū eo die ob impotentē iniuriā vnius ingēs vīculū fidei, iuſſitq; Coss. ferre ad Pop. ne quis niſi qui noxiā meruiſſet donec pœnā lueret in cōpedibus, aut neruo teneretur. Pecuniæ creditæ bona debitoris, nō corp⁹ obnoxiū eſſet. Itaq; nexi ſoluti, cautūq; in poſterū ne nectererētur. Aliud exēplū legitur apud Valeriū lib. 6. c. 1. de T. Veturio filij Veturij. Et licet nexus ille debitorū ſæpius ac ſæpius prohibitus fuerit: ex Gellio tamen apparet addictionem & nexū adhuc ſuo tempore viguiſſe, ita tamen vt ne venum amplius peregrè debitores mitterentur,

 nec ſe-

nec ſectioni, & pœnæ capitali ampliùs locus eſſet. Contius autem obſeruat ex

Bonorum proſcriptio.

Tertulliano pœnam capitis & diſſectionem in bonorum proſcriptionem commutatam. Puto tamen ob rem iudicatam debitorem ipſum condemnatum capi & incarcerari ſemper potuiſſe, ſi modò præuia bonorum excuſſio ab ipſo creditore facta eſſet. Quam quidem corporis detentionem & nexum condemnatus vita-

Ceſſio bonorũ.

re ſolùm poteſt miſerabili bonorum ceſſione, vt ex l. 1. C. qui bon.ced.poſſ. apparet. Conſtantinus autem in l. 2. de exact. trib. lib. 10. C. carcerem, plumbatarumque verbera, aut pondera prohibuit, ac tãtum voluit contumaces, & qui hac indulgentia abuterentur contineri aperta & libera, & in vſu hominum inſtituta cuſtodia militari. Impp. etiam Diocle. & Max. lib. 12. C. de act. & oblig. gliſcente audacia creditorum, ob æs alienum ſeruire creditoribus prohibuerunt. Quod olim apud Hebræos etiã permiſſum fuit, vt videre eſt ex libro quarto

Arreſtatio.

cap. 4. Regum. Occurrit etiam nexorum nõ abſimilis conſuetudo, quæ hîc & multis

multis in locis inoleuit, vt quilibet creditor poſſit in ius ſiſtere ſiue arreſtare, vt vocant, perſonam ſui debitoris, qui niſi pecuniam, quam exigit, nonnunquã calumniator numeret in promtu, vel obſignet, aut alioqui de iudicato ſoluendo idoneè cauerit, miſer in vincula publica conijcitur cõſumendus pædore & ſquallore carceris. Quæ quidẽ arreſtatio ſiue nexus introductus primùm videtur propter latitãtes & fugitiuos debitores, qui in fraudem creditorum ſui copiam non faciebant ex l. 10. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud. cred. tamen indiſcriminatim vſitatur contra quoſlibet ſiue ciues, ſiue peregrinos ante condemnationem præuiam, & neglecto excuſſionis bonorum, & alio quouis ordine iuris. Huius generis etiã ſunt ſazimenta, in quibus ab executione incipitur contra l. 1. C. de execut. rei iud. Nimis properè, inquit Imperator, Iudex pignora Marcellæ capi ac diſtrahi iuſſit ante rem iudicatam. Prius eſt ergò, vt ſeruato ordine, actionem aduerſus eam dirigas, & cauſa cognita ſententiam excipias. Sunt tamen quædam

 inſtru-

Inſtrumenta garentigionata. inſtrumenta apud nos garentigionata vocãt, quæ promtam & paratam habent executionem non ſecus ac res iudicata, in quibus confeſſus pro iudicato eſt, qui quodammodo ſua ſentẽtia damnatur: de *Confeſſi.* quibus confeſſis intelligitur l. Decemuiralis, ni fallor, *æris confeſſi*, *&c.* quam modò attulimus, quibus iuſti etiam impertiebantur dies ad ſoluendum, quæ induciæ poſtea cõſtitutionib⁹ Imperatorũ auctę ſunt ad duos mẽſes.l.1.C.Theodo. de vſur. rei iud. Nouiſſimè autẽ Iuſtinianus l.2.eo.ti.quatuor mẽſes indulſit,poſt quos incipiebat currere cẽteſima, cũ du- *Alciatus reprehenſus.* plex olĩ cucurriſſet poſt duos mẽſes. Alciatus tamen lib. 1. ca. 32.Parerg.iur.putat creditorem non idcirco cogi debere expectare quatuor menſium lapſum antequam exequi poſſit rem iudicatam, ſed penes eum electionem eſſe vtrum velit rem iudicatam ſtatim exequi, an lapſa quadrimeſtri die centeſimas vſuras exigere. Verùm hoc (pace ipſius dixerim) nũquam relatum, nec vſquam receptum puto. Contrarium autẽ deciditur in l. 7. ff. de re iud. & l. fin. C. de vſur. rei iudi-

cat.

cat. vbi huiuſmodi quadrumeſtre tempus inducias vocat Iuſtinian. Perperam etiam & impropriè vſus videtur idem Alciatus verbo conuenire poſt rem iudicatam. Sed qui pro tribunali cognoſcit, non ſemper tempus iudicati ſeruat, ſed nonnunquam arctat, nonnunquam prorogat pro cauſæ qualitate, & quantitate, vel perſonarum obſequio; vel contumacia: ſed perrarò intra ſtatutum tempus ſententiæ exequuntur. l. 2. & 31. de re. iud. ff. Similiter dubium expeditur, quod de facto aliquãdo nobis propoſitum fuit, vtrũ intra dies appellandi gratia conſtitutos (nã præter eos iudicati & confeſſi hîc iuſtos alios non habent) poſſit ſententia mandari executioni. Quanquam erant in praxi non incelebres Aduocati, qui putarẽt exequi ſententiã poſſe, ſic tamẽ vt poſtea interueniẽte appellatione à cõdẽnato, reuocari debeat executio, expẽſis nimiũ feſtinãtis creditoris. Porrò de ordine executionis, & quomodo procedendũ ſit ad captionẽ & diſtractionẽ rerũ mobiliũ, dein ſoli pignorũ, ac poſtremò iurium tractatur in l. à Diuo Pio. ff. de re iud. *Ordo executionis.*

ARGVMENTVM.

¶ De varijs ſupplicijs & pœnarum generibus, & quæ ferè in animaduerſionibus Reorum obſeruabant Rom.

Cap. 19.

Variâ ſuppliciorũ genera.

SVPPLICIORVM & pœnarũ multa ſunt genera, quæ aut vitam adimant, aut ſeruitutem iniungant, aut ciuitatem auferant, aut exiliũ, aut coërcitium corporis, aut damnum cum infamia, aut dignitatis aliquã depoſitionem, aut alicuius actus prohibitionem contineant: quæ ab Vlpiano & Iureconſultis enumerantur tit. de pœn. Plura etiã occurrunt inter legendum hiſtorias. Porrò quæſtiones publicorum criminũ ita moderabantur Romani, vt pœnam capitis cum pecuniaria non coniungerent. Cicero pro domo ſua: Moderata populi iudicia ſunt à maioribus cõſtituta, primùm vt ne pœna capitis cum pecunia coniungatur. Atque etiam in infligendis pœnis moderatiores erãt. argumento eſt, quod in dicenda multa cautum fuit, ne quis bouem priuſquam ouem nominaret, ac de mo-

Pœna capitis cum pecunia non coniungebatur.

Rom. in ſumendis ſupplicijs moderatio

de modo multarum, & ſuprema multa, quæ ſuprà à Socero allata ſunt, non videtur hîc operæprecium incùlcare. In ſumendis ſupplicijs etiam clementiores erant, nã præter virgas, ſecures & laqueum in vltimis ſupplicijs vix alijs vtebantur. Succeſſit dein lex Porcia, quæ pro tergo & ſcapulis dicta eſt, quòd virgis cedere ciuem Rom. vetaret. Cic. 7. act. in Verrem: Facinus eſt vinciri ciuem Romanum, ſcelus verberari, propè parricidium necari. Quid dicam in crucem tollere? verbo ſatis digno tam nefaria res appellari nullo modo poteſt. Idem exclamat: ô nomen dulce libertatis, ô lex Porcia, legeſque Semproniæ. De quibus alibi cõmentati ſumus. Nonnunquam inedia affeciſſe, & de ſaxo præcipitaſſe legimus. Peculiaris autem pœna fuit Veſtalium, vt ſi quandoque inceſtum commiſiſſent, viuæ defoderentur. Pœna parricidij more maiorum hæc inſtituta eſt (refert Modeſtinus) vt parricida virgis ſanguineis verberatus culeo inſuatur cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & ſimia, deinde in mare profundum culeus iactetur. hoc ita ſi ma-

L. Porcia.

Veſtales inceſtuoſæ.

Parricidæ.

ſi mare proximũ ſit, alioquin beſtijs obijcitur ſecundum Diui Hadriani cõſtitutionem. Primũ & vltimum refert lib. 1.
Metij Suffetij ſupplicium. Liuius apud antiquos Romanos ſupplicium Mætij Suffetij exempli parum memoris legũ humanarũ, qui quòd pactum, atque condictũ cũ Rege Pop. Rom. perfidè ruperat, binis quadrigis vinctus in diuerſa nitentibus, laceratus eſt, nouum atque aſperum ſupplicium quis negat? ſed quid elegantiſſimus poëta dicat vide:

——— *At tu dictis Albane maneres.*

In alijs gloriari licet, vt ait idẽ Liuius nulli gẽtiũ mitiores placuiſſe pœnas. Poſtea
Tyranni. Cęſares alia excogitarũt ſupplicia. Lubẽs autẽ prætereo exquiſita tormẽta, quę Tyberio, Caligulæ, Neroni, Domitiano inuẽtoribus tribuit Suetonius, quos decuit Phalaridis more ſuum cõmẽtum primos experiri. Quàm autẽ ſolertes & ingenioſi
Christian. rũ ſupplicia. Tyrãni fuêre in exquirẽdis pœnis contra Chriſtiani nominis profeſſores & martyres quis neſcit? Plena eſt tota hiſtoria ecclėſiaſtica, vt neceſſe nõ ſit magnopere prophani auctoris Taciti locũ in mediũ adferre lib. 15. annalium: Primò correpti, inquit,

inquit, qui fatebantur, deinde indicio eorũ multitudo ingẽs, haud perinde in crimine incendij, quã odio humani generis cõuicti ſũt. Ea pereũtibus addita ludibria, vt ferarũ tergis cõtecti, laniatu canũ iterirẽt, aut crucibus affixi, aut flammãdi, aut vbi defeciſſet dies, in vſũ nocturni luminis vrerẽtur. Indignũ ſanè fuit ſub Domitiano, quod refert Euſebius, Chriſtianos, quò magis alijs noti & inuiſi eſſẽt, literatos, ſtigmaticos, ſignatos illa parte quę ad ſimilitudinem cœleſtis pulchritudinis figurata eſt, & mutilatos cernere, velut

— Deiphobum lacerum crudeliter ora,
Ora, manuſq; ambas, populataq; tempora raptis
Auribus, truncas & inhoneſto vulnere nares.

Quid referam auulſiones, excoriationes, ſectiones, viſcerationes, exenterationes, fractiones, punctiones, ſcarificationes, lentas vſtiones, palorum traiectiones, & ſimilia,

Quorum animus meminiſſe horret, luctuq; refugit.

Expedit etiã fortaſſis de tauro Phalaridis, & Me-

&Mezentij fœdo connubio omnino tacuiſſe, præſertim quando externa ſunt. Quis autem verè Romanus oculos non auertat, vti factum refert idem Liuius in ſupplicio Suffetij nam ab eo alienum nõ

Diaſphendon eſt quod diaſphendonem Plutarchus vocat, quando duarum arborum vi inflexis cacuminibus alligatur pedibus & manibus diſcerpendus: at hoc commentum Aureliano Imperatori placuit, quo vtebatur in adulteros. Hoc affectum memorat Plutarchus Beſſum ab Alexandro Magno quòd Darium interfeciſſet. quod etiam renouatum eſt apud Allobroges noſtra vel patrum memoria, teſtatur Lãgeus in ſua arte militari. Lampridius autem de Macrino non abſimile Mezentij ſupplicio retulit milites ancillæ pudorem deprauaſſe ſuſpectos bubus apertis inſeri iuſſiſſe. quod ſupplicium latiùs explicat Apuleius in ſuo Aſino. Idem Opi-

Crematio. lius adulterij reos ſemper viuos ſimul incendit. Hanc autem viui cremationem non fuiſſe antiquis Romanis vſitatam palàm fit ex Calliſtrato, qui l. capitaliũ. ff. de pœnis ſic habet: Item viui crematio

ſummi

ſummi ſupplicij appellatione meritò cõtinetur, tamen eo quòd poſtea id genus pœnæ adinuẽtum eſt, poſterius primo viſum eſt. Verùm enimuerò indies creſcẽtibus malis exaggerari etiam pœnæ debuerunt, quorundam enim perditorum & profligatorum hominum mala, dira, horrida, nefanda quæ patrantur ſcelera, cùm ſimplici morte expiari non poſſint, cogunt Principes, & Iudices excogitare noua & inaudita tormentorum genera: neque enim iiſdem hoſtijs ſemper litandum, ſed maioribus victimis pro noxijs maioribus parentandum eſt: nam cùm peccata æqualia Stoicorũ more haud putemus, certè nec correctiones æquales irrogari, ſed pro modo flagitij retaliari debent. Euenit (inquit I. C.) vt eadẽ ſcelera in quibuſdã prouincijs grauiùs plectãtur, & vt aliquorũ maleficiorũ ſupplicia exacerbentur, quoties nimiũ multis perſonis graſſantibus exẽplo opus ſit. Ita mẽbrorum illa confractio, & impoſitio rotæ ex Germania allata, qua primùm ante annos octoginta ob ſcelus nefandum quidã Petrus nomine affectus eſt, nũc in famoſos Rota.

 latrones

latrones paſſim vſitatur. Puto tamē antiquis fuiſſe penitùs incognitum hoc ſupplicij genus: nā quod rotæ tormenti meminit Ariſtophanes in Pluto, puto ad rotulam ſiue molēdinum, quo fidiculæ extenduntur in quæſtionibus, vt veritas habeatur, pertinere, niſi velimus ad molam piſtrinenſem referre. Legimus etiam noſtra memoria miris cruciatibus lancinatum Ioannem Leidenſem Anabaptiſtarum Monaſteriēſium regē cum ſuis pſeudoprophetis Cniperdolingo & Crechtingo. Videre etiā potuimus nuper multis in locis forcipe, pice, & flammis ardētib⁹ excarnificatos plures Barrabas. Certè illud perſpiciendum eſt iudicanti, vt egregiè philoſophatur Martianus I. C. ne quid aut duriùs, aut remiſſiùs conſtituatur, quàm cauſa depoſcit, nec enim ſeueritatis, aut clementiæ gloria affectanda eſt, ſed perpenſo iudicio, prout quæque res expoſtulat. Planè in leuioribus cauſis proniores ad lènitatē Iudices eſſe debēt, in grauioribus pœnis ſeueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi. Cùm verò aut facta puniantur,

Ioan. Leyden.

vt furta

vt furta,cædeſque,aut dicta, vt conuitia, & inſidæ aduocationes, aut ſcripta,vt falſa,& famoſi libelli, aut conſilia,vt coniurationes,& latronum cõſcientia,quoſque alios iuuiſſe ſceleris eſt inſtar, hæc quatuor genera conſideranda ſunt ſeptẽ modis, cauſa, perſona, loco, tempore,qualitate, quantitate, euentu, quæ latius explicat Claudius Saturninus tit. de pœn. Refert etiam in omnibus delictis conſultò quid admittitur, an caſu: hæc enim diſtinctio pœnam aut iuſtam eligere debet aut temperamẽtum admittere, vt ait Vlpianus. quibus Martian⁹ addit impetum Semper autem maiores in omni ſupplicio ſeueriùs ſeruos, quàm liberos, famoſos, quàm integræ famæ homines punierunt. Plato in Gorgia duplicem puniendorum peccatorum ponit, vnam delinquentis,alteram aliorum cauſam. Prima quis plectitur, vt ſapiat, & ad frugem redeat. Secunda eſt ratio vindictæ propter exemplum, vt pœna vnius terror ſit multorũ. Tertiam addit Taurus Philoſophus apudGellium lib.6.cap.14. τιμωρίαν, cùm dignitas auctoritaſque eius, in quem

Circumſtantia.

Puniẽdorum delictorum tres cauſæ

peccatum eſt, tuenda eſt, ne prætermiſſa animaduerſio contemtum eius pariat, & honorem minuat. Quando igitur aut ſpes, vt is qui peccauit citra pœnam ipſe ſe vltrò corriget, aut ſpes cōtrà nulla eſt, emendari eum poſſe, & corrigi, aut iacturam dignitatis eius, in quem peccatum eſt, metui non eſt neceſſe, aut non id peccatum eſt, cuius exēplo neceſſariò metu ſanciendū ſit: tum quicquid ita delictum eſt, non ſanè dignum imponendæ pœnæ ſtudiū viſum eſt. Præterea antiquitus cōdemnatis ad mortem ipſam pœnam euadere dabatur, ſi in exilium voluntarium concederent, vt teſtatur Polybius lib. 6. hiſtor. cuius tempore iudicia publica penes ipſum populum fuêre. Illis (inquit) qui morti adiudicātur, quando condemnantur, pro ipſorum conſuetudine poteſtatem faciunt palàm liberandi, etiamſi adhuc vnius tribus deſideretur ſuffragiū ex illis, qui iudicium cōfirmant, quo volūtarium damnatur effugium. Eſt autem fugientibus ſecuritas & in Neapolitanorum, & Præneſtinorum, & Tyburum ciuitate, ac reliquis fœdere cōiunctis. Cæſar apud

Exilium.

ſar apud Salluſtium in cõiuratione Catilinæ: aliæ leges condemnatis ciuibus non animam eripi, ſed exilium permitti iubent. Quod idem innuit pluribus paulò infrà. Neque etiam tum exiliũ ſuppliciũ fuit, vt ex Cicerone pro Cecinna videre eſt: Exilium, inquit, non ſupplicium eſt, ſed perfugium, portuſque ſupplicij, nam qui volunt pœnam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem eò ſolum vertunt, hoc eſt, ſedem, ac locum mutant. Itaque nulla in lege noſtra reperietur, vt apud cæteras ciuitates, maleficium vllum exilio multatum. Sed cùm homines vincula, neces, ignominiaſque vitãt, quæ ſunt legibus conſtituta, confugiunt quaſi ad aram, ad exiliũ, qui ſi in ciuitate legis vim ſubire velint, non priùs ciuitatem quàm vitam amitterent, quia nolunt, non adimitur ijs ciuitas, ſed ab ijs relinquitur, atque deponitur, &c. Quoties itaque apud antiquos dicitur ſententia, aut lege exilium irrogari, intelligendum eſt de interdictione aquæ & ignis, quæ in conſequentiam exilium continebat: nam cùm interdicti tectis, & elementorum vſu priuarentur; *Interdictio aquæ & ignis.*

 neceſſe

neceſſe habebant, ſi viuerę vellent ſolum vertere, itaque licet nō verbis, re tamen exules erant Cicero iu oratione pro domo ſua: Qui erant rerū capitalium condemnati non priùs hanc ciuitatem amittebant, quàm erant in eam recepti, quò vertendi, hoc eſt, mutādi ſoli cauſa venerant. Id autem vt eſſet faciendum, non ademtione ciuitatis, ſed tecti & aquæ & ignis interdictione faciebant. Ad Herennium lib. 2. Perinde quaſi id fuiſſet in controuerſia, quo illi nomine appellarentur à Pop. Rom. aut perinde quaſi non omnes, quibus aqua & igni interdictum eſt, exules appellentur. Poſtea verò exilij pœna irrogari cœpit. Eſt autem triplex teſte eodē Martiano tit. de interd. releg. & deport. aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga, vt omnium locorum interdicatur præter certum locum, aut inſulæ vinculum, id eſt, relegatio in inſulam. Oſtraciſmus & Petaliſmus ad hiſtoriam Grecam pertinent. Hoc adſcribam, quod ad mores noſtros pertinet, videri expedire Reipublicæ, vt rari ſint exules. Apud Laertium quidē lib. 1. memini me legere

Exilium multiplex.

Oſtraciſmus. Petaliſmus.

Contra exilij pœnam.

legere, Solonem illũ, qui vnus ex ſeptem Græciæ ſapientibus fuit, Periandro Tyranno ſcripſiſſe, Si tyrannidi omnino inſiſtendum cenſeat, vt neminẽ extorrem agat. Quis enim neſcit totidem hoſtes, inimicos & perduelles habiturã Remp. quot exules & bannitos? Nam cùm malè animati erga eam ſint, vlciſci acceptã quam putãt iniuriã meditantur, vel cùm de relictis ſedibus, aris, focis, & lare cogitãt, quę bona gratia recuperari poſſe diffidũt, quãdo aperto Marte nõ licet, ſæpius ad dolos, & malas artes ſe cõuertũt, & ſi hac nõ ſuccedat, rurſum alia aggrediũtur via, illud ſibi proponẽtes, *flectere ſi ſuperos nequeo Acheronta mouebo.* Tũ contra patriam impiè conſpirãt, cum hoſtibus fœdus, & pactũ coẽũt, arcana produnt, conſilia cõmunicãt nullum non mouẽt lapidem, deniq; belli ſunt auctores, & duces. An non hoc ſatis experti ſumus noſtro magno malo, vt etiam alia exẽpla commemorare habeamus neceſſe? Nam quis vnquam tot, tantaque parricidia, ſtupra, ſacrilegia, furta, latrocinia patrari, piraticam etiam fieri & exerceri meminit,

atque hac noſtra tempeſtate? quæ ferè tribuuntur proſcriptorum, & extorrum multitudini. Quod ſi non propria ſalus, at certè vicinorum incolumitas mouere debet, quorum etiam non parua ratio habenda eſt: Nam præter charitatis vinculum, noſtra quoque intereſt, vt & hi boni, & tuti ſint, alioquin multa nobis imminẽt propter vicinum malum. Cùm autẽ exules, & extorres comitetur paupertas, ignominia, & contemtus, ferè fit vt deſperati, quando res eorum ad Triarios redijt, expilent, furentur, latrocinentur, parati extrema agere, & pati. Vicinã vrbem nominare poſſem, aliâs florẽtem, & valentem, quam, quòd aſylum & receptaculum huiuſmodi erronum, & extorrum fuit, hæc colluuies velut redũdantis & æſtuantis ſentinæ perdidit. Conſultius itaque foret meo quidem iudicio, vt errones, validiores mendicantes, & id genus hominũ medicabula, vt Plautus vocat, in aliquod opus publicum damnarẽtur, quando remiges non ſemper in vſu ſunt. Quid autem vetat nũc metallicam, calcceariam, lapidariam, ſulphurariam, & ſimiles

Errones potius damnandi in opus publicum.

ſimiles, vti olim, exercere per ſeruos publicos? Quod ſi fieret, meliùs cũ Repub. ageretur. Alciatus quidem in l. 103. de verb. ſignificat. ff. ait legũlatores recentiores ab antiquis ſuperari, quòd nũc paſſim quoſlibet maleficos vltimo ſupplicio afficiunt, qui ſi in opus publicũ damnarẽtur vtiles Reip. eſſent, atque perpetuam pœnam ſubirent. Quod mihi quidem dignum ſemper obſeruatu viſum eſt erga fures, qui nũc paſſim veluti rediuiua Draconis lege ex conſuetudine in crucem aguntur, obtinente mediusfidius M. Catonis dicterio, fures priuatorũ furtorum in neruo atque compedibus ætatẽ agũt, fures publici in auro atque purpura. Porrò damnationem ad tranſtra ſiue remos, vt de ea aliquid etiam dicam, quando huius incidenter mentio facta eſt, Romanis non fuiſſe incognitam, vel ex Appiano, Suetonio, & Valerio probari poſſe exiſtimo, atque de hac pœna omnino intelligi debere puto, quòd hic lib. 9. ait quẽdam, quòd ſe filium Octauiæ ſororis Augusti mentiebatur, imperio Auguſti remo publicæ triremis affixum. Suetonius

Alciatus.

Fures.

Catonis dictũ.

Tranſtra ſiue remi.

autem refert eundem Octauium viginti ſeruorum millia manumiſſa ad remũ dediſſe propter bellum Syculum. Polybius etiam lib. 10. hiſtoriarũ auctor eſt: Scipionẽ ex captiuis Carchedonenſium robuſtiores, & vegetiores elegiſſe, & ad ſupplementum ſuæ claſſis iunxiſſe, propoſita libertate, ſi Carthaginiẽſes vincerent. Sunt & alia ſupplicia citra mortem non vulgaria. Suetonius in Caligula. Alterum, qui ſe periturum ea de cauſa vouerat, cunctantem pueris tradidit verberatum infulatumque votum repoſcentes per vicos agerent, donec præcipitaretur de aggere. Spartianus in Adriano: decoctores bonorũ ſuorũ, ſi ſuæ auctoritatis eſſent, catamidiari in amphiteatro & dimitti iuſſit. Acceſſerunt decaluatio capillorum, & veſtium decurtatio, inſcalatio, & aliæ id genus pœnæ, quæ etiam huc vſque apud nos ignominiæ cauſa celebrãtur. Ex Suetonio conſtat, quod damnatis ad mortem capilli a capite in occipitium reducebantur, ac manus poſt terga religabantur, ac veſtis ſcindebatur, aut lacerabatur: ſic enim de Vitellio Impe-

Reductio capillorum.

ratore

ratore de ſumma deiecto: Religatis poſt terga manibus, iniecto ceruicibus laqueo, veſte diſciſſa ſeminudus in forum tractus eſt inter magna rerum & verborum ludibria per totũ viæ ſacræ ſpatium reducta coma à capite, ceu noxij ſolent, atque etiam mento mucrone gladij ſubiecto, vt viſendam præberet faciem, néue ſubmitteret. Nũc etiam cæſaries reorum ab ipſo Carnifice ante ſuppliciũ detonditur, ne ſylua capillorum, quæ ferè cuſtodijs in carceris ſquallore & pædore alitur, & creſcit, aciem gladij retundat, aut alioquin officiat in animaduerſione. Sed prolixum eſſet minutiora perſequi: Silentio tamen præterire non poſſum Romanorum ſuperſtitionem, qui piaculum, & nefas eſſe ducebant, virginem ſtrangulari, indignum autem eſt relatu tortores & carnifices priuſquam fauces præmerent florem virgineum fœdè, irato veluti Genio & Hymene, delibaſſe, carpſiſſe, vitiaſſe. Suetonius in Tyberio: Viginti vno die abiecti, tractique, inter eos pueri & fœminæ, immaturæ puellæ, quia more tradito nefas eſſet virgines ſtrangulari,

Virginem nõ ſtrangulabãt Rom.

lari, vitiatæ priùs à carnifice, dein ſtrãgulatæ. Tacitus lib. 5. Tradunt eius temporis auctores, quia triumuirali ſupplicio affici virginem inauditum habebatur, à Carnifice laqueum iuxta compreſſam, exin obliſis faucibus id ætatis corpora in Gemonias abiecta. Corpora quidem animaduerſorum, vti teſtantur Iureconſulti tit. de cad. punit. quibuſlibet petentibus ad ſepulturam danda ſunt, non autem aliter ſepeliuntur, quàm fuerit permiſſum, & nonnũquam non permittitur, maximè maieſtatis cauſa damnatorum. Apud nos quidem nunc hoc rariùs conceditur ex regijs cõſtitutionib⁹. Eorum quoque corpora, qui exurendi damnantur, peti poſſunt, ſcilicet vt oſſa & cineres collecta ſepulturæ tradi poſſint. Si quis in inſulam deportatus, aut relegatus fuerit, pœna etiam poſt mortem manet, nec licet eum inde trãsferre alicubi, & ſepelire inconſulto Principe, vt ſæpiſſimè Seuer. & Anton. reſcripſerunt, & multis petẽtibus hoc ipſum indulſerũt. Hinc eſt, quòd Scipio in exilio voluntario moriens noluerit ſuas reliquias Romam deportari,

Corpora punitorum.

portari, ſed ſuo ſibi voluit aſſcribi tumulo, *Ingrata patria, ne oſſa quidem mea habes.* Solebant etiã Romani, dum ſuppliciũ de aliquo ſumerent, aut per Præconem voce, aut per ἐπιγραφὴν, vel inſcriptionem crimen, ob quòd plectebatur reus, exprimere, vt omnibus noteſceret. De Præcone exempla obuia. Lampridius in Alexandro Seuero: Clamabat, inquit, ſæpiùs, quod à quibuſdam ſiue Iudæis, ſiue Chriſtianis audiuerat, & tenebat, idque per Præconem cùm aliquem emendaret dici iubebat: *Quòd tibi fieri non vis, alteri ne feceris.* Item de Thurino: *Fumo punitur, qui vendidit fumum.* Spartianus etiam ſcribit quendam fuſtibus cæſum, ſub hoc Præconis elogio: *Legatum Pop. Rom. homo plebeius temere amplecti noli.* Exemplum eſt etiam in l. 16. ex quib. cauſ. infam. irrog. De titulo verò & ſuperindictione exemplum eſt in l. ſi Domino §. vlt. ff. de iureiur. Item apud Suetonium in Caligula: Romæ publico epulo ſeruum ob detractam lectis argenteam laminã carnifici confeſtim tradidit, vt manibus abſciſſis, atq; ante pectus à collo pẽdẽtibus præcedente

Crimen damnatorũ dupliciter exprimebãt Rom.

Preco

Titulus.

præcedēte titulo, qui cauſā pœnæ indicaret, per cœtus epulantiū circunduceretur. Itē in Domitiano: Patrēfamilias, quòd Trachē Mirmiloni parē, Munerario imparem dixerat, detractū è ſpectaculis in arenā canibus obiecit, cum hoc titulo: *Impiè loquutus eſt Parmularius*. Notus eſt titulus magnificus, & triūphalis per Pōtiū Pilatū Tyberij Procuratorē, & Præſidem in Iudæa affixus ligno CRVCIS, vnde noſtra pepēdit SALVS, ſub qua fœlici arbore hic cōquieſcemus, interea laborem noſtrum ſubſiciuum remittentes.

Potuit fortaſſe, ac debuit hæc ſuperficies altiùs & latiùs extrui pro ſoli & iactorū fundamētorū decoro, ſi talē architectū inueniſſet, qui de mortuo ſuccedere potuiſſet. Sed nobis hāc appēdicē inſtar tecti tumultuarij potius, quàm faſtigij, aut coronidis appoſuiſſe in præſentiarū ſatis erit, neq; enī luminibus aliorū ambitiosè obſtruere ſtudemus. Quod ſi officiū opellamque noſtrā non ingratā animaduerterimus, opus exornare, & excolere, maioraq; tentabimus, illo ſemper iuuante, cui honor & gloria in perpetuum.

INDEX

INDEX RERVM AC VERborum, quæ in hoc opere notatu digna viſa ſunt.

ABaci notariorum & ſcribarum. fol. 54
Abdico 291. 308. 310
Abdico ad iuriſdictionẽ p̃tinet 291
Abdico legendum non addico 309
Abolitio 490
Abolitio duplex 491
Abolitio oppoſita inſcriptioni 491
Abſoluere quid 656
Abſolutionis ſymbolum 555
Acatalepſia Academiæ 535. 746
Accenſum qui habebant 718
Accenſus nomen militiæ 717
Accenſus non niſi libertus 718
Accenſus quando præcedebat magiſtratum eod.
Accenſus vnde 716
Accerſere 502
Accipere 678
Accuſatio 191. 484
Accuſatio in adoleſcẽtibus nõ improbata 141. 446.
Accuſatio natura defenſionẽ præcedit 521
Accuſationem remittere 458
Accuſationes olim cotes pertinacium ingeniorum 524
Accuſationis præmium 439
Accuſatio pro libello 484
Accuſatores 434
Accuſatores plures in eadem cauſa 134. 434
Accuſator eriam patronus 225
Accuſatoribus apponebatur cuſtodes 492
Accuſatorij iudicij ordo 481
Accuſatorius mos deſuetudine antiquatus 470
Accuſator rarò ſine ſubſcriptoribus dicebat 174
Accuſator ſubſellia collocabat pro arbitrio 69
Accuſator ſummiſſus S. C. Turpiliano tenetur 460
Accuſatorũ rabies ſub Tyberio 447
Accuſatorum præmium 175
Accuſatorũ triplex genus 192. 437
Accurſius reprehenditur 85
Achilles & Hector pugnaturi ſortiuntur 644
Acroamatica dogmata 35
Acroaſis eod.
Acta 550
Actio 131. 133. 136. 601
Actio Aquilia 292
Actio confeſſoria 607
Actio diuiſa in articulos 132
Actio idæa orationis 264
Actio legis 302 304
Actio natura & dignitate prior oratione 256
Actionem dare 292
Actionem decernere 294
Actionem nox dirimebat 130
Actionem permittere 293
Actiones à quo dabantur 292. 305
Actiones exemtæ 91
Actiones Græcæ 755
Actiones interrogatoriæ 606
Actiones in Verrem 254 355
Actiones in Verrem quando habitæ 357
Actiones olim apud Põtifices 602
Actiones olim ex 12. tab. ducebantur 303
Actiones ordinariæ 293
Actiones retractabantur 251
Idque variè 252
Actiones tantùm Romæ 605
Actionis animus 139
Actionis orationis, & declamationis diſcrimen 136. 251.
Actionis vis in ſtante 48
Actionum formulæ. 35. 293. 599
Actionũ impetrationes ſublatæ 610
Actionum ſolemnitates ſolùm in ordinarijs

ordinarijs iudicijs 609
Actio perſonalis 602
Actio quàm cognitio feliciores ſortitur ſucceſſus 185
Actio voce & geſtu conſtat 137
Actore non probante abſoluitur reus 593 628. 746
Actores 145
Actor libello malè concepto nihil agebat 589
Actor teſtibus auriculam vellebat 566
Actuarij 118. 251. 708
Acturorum metus 117
Acturus fateri debet aliquo ſigno externo ſollicitudinem 118
Actus rerum 6. 93. 588
Ad agnatos & gentiles reducere 278
Addieo 309
Addictio 314. 788
Addictio in capitalibus 311
Adeſſe alicui 147
Ad incitas redigere 184
Adiudicatio 304
Adiuncti cauſæ 173.
Adoleſcentes 192
Adoleſcentes dicendi ſtudioſi 191
Adoleſcētes in Cētūuiralibus 193
Adoptio 296
Adoptionis ſolénitates ſublatę eo.
Adoptio per arma 296
Adoptio per baptiſma eod.
Adoptio per comam eod.
Adoptio per ſacras preces eod.
Adrianus Imp. 448. 630
Aduerſaria 550
Aduocati 533
Aduocati adſunt litiganti & cauſæ 147
Aduocatio eod.
Aduocationes potentiorum abrogatæ 178
Aduocationis frequentia quā quis ſit gratioſus indicat 152
Aduocationis numeroſæ exemplum 154
Aduocatio pro accuſatione 151
Aduocati præter oratorem quicūque reo adſunt 151
Aduocati propriè 150
Aduocati qui & vnde 146
Aduocati reorum paribus ſubſellijs ſedebant 250
Aduocati ſubſellium habebant 67
Aduocati togati 207
Aduocati variæ ſignificationes 150
Aduocatorum diuerſa genera 146
Aduocatorum & patronorum munus diuerſum 217
Aduocatorum origo 153
Aduocatus in bonam partem 217
Aduocatus pro accuſatore 225
Aduocatus pro patrono 151
Aduocatus pro teſte 147. 533. 567
Aduocatus ſupereſt clienti 148
Ædes Martis 23. 25
Ædiles aleæ luſibus præerant 327
Ædiles Cereales 2
Ædiles curules 2. 299. 328
Ædiles curules prætextati 337
Ædiles curules quādo creati. 338
Ædiles curules qui primi eod.
Ædiles curules vnde 337
Ædiles plebei 2. 326
Ædiles plebei adminiſtri tribunorum 325
Ædiles ponderum rationem habebant 326
Ædiles tēplo Cereris præerāt 328
Ædiles vnde 330
Ædiliū poteſtas imminuta 318. 330
Ædilium varia munia 330. 327
Ælianum ius 602
Æquales calculi 749
Æqualitate ſuffragiorum reus abſoluebatur 748
Ærarij 413
Ærarium 19
Ærarii tribuni 672
Æſchines 140
Æſchinis dictum eod.
Æs circumforaneum 27
Æſopus hiſtrio 263

Æſtimare

Æſtimare litem 512
Æſtimare litem capitis 514
Æſtimare pecuniam 519
Æſtimata pecunia ad quos redeat pag. 516
Æſtimatio litis nō impedit poſteram defenſionem 513
Æſtimatio litis noſtri tēporis 518
Æſtimatio litis quædam non eſt iudicium 518
Æſtimatio litis triplex 512
Ætas emerita in vtraq; militia 376
A fabis abſtine 679
Affectuum duplex genus 264
Affectuum vis 266
Agellus vbi Octauius natus ſpectris infamis 271
Agendi ratio 132
Agendum an gratis 238
Agentium ineptiæ 139
Agere ciuiliter 514
Ἀγοραὶ 2
Agrorum aſſignatio 228
Agrorum diuiſiones 237
Album cytharœdorum 350
Album decuriarum 378
Album faſtorum 350
Album ſenatorum eod.
Alcibiades tabellariam rationem improbauit 664
Alexander Seuerus 596. 630
Alexander aſſeſſoribus & iudicibus ſalaria inſtituit 633. 702
Alexandri Imp. conſtitutio de appaiitionibus 728
Alexander Magnus vinoſus 618
Alexander ſeruus Fannij 779. 783
Almanach 350
Alphenus 632
Altercandi & dicendi ordo quandoque confuſus 532
Altercari quid 529
Altercatio 527
Altercatio communis rhetori & dialectico eod.
Altercatio diuinationi oppoſita pag. 533
Altercatio cōmendat oratorē 529
Altercatio in atechnis 528
Altercatio intentionis & depulſionis 496
Altercatio maximè in teſtium interrogatione conſiſtit 539
Altercatio nonnunquam actionem perpetuam præcedebat 531
Altercationis partes 527
Altercationis ſpecies 533
Altercaturi citabantur 530
Altercaturorum præcepta 531
Amanuenſes 706
Amazones 203
Ambitioſa decreta 679
Ambitus Iudicum ad libidinem referuntur 671
Ambitus pecunia apud ſequeſtres deponebatur 677
Ambulationes 33
Amici iudicum à conſilijs 628
Amici ſordidati pro reo 151
Amittere litem 589
Amonij locus 236
Ampliare 555
Ampliatio 554 562
Altercatio alterius tantùm partis gratia concedebatur 556
Ampliationis à comperendinatione & diffuſione differentia eod.
Ampliationis ſymbolum 555
Ampliatio ſpecies dilationis 556
Amplius pronunciare 556
Anacriſes 344
Anacriſes maleficarum 277
Anacriſim facere 345
Anacriſis quid 347
Anaphoneſis 231
Anaximenes Mileſius 112
Andreas Alciatus 81 291
And. Alciatus reprehēditur 794
Androginæ 203
Androginum 206
Andronicus hypocrita 137
Ἀνευ μισϑȣ̃ καὶ συγγραφῆς pag. 240
Animus ſedendo magis ſapit 50. 68

Annales 550
Anneſia 204
Anni varia initia 109
Annius Milo 234
Annulo ferreo equites iudiceſque intelligebantur 364
Annulorum aureorum ius 364
Anteambulones 114
Anteceſſores 39
Anteceſſores iuris profeſſores 44
Anteceſſores quatuor in ſingulis gymnaſijs 44
Anteceſſores vnde eod.
Anteceſſoris vocabulum ex caſtrenſi forenſe eod.
Anteceſſorum conſeſſus varia nomina 39
Anteſtare 148
Anteſtari 568
Anteſtatis auricula vellebatur 568
Anteſtatus 533. 568. 578
Anticategoria 521
Anticategoria duæ lites 521
Anticategotia locum non habet apud iuratos iudices 521
Anticenſores 39
Antiquarij 4
Antiſtes 148. 533. 569
Antiſtitor 533. 569
Antoninus Pius 631
Antoninus Pius delatores extinxit pag. 445
Antonij cum Cleopatra ſpõſio 616
Antonius rhetoré domi habuit 185
Aphricanus 632
Apodectæ 3
Apophtegma 681. 692. 710. 758
Aporia Rom. in ferendis ſententijs pag. 535. 746
Apoſtatæ 278. 462
Apparitiones an ab animabus defunctorum fiant 276
Apparitiones numeroſæ 729
Apparitores 702
Apparitor vnde 703
Appellandi tempus 760
Appellans tertiò non audiendus pag. 775
Appellatio 106. 515
Appellare non licet à ſententia interloquutoria 781
A quibus appellare non licet 781
Appellatio ad tribunos 763
Appellatio à quibus primùm facta pag. 760
Appellatio neceſſaria 773
Appellationes à dormitabundo ad vigilantem 750
Appellationes ad patres 771
Appellationes ad præfectum vrbis pag. 770
Appellationes ad principem 768
Appellationes à iudicibus ad ſenatum 768
Appellationes à rege malè informato ad regem meliùs informandum 759
Appellationes litium alumnæ 773
Appellationes non fiebãt à ſenatu ad principem 769
Quorum appellationes non recipiuntur 778
Appellationis, reſtitutionis in integrum & ſupplicationis differentia 772
Appellationum abuſus 773
A iudice appellatur is qui dedit 773
Appendicula cauſæ principis 515
Appius Claudius 439
Appius Claudius beneficio imbris liberatus 12
Applicationis ius 236
Appollodorus 29
Aquæ & ignis interdictio 805
Arbitrari 536. 747
Arbitri 283. 389. 535
Arbitria honoraria 394
Arbitrij & iudicij comparatio 391
Arbitri nudam iuriſdictionem habent 289
Arbitrium 391
Arbitrium recipere voluntariæ iuriſdictionis 393
Arbitror verbum Rom. conſuetudinis

dinis conſideratiſſimum 536
Arcadii & Honorii conſtitutio 755
Arcæ robuſteiæ 738
Arcera 62. 65
Ἀρχαὶ 2
Archeia 19
Archigrammatei 714
Arctūrus periuriorum vindex 538
Area tribunalis 46
Arenaria vitrea 123
Areopagitæ 189
Areopagitæ noctu iudicabant 132
et 265
Areopagus 264. 666
Areſta 771
Areſta duo celebria 752
Argus 171
Argyranche Demoſthenis 246
Arma cauſæ 545
Arnoldus Tylius 752
Arreſtatio 792
Arreſtatio cur introducta eod.
Arrogare 297
Arrogatio eod.
Arrogationis formula 312
Ars dicendi 180
Articuli neoteriorum pragmaticorum 599
Aſclepiadis arrogans ſponſio 616
Aſconij locus corruptus 557. 646. et 650
Aſconius emendatur 359. 649
Aſconius reprehenditur 356. 562
Aſiziæ 9
Aſſeclæ 202
Aſſectari eod.
Aſſectari in malam partem 206
Aſſectari virginem 202
Aſſerere 423
Aſſertiones 422
Aſſertore quando opus 423
Aſſeſſores 627
Aſſeſſores principibus & imperatoribus aderant 630
Aſſeſſoribus ſalaria inſtituit Alexander Imp. 633
Aſſeſſoris officium & munus 629
Aſtræa 167. 782
Athenienſium mos in æſtimatione pœnæ 419
Athenienſium mos in teſtificando pag. 578
Athenienſium multæ 585
Athletæ 10
Atterminationes 82
Atteſtari 148
Atticorum mos in perorandis cauſis 10
Auaritia iudicum ſordes 680
Auctor inuidiam deprecatur 4
Auctoris excuſatio 683
Auctoritas 102
Auctor ſuijpſius optimus interpres pag. 209
Aucupia verborum 604
Audientium locus 70
Auditorium cauſarum 35
Auditorium cauſarum in aula principis 36
Auditorium pro auditoribus 35
Auditorium pro foro 34
Auditorium recitantium 259
Auditorium redemtum 71
Auditorium ſacrum 39
Auditorum faſtidientium ſigna 75
Auditorum fauentium ſigna 74
Auferre diem 91
Auferre pignora 582
Augusti Coloſſus 19
Augusti forum 22
Auguſtinus apparuit Eulogio Rhetori 277
Auguſti templum 25
Auguſtus conceſſit decurijs iuſtitium annuum 92
Auguſtus faſtos recognouit 85
Auloedi qui non cytharœdi 159
Auli Gellij integritas & religio pag. 619
A. Gellii locus 570
A. Gellius quo tẽpore vixerit 213
A. Gellius explicatur 92 102. 561
A. Gellius reprehenditur 149

Aurelii gradus 19
Aurelium tribunal 58
Aurelius Cotta iudicādi munus ſenatoribus, equitibus & tribunis ærariis communicauit 353
Auriculæ vellicatio 567. 570
Auricula ima 577
Auſonius explicatur 570. 575
Auſpicia aliquando iudicium diſcutiebant. 90
Automaton 112
Αυτὸς ἔφα 4
BAilliui habent merum imperium 286
Bailliuorum & hominum feudalium differentia in iuriſdictione 286
Bancquetum 696
Barba reorum 269
Baſilicæ 11
Baſilicæ cinctæ porticibus 11. 15
Baſilica Fuluia 11
Baſilicæ fori amplitudo 25
Baſilica Iulia 11. 21
Baſilicanæ lites 13
Baſilica opimia 11. 19
Baſilica Portia 11. 326. 763
Baſilica quid & vnde 17
Baſilicarum ſtructura eod.
Baſilicæ vndecim Romæ eod.
Baſilius Magnus 552
Bellorum ciuilium apud Rom. materia 230
Beneficia militaria 234
Beneuenūtæ 696
Blaterones loquutulei 224
Boarium forum 10
Bona Mediolanenſis 203
Bona prædia 577
Boni dies 83
Bonorum ceſſio 792
Bonorum poſſeſſio 582
Bonorum poſſeſſio à quo & intra quod tempus petenda 592
Bonorum poſſeſſionis decretū voluntariæ iuriſdictionis eod.
Bonorum poſſeſſio quare introducta 589
Bonorum proſcriptio 584
Bonorum proſcriptionis calamitas pag. 585
Bos in lingua 453
Boum æſtimatio 581
Breuiarium 550
Breuiarium imperii eod.
Brutiani 727
Burgimagiſtri 411
CAbinetum 597
Cædere cauſa 588. 594
Cadere formula 589
Caduceum Mercurii 265. 680
Eiuſdem allegorica explicatio iiſd.
Cæcilia lex 647
Cæcia lex 662. 669
Cæſares de cauſis dubiis conſulebātur 399
Cæſares plurima excogitarunt ſupplicia 798
Cæſares recitarunt 259
Cæſares ſententiis capitalibus ſubſcribebant 301. 324
Cæſares voce aliena cōcionati 260
Cæſar & Cicero decemuiri 415
Cæſaries reorum ante ſupplicium detondebatur 811
Cæſo primus publicos vades dedit pag. 574
Caia Affrania 204
C. Cecilia primùm texuit rectam tunicam 207
Caii Iulii tyrannis 384
C. Norbani cauſa coram æquitibus acta 356
C. Caligula quintam decuriā conſtituit 363
C. Cornelius Primipilus 743
C. Cracchus equitibus iudicia tranſtulit 351
C. Gracchus legem iudiciariā tulit 351
C. Martius Rutilius 333
C. Vatienus 743
Calcomares 273
Calculus 659

calenda-

Calendaria 86
Calédarii olim infame vocabulum pag. 86
Callimachus poeta 78
Calliopius 261
Calliſtratus 632
Caluiſiana actio 292
Calumniæ ars quæſturia 443
Calumnia in priuatis 466
Calumniantes infames eod.
De calumnia poſt abſolutum reum quæritur eod
Calumnia propriè 464
Calumnia pro tergiuerſatione 458
Calumniari 472
Calumniari pro captare & aucupari 464
Calumniari qui dicuntur 463
Calumniatores eod.
Calumniator non ſemper, qui cauſam non tenet 472
Calumniatorum frons inuſta ferro eod,
Calumniator vnde 469
Calumnioſi 463
Cameræ 417
Camillæ 203
Cancellarij 36. 38. 714
Cancellarii munus ſub Cæſaribus magnificentiſſimum 714
Capere pignora 582
Capilli reducebatur damnatis. 810
Capillū ſubmittebant rei abſoluti pag. 270
Capitalia iudicia 430
Capſæ 172
Capſarii eod. & 179
Caput in iure duplex 430
Caput pro ſtatu eod.
Carbonis lex 662
Carceres 734
Carceres à coërcendo eod.
Carceres hoſtium 743
Carceres perpetui eod.
Carceres priuati 744
Carcer pœnalis 742
Cardines cauſarum 499
Carina 25
Carnifices 730
Carnifices & lictores quid differant 735
Carnifices tintinabula geſtabant pag. 734
Carnifex nec ciuis nec domicilium in vrbe habebat 736
Carolus Dux Burgundiæ 786
Carolus Mollinæus 235
Carpentum iudiciale 59
Calcos 307
Caſſia lex 662
Caſſius Seuerus 51. 627
Caſtorem viri non iurabant 547
Caſtoris Pollucíſque ſimulacrū 25
Caſtoris Pollucíſque templū 13. 19
Caſtrenſes dies 99
Caſtrorum & fori ſimilitudo 367
Caſus nouitatis 603
Catalogus 348
Cathedrarum miſera conditio 185
Catilinariorum coniuratio 343
Catilinariorū cōiurat. index 526
Cato 631
Cato Cenſorius 18
Catonis dicterium 809
Catonis in ſenatu ſæpius exploſa paradoxa 629
Catonis præceptum 689
Cato ſcribas in ordinē redegit 704
Caudex 728
Cauſæ appellationum 11
Cauſæ arma 545
Cauſæ centumuirales 396. 428
Cauſæ coactio 558
Cauſæ coniectio 557. 563
Cauſæ coniectio pro ſumma & leui cognitione 559
Cauſæ cur ſub dio agerentur 15. 18
Cauſæ diobolares 356
Cauſæ domi cognitæ 33
Cauſæ dubiæ ad cæſares libello deferebantur 300
Cauſæ dupondii 396
Cauſæ exemplum 531
Cauſæ grauiſſimæ tyrocinii die ſuſcipie-

cipiebantur 198
Cauſæ liberales 413
Cauſæ liberales ſæpius repetebantur 423. 425
Cauſæ minutæ 397
Cauſæ populares 428
Cauſæ prætoriæ eod.
Cauſæ principis appendicula 515
Cauſæ priuatæ 428
Cauſæ publicæ 429
Cauſæ publicæ & priuatæ apud quos diſceptarentur 428
Cauſæ quæ ſuſcipiendæ 439
Cauſæ ſola altercatione contentæ pag. 531
Cauſam dicere 475
Cauſam exarmare 545
Cauſam retractare 262
Cauſa perendinata 103
Cauſa perorata quando 142
Cauſa publica vnde dignoſcatur pag. 345
Cauſa repetundarum 503
Cauſaria miſſio 372
Cauſarum continentia 500
Cauſarum diſcrimen 427
Cauſarum diuiſio eod
Cauſas agere num magiſtratum deceat 190
Cauſas agere Romæ in prætexta non licebat 194
Cauſas agi vernaculè expedit 755
Cauſa vel ad ordinarios vel ad delegatos deferebatur 396
Cauſidici 146
Cauſidici dupondii 396
Cauſidici nulli olim 153
Cauſidicis noſtri temporis obiecta repagula 47
Cauſidici ſtantes dicebant 45
Cauſidicorum hora 119
Cauſidicorum munus quæſtuarium pag. 217
Cauſidicorum quorundam miſerabilis conditio 248
Cautio in extrinſeca eloquentia pag. 267
Cautio in ſatisdatione duplex 574
Cautio pro iuris candidato 250
Cecinnana cauſa apud centumuiros acta 220
Cella ſanctior 26
Celſus 632
Cenſores 378. 329
Cenſores cogebant olim iurare vxorem haberi liberum quærendorum gratia 371
Cenſores decurias deſcribebant pag. 378
Cenſores iuriſiurandi rationem habebant 543
Cenſores nulli tempore Cæſarum pag. 39
Cenſor primus ex plebe 333
Cenſus decuriarum 363
Cenſus equeſtris 360
Centumuirale iudicium differri nõ poteſt 560
Centumuiri 21. 653
Centumuiri cẽtum & quinque 406
Poſt cẽtum & octoginta 408 416
Centumuiri conſilium ordinarium prætoris 622
Centumuiri de iure priuato cognoſcebant eod.
Centumuiri ordinarii iudices in priuatis 396
Centumuiri quando creati 407
Centumuiri vnde 406
Centumuirorum cognitio 397
Centumuirorum quadruplex conſeſſus 409
Apud centumuiros grauiſſimi oratores dixerunt 220
Centuriæ 348
Centuriæ populi à quo recognoſcebantur 349
Centuriæ pro actis cenſualibus 349
Centuriones 348
Ceſſio bonorum 792
Ceſſio in iure 602
Χειροτονεῖα 668
Chlamis militum 210

Chœliæ

Chœlia 203
Chorus 26
Chriſtiani ſtigmatici ſub Domitiano 799
Chriſtianorum ſupplicia 798
Chriſtianus homo præuaricator legis 452
Chriſtus quando natus 85
Chryſippus 239
Cicero apud Centumuiros dixit pag. 220
Cicero cum Aſconio conciliatur pag. 357
Cicer. explicat 25 31.32.50 90.102. 105.162.172.207 209 316 322. 490. 497. 513. 537.587.646 647
Ciceroni obiectæ ſordes 246
Ciceronis conſilium in dialogis de legibus 316
Ciceronis exilium 382
Ciceronis factū in defēſione Flacci 267
Ciceronis leges 316
Ciceronis lex explicata 318
Ciceronis locus ab Aſconij diſcrepans 354
Cicer. loc⁹ emēdatus 26. 207. 302
Ciceronis Nomothetice 329
Cicero ob actionem dilatā ſeruum manumiſit 117
Cicero Platonem imitatus in libro de legibus 316
Cicero vnde ſuas leges deſumſit pag. 317. 337
Cimmeliarchion 597
Cincia lex 244
Cipparij cuſtodes 739
Cippus eod.
Circumducere edictum 595
Circumforaneum æs 27
Circunſtantiæ 803
circus Flamineus 16
ciſta 647
citatio iudicum à prætore 643.655
citati per præconem rei 476
ciues primarii penulis vtebantur diebus feriatis 223
ciues Rom. rarò vltimo ſupplicio afficiebantur 431.732
ciuium cœleſtiū plures ordines 402
ciuitates in clientelis 231
ciuitates in magnis curijs ſuos patronos & aduocatos habebant 233
clamare ad ſtomachum litigatoris 219
clamatores eod.
claudii cæſaris patientia 52
Eiuſdem ſtoliditas 223
Eiuſdem edicta ridicula 214
Eiuſdem edictum de patrocinio potentiorum 233
claudii Patritii 268
claudii Patritii plebi infeſti 224
claudius Cæſar coss. aſſedit in iudicio 631
cl. cæſar Ædilium poteſtatē minuit 320
cl. cæſar iuſtitium hieme & principio anni iudicibus conceſſit pag. 88
cl. cæſar linguæ Græcæ ſtudioſus pag. 756
cl. cæſar mercedib⁹ aduocatorum modum poſuit 245
cl cæſar religioſis diebus ius dixit 93
cl. Licinius ſtolo 333
cleanthes 239
clem ſæpe de verb. ſignificat explicata 52
cleopatræ cum Antonio ſponſio pag. 616
clepſydra 121
clepſydræ Græcis vſitatæ 122
clepſydra eloquentiæ inimica 125
clepſydræ vſus à Græcis ad Rom. tranſlatus 122
clepſydræ vſus à quo in forum inuectus 124
clepſydræ vſus certior ſolarij 129
clepſydræ vſus improbatus 123
clepſydræ vſus quando Rom. illatus & à quo 124

clepſydra quid eod.
clepſydrarum horæ 126
clepſydris ſingulis ſingulæ horæ an reſponderent eod.
clericus 706
clientela priſca à militari beneficio differt 235
clientes 115 229. 286
clientes fori 226
clientes ingrati 247
clientes ingrati chiragra laborare dicuntur 248
clientes non omnes ex ſeruis 227
cliẽtes quo in gradu officiorũ 237
clientes togati 115. 120
clientes togatuli 212
clientum origo 226
clientum ſportulæ 115
clodia Metelli vxor 446
clodius Fulcher 673
clodoueus rex 236
conſuetudinis prouinciæ habenda ratio ab aduocatis 247
cneus Flauius Scriba cornicum oculis confixit 78. 602 705
Idem faſtos plebi communicauit pag. 78, 154
cneus Pompeius eloquentiæ frenos impoſuit 124
Idẽ laudationes reorum ſuſtulit pag. 178
Idem l. iudiciariam tulit 358
cn. Quintius capitolinus 338
cn Sergius Silo 780
codex 550
codex carceris inſtrumentum 738
cœna in calatho 694
cœna recta eod.
cœnationes 33
cogere iudicium 412
cognati quibus inuitis teſtimoniũ non denunciatur 275
cognati quibus licet eſſe ſordidatis 267
cognitio 262. 283. 311. 314
cognitio arbitrorum libera 394
cognitio extraordinaria 429
cognitio legitima 380
cognitio libera eod.
cognitionem recipere 293
cognitionis natura 312
cognitionum dies 108
cognitio populi 378
cognitio quando extraordinem fiebat 342
cognitio ſenatus 385
cognitores 146. 155
cognitores qui 156
cognitoris à procuratore diſcrimen 157
cognitor non minor annis viginti quinque 196
cognitorum origo 155
cognoſcens pro tribunali rarò tẽpus iudicati ſeruat 795
cognoſcere de plano 52
cognoſcere de tribunali 52
cognoſcere ſine ſtrepitu 53
cohors ducum Macedonum 202
cohors magiſtratuum 507
cohors miliaria 406
cohors prætoria 40
cohors quingentaria 406
colere 202
collegæ 325
coloſſus Domitiani 19
columna Traiani 24. 28. 29
comitat⁹ deducẽtiũ frequẽtia 116
comitatus dictурorum 114
comitatus inquiſitorum 509
comites 115
comites l. Iul. repetundarum tenentur 507
comitia 19
comitiales dies 88
comitiales dies interſciſi eod.
comitia ſacroſancta 401
comitia ſub dio 14
comitiorum ordo 663
comitium pro foro Rom. 19
comitium quid & vnde 16. 30
comitum grex ex quibus cogebatur 115
comitum quinque genera eod.

commeatus 377
commentarienſes 629.741
commentarius 550
commenrarius imperij eod.
commiſſarij 58.295.418
commiſſio adiornamenti 304
commoda ſequuntur quem incommoda 516
commodatarius 419
commœdi nomen commune recẽſitoribus & hiſtrionibus 261
compatres 306
compenſatio 521
comperendinatio 562
comperẽdinationis ab ampliatione & diffuſione differentia 556
comperendinatio ſpecies dilationis eod.
compitalia 96
comploſus manuum 74
concepti dies 86
conciliabulum 9
concilium 399
concilium quid eod.
concilium idem quod conciliabulum 401
concilium pro comitiis & contra pag. 404
conciliũ pro nocturno coitu eod.
concio ſub dio 14
concordiæ templum 19
concuſſio 540
condemnati an audiendi qui dicunt ſe habere quod referant de ſalute principis 786
condemnati nomine in publicis cuiuis prouocare licet 780
condemnationis ſymbolum 555
conductio & redemtio iudicii 674
congedium curiæ 490.593
conii cere cauſam 559
confeſſi 794
confeſſoria actio 607
confeſſus pro iudicato eſt 779
confuſio linguarum vltio diuina pag. 754
Confeſſores 176
confeſſus anteceſſorum varia nomina 39
confeſſus ducum & iudicum in caſtris 68
conſiliarius 398.627
Eius munus 629
conſiliarius aurum deſpicere debet 691
conſiliator 398
conſilium 398
conſilii & concilii differentia 399
De conſilii ſententia 634
conſilium prætoris in prouinciis pag. 627
conſilium proconſulum & præſidum in prouinciis eod.
conſilium prudentum 634
conſilium Romæ 620
conſilium ſanctum, ſtrictum priuatum 39
conſiſtere in iudicio 571
conſiſtorium 34.40
conſtituere iudicium 342
conſtitutio 571
conſtitutio cæſaris 290
conſtitutiones regiæ 654.690.780
conſtupratum iudicium 674
conſulatus quo anno peti poterat pag. 667
conſules 324
coss. habebant viatorem 722
Item lictorem 724
coss. in vrbe faſces non præferebantur 726
cons. in ſenatu præerat 387
cons. primus ex plebe 333
cons. faſces 338
conſuetudo improbata 779
conſultationes 301
conſultorum quatuor genera 635
conteſtata lis cur dicitur 501
conteſtata virtus 501
conteſtatio litis 498.623
conteſtatio litis quibus conſtet pag 499
continentia cauſarum 500
continui dies 107

contubernium principis 199
contumaciæ pœna. 580. 586
contumacia quomodo perficiebatur 594
contumax verus non appellat 596
conuadari 566
conuentio 521
conuentionales dies 198
conuentus 9 401
conuentus mercatorum concepti-ui 9
corax Rhetor 186
coriolanus 328
cornelia lex 341. 496. 540 603. 616
corneli9 Tacitus explicatur 55. 335
corn. Sylla 352
cornicum oculos configere 78. 93 & 602
Corouceés 229
corpora punitorum ad ſepulturam peti poterant 812
corruptio Iudicum diuino iure dãnata 684
Itẽ legibus Decẽuiralibus eod
coruus prænuntius mortis ciceronis 107
craſſus carbonem accuſauit 191
crematio viui 800
crimẽ nouum noua lege quærebatur 341
crimen pro libello accuſatorio 483
crimina capitalia 430
crimina capitalia duplicia eod
crimina damnatorum dupliciter exprimebant Romani 813
crimina extraordinaria 429
crimina libellis deferebantur 486
criminantes 440
criminari 484
criminatio eodem & 501
c teſibius Alexandrinus 121
culeus 549
cultus animi indicium 209
cultus Oratorum 213. 216
cultus virilis 216
curatores 2
curatores bonorum 584
curia 41
curiæ 406. 415
curia hoſtilia 13. 19. 42
curiana cauſa 220
curia vnde 42
curiones eod.
currus Myrmecidis 255. 262
curulis 336
curulis à carpẽto & ſolio differt 59
Item à lectica 61
currulem habebat prætor 338
curulis in tribunali 57
curulis maiorum magiſtratuum vectabulum 62
cuſtodes 146. 155 170
cuſtodes apponebantur accuſatoribus 171. 492
cuſtodes appoſiti coniugibus à Zelotipis 171
cuſtodes capſarum aſſernatores pag. 172
cuſtodes debitorũ bonis dati 171 & 584
Cuſtodes manſores 584
cuſtodes ſubibant periculum cuſtodiarum 742
cuſtodia 740
cuſtodia pro cuſtode 741
cuſtodum officium 170
DAmnare reum. 471. 525
Damnatio ad remos 809
Damnatis ad mortem capilli reducebantur in occipitium pag. 810
Dardanarij 37
Dare actionem 308
Dare actionem quid 292
Dare actionem meri imperij 292
Dare bonorum poſſeſſionem 295
Dare iura 298
Dare teſtimonium 541
Dare tutores 295
Dare volontariæ iuriſdictionis 313
Dataria ſalus 419. 424
Dati 419
Datiui eod.
Decemuiri 329

Decemuiri auctionibus præerant pag. 414
Decemuiri decuriones centumuirorum 413. & 417
Decemuiri lictorem habebant 724
Decemuiri litium 412. 626
Decemuiri quas cauſas cognoſcebant 413
Decemuiri ſine appellatione creati 761
Decernere actionem 294
Decima litis 610
Declamatio 136
Declamationis, actionis & orationis diſcrimen 136. 231
Declamationum themata 141
Declamatio quid 140
Decuriæ 348
Decuriæ iudicum à quibus deſcribebantur 378
Decuriæ iudicum duæ tempore I. Cæſaris 361
Tertiam adiecit M. Antonius pag. 362
Quartam Octauius 363
Quintam Caligula 364
Decuriæ quot iudices continerent 363. 378
Decuriæ militum 348
Decuriæ quot militũ capaces 349
Decuriæ variæ 350
Decuria pro albo 348
Decuriarum album vbi aſſeruabatur 378
Decuriarum vices 364
Decuriati milites 348
Decuriatis iudicandi neceſſitas 366
Decuriones 348. 414
Deducere 198
Deductio à quo fiebat 197
Deductio in forum eod.
Deductioni comitatus 198
Deductionis ſolemnitas 197
Defendere quam accuſare laudabilius 191
Defendi 477. 482
Defenſio 191
Defenſio interdum accuſationem præcedebat 519
Deferre 483
Deferre crimen 482
Deferre iudicium 486
Deferre iuſiurandum 540
Deferre nomen 482
Δεῖπνον ἐν σπυρίσι 694
Delatio 446
Delatio accuſationem præcedit pag. 483. 494
Delatio extraordinaria 379
Delatores 441
Delatores aſſidui principibus 440
Delatores præmijs eliciebatur 449
Delatoribus victis pœna irrogabatur 450
Delatorum deportatio 445
Delatorum eliminatio 443. 444
Delatorum præmia 449
Delecti iudices 626. 649
Delectio opponitur reiectioni 640
Delegati 194. 302 688
Delegati nudam habẽt iuriſdictionem 286
Delegati iudices 396
Delere aliquem ex iudicum decuriis 369
Demades orator 636
Democritus laruarum contemtor pag. 276
Demoſthenes puer actiones pupillares habuit 194
Demoſthenes Andronico hypocritæ operam dedit 137
Demoſthenes nimis accuratus in cultu 214
Demoſthenes quantum tribuerit actioni 48
Demoſthenis argyranche 246
Demoſthenis ſpeculum 138
Denunciare quid 539
Denuntiationes 461. 540. 544
Denũciatio tã ab accuſatore quàm iudice fiebat 540
Denunciatus 578

Deponere

Deponere quid 677
Depoſitarius 649. 676
Deprecatio 379. 772
Deprecatores 152. 177
Deſcriptum 112
Deſerens vadimonium non ſemper litem amittebat 593. 595
Deſerere ſchiamachias declamationum 13
Deſerere vmbras parietum eod.
Deſertio 461
Deſertio vadimonii 580
Deſertores 462
Deſideria 487. 582
Deſignatores 411
Deus iuſtus iudex 783
Dialecticæ & Rhetoricæ diſcrimē pag. 264
Dialectici finis perſuadere 527
Diaria 550
Diaſphendon 800
Diezodotæ 285
Dicebatur nonnūquam in noctem pag. 129
Dicendi ars 180
Dicendi artificium in foro extinctum 523
Dicere 42
Dicere actionem 308
Dicere cauſam 475
Dicere cauſam capitis 430
Dicere diem 494. 101
Dicere diem quid propriè 495
Dicere ex plano 51
Dicere iura 298
Dicere præfecturam 282
Dicere proprium oratoris 42
Dicere teſtimonium 541
Dicere vindicias 309
Dico 291. 308. 314
Dico ad iuriſdictionē pertinet 291
Dictatorium fulmen 767
Dictator primus ex plebe 333
Dictator ſine prouocatione 766
Dictiones 136
Didia lex 647
Diei ciuilis initia varia 109
Diei ciuilis partes eod.
Diei dictio accuſationem præcedebat 495
Diem auferre 91
Diem iuris dicere 101. 494. 561
Diem eximere 91. 92
Diem producere 561
Diem proferre eod.
Diem prolatare eod.
Diem ſcribere 101
Diem tollere 91
Dierum diuiſio 79
Dierum varia diſcrimina 78
Dies artificialis 109
Dies atri 80
Dies boni 83
Dies caſtrenſes 99
Dies ciuiles 104. 109
Dies comitiales 88
Dies concepti 86
Dies conſtitutus 494
Dies continui 107
Dies conuentionales 108
Dies critici 100
Dies dicebatur ante interrogationem legibus 497
Dies dictus 103 494
Dies eccleſiaſtici 108
Dies emergentes eod.
Dies exemti 91
Dies exhæreſimi eod.
Dies faſti 79. 99
Dies feſtus 83
Dies inominales 81
Dies interciſi 79. 94. 99
Dies iudiciarii 100
Dies indictiui 87
Dies iuſti 82
Dies iuſti iidem cum nefaſtis 81
Dies legales 108
Dies legitimi 108
Dies lugubres 80
Dies mœſti eod.
Dies naturales 109
Dies nefaſti 79. 94
Eorum diuiſio 83
Dies perendinus 103

Dies præ-

Dies præliares 99
Dies prætextæ & tyrocinii 195
Dies proditus 83
Dies prophanus 101
Dies quando Rom. incipiebat 107
Dies receptus 101
Dies religioſus 83
Dies repentini 87
Dies ſacri 83
Eorum diuiſio eod.
Dies ſeſſionum 108
Eorum diuiſio eod.
Dies ſtati 83.101.494
Dies ſublati 91
Dies ſummus 103
Dies vtiles 107
Dies vulgaris 109
Differre diem 560
Diffundere diem 561
Diffuſio diei ſpecies dilationis 556
Diffuſionis ab ampliatione & cõperendinatione differentia 556
Dignitas viros commendat 214
Dii fori tutelares 25
Δικαστήριον 2
Dilationes ſolutionum 82
Dilatio vadimonii 578
Dilationum copia fori maieſtatem lacerauit 579
Dimicare pro capite 430
Diœcetes 157
Dionyſii tyranni caſus 184
Dionyſius tyrannus 736
Diphilus tragœdus 263
Diribitores 17
Diribitorium 10.17
Dirimere diem 561
Diſceptare in publicis 389
Diſceptatio 311. 314. 389. 500
Diſceptatores 388
Diſceptatores priuatarũ litiũ 345
Diſceptatores publicorum indicio rum 339
Diſceſſio 655.668
Diſpenſatores 157.
Diſpunctio 262
Diſpungere 258
Diſquiſitio 282
Diſſectio membrorũ inuſitata 788
Diuinatio 434.446
Diuinationes in delationibus 176
Diuin. altercationi opponitur 533
Diuiſores 677
Dixerunt pronunciabatur à Prætore 659.142
Dixi 142. 143
Do 291.314
Do ad merũ pertinet imperiũ 291
Doctorum minutiæ 214
Doleanciæ 488
Dolus 463
Dominicus Floccus 417
Dominus 229
Dñs vaſſalli vĩdex et aſſertor 229
Domitiani coloſſus 19
Domitiani dictũ in delatores 141
Domitianus 441
Domitius Vlpianus 632
Domitius Afer 47.71
Domus prærogatiua 590
Domus quæque deos tutelares habet 590
Donatarius 419
Dos 64
Druſi lex 565
Ducenarii 363
Duplicatio 134. 500
Dupondii 396
Duumuiri 760

E

Brietas 617
Ebutia lex 428
Ecclesia ſeu ſynodus an rectè concilium dicatur 400
Eccleſiaſtici dies 108
Edicere meri imperii 298
Edicere quid 298
Edicendi ius qui habebant 299
Edicta Claudii ridicula 214
Edicta de in ius vocando 495
Edictiones pro edictis 299
Edictis euocabantur interdum latitantes 594

Edictum Claudij de patrocinio pag. 233
Edictum contra rhetores 181
Eius ratio eod.
Edictum Franciſci Valeſii 755
Edictum peremtorium 495.594
Edictũ prætoris de miſſione in poſſeſſionem 583
Edictũ prætoris de poſtulando 196
Editii iudices 654
Eguinarius Baro 322
Electi huius temporis 413
Eleempoii 3
Eleonæ eod.
Eleuare teſtes 545
Eloquentia 180.265
Eloquentia canina 221
Eloquentiæ laus 265
Elquentiæ vires 265.524
Eloquentiæ vis in extrinſecis 266
Eloquentiæ vis in quibus elucet pag. 137
Eloquentiæ tyrannis 679
Eloquentia ratione deſtituta, res pernicioſiſſima 166
Eloquentia telum cruentum 182
Eloquutionis vitia 138
Eloquutio propria rhetorum 137
Emergentes dies 108
Emiſſarii 460.507
Emiſſarii furtorũ cõciliatores 461
Empuſæ 273
Ennius poëta 183
Ephemerides 550
Ephialtes 273
Ephori 3
Εφύδωρ 122
Epicurei athei 276
Επιγραφη 813
Epicia 666
Epilogus 264
Επιμέληται 2
Epinicia 449
Epiphonema inciuile 438
Epiſcopi 3
Επίσταθμοι 459
Equeſter ordo 359
Equeſter ordo auctus 364
Equeſter ordo quando cœpit 360
Equeſtris cenſus 360
Equites 418
Equites inter plebeios 360
Equitum decuria 351
Eremodicium 593
Eremodiciũ à deſerto vadimonio differt 592
Eripi ex reis 489
Errones dãnãdi in opus publicum pag. 808
Elguardi 3
Epices 695
Etymologia mendax 677
Etymologia veriloquium eod.
Euangelia 448
Euitare occurſum creditoris 694
Eumenes Cardianus 714
Euripides 384.743
Examen 282
Exarmare cauſam 545
Exceptio 133
Exceptiones declinatoriæ 599
Exceptiones dilatoriæ eod.
Exceptio quid 610
Exceptionum diuiſio eod.
Excipiens non ſtatim fatetur, eo quod excipit 625
Excidere formula 589
Excuſatio perpetua 373
Excuſatio temporalis eod.
Execratio addebatur præiuratori 553
Executio 783
Executioné non impediebat ſupplicatio 771
Executionis ordo 795
Exemplum cauſæ 531
Exemtæ actiones 91
Exemti dies eod.
Exemtio 490
Exemtio oppoſita relationi 491
Exercere iudicium 345

Exercere

Exercere ſtipendia forenſia 364
Exercitores 157
Exhæreſimi dies 91
Exigere foras 12
Exigere iuſiurandum 541
Exilium 804
Exilium improbatum 807
Exilium multiplex 806
Exilium olim non ſupplicium ſed portus ſupplicii 805
Exilium poſtea pœna 806
Eximere diem 91.92.
Eximere crimine 490
Exire ex vmbris 13
Exiſtimatio 430
Ex iure manu conſertum 603
Ex iure ſententiam ferre 671
Exordia modeſta 118.264
Experientia & ratio inſtrumenta cognitionis 637
Exquæſtor 38
Extrahere diem 561
Extraordinaria crimina 429
Extra ordinem quando cognoſcebatur 343.344
Extrudere ſub Iouem frigidum 12
Exuere iuſtitium 90

F

Fabas edere 679
Fabius agendum putat gratis pag 238
Fabius explicatur 158. 212. 404. et 416
Fabius reſtitutus 403
Fabius Sabinus 631
Fabulinus deus 119
Facere anacriſim 345
Facere compromiſſum 392
Facere gratiam iuriſiurandi 542 et 543
Facere iudicatum 304
Facere pro ſacrificare 291
Facere reum 483
Facere vadimonium 569
Faciendi iudicati tempus 787
Faſces conſulum & prætorum pag. 332
Faſces cur obligatæ præferebantur 715
Faſcium numerus 338
Faſti 79.99
Faſti ab Auguſto recogniti 85
Faſti caſtrenſes 108
Faſti & nefaſti contraria ameſa pag. 99
Faſtidientiũ & fauentiũ ſigna 74 et 75
Faſtorũ numerus à M. Philoſopho conſtitutus 100
Februarius 511
Feriæ Latinæ 86
Feriæ imperatiuæ ſeu indictiuæ pag. 96
Feriæ meſſium et vindemiarum 86
Feriarum etymon 6
Feriis viduas ducere, virgines non item licebat 95
Feneſtellæ hiſtoria 412.417
Feneſtella emendatus 412
Feſta mobilia Chriſtianorum 86
Feſta temperanda 97
Feſtus dies 83
Feſtus Pompeius reprehenditur pag. 574
Feudales 234
Feudorum origo 228
Feudorum origines variæ 234
Feudum à fide 238
Feudum a fœdere 228
Feudum a Gallis deriuatum 235
Feudum à limitrophis Rom. fundis 234
Feudum ex militiis eod.
Feudum cum iure patronatus multa habet communia 229
Ficuum furta Athenis capitalia pag. 469
Fidecommiſſarii 321.418
Fideiuſſio 575
Fideiuſſores 575
Fides 537
Fidiculæ 550
Fiduciæ 603
Fiduciaria poſſeſſio 603
Fiduciarium nomen eod.

Fieri feus 496
Filii in acie cæſi pro viuis habentur 377
Fins de congié & nõ receuoir 601
Firmamentum actoris 498.501
Fiſci & reip. conuenientia cum liene 493
Fiſcus vnde 693
Fiſtula Gracchi 126
Flagellare annonam 7
Flagellare opes eod
Flamini non licebat videre feriis opus fieri 721
Flauia lex 341
Flauianum ius 602
Florentinus 632
Fœciales 88
Fœdus patrocinij 231
Fœminarũ impudicarum pœna apud veteres 327
Fœneratorum libido 788
Fœneratorum menſæ 26
Forcluſiones 596
Forenſia Budæi 480
Formæ 273
Formulæ actionum 32.599
Formulæ actionum ſublatæ 293
Formulæ de omnibus ferè rebus conceptæ 601
Formulæ exceptionum 602
Formulæ Prætoris 621
Formulæ recuperatorii iudicii 421
Formula iudicii 392
Formula libelli accuſatorii 485
Formula litis 256.565
Formula litium vnde deducebatur pag. 565
Formularii 151.155.158.159
Formularii non iidem cum ſubmonitoribus 161
Formularii dictabant actionum formulas 293
Formulariorum officium 158
Formularius idem cum pragmatico 161
Fortunæ ludus 184
Foræ Gallorum 4.9
Fora Romæ quot 8
Fori cum caſtris ſimilitudo 99.367
Fori deſcriptio 1.6
Fori dii tutelares 25
Fori diuerſæ ſignificationes 9
Fori etymon 2
Fori etymon Iſydori reprehēſũ 1.7
Fori forma 19
Fori inſtrumentum 54
Fori ſepta 45
Foris eſſe 12
Fori ſolum quanti conſtitit 20
Fori tyrocinium 195
Fori vaſramenta 164
Fori veteris maieſtas 189
Forum à conciliabulo, colonia, municipio & præfectura differt 9
Forum aleatorium 8
Forum ampliſſimum 39
Forum Auguſti 22
Eius ornamenta 24.29
Forum cauſarum officina 10
Forum inumbratũ ſeſſiõnum tempore 14
Forum iudiciale 2
Eius præpoſiti eodem
Forum Iulii 20
Forum latinum 18
Eius ornatus 19
Forum Latinum multis nominibus donatum 18
Forum Latium eodem
Forum Neruæ 27
Quare ili vindicatum 28
Forum non tectum 12
Poſtea tectum 17
Forum prætorianum 39
Forum pro area 30
Forum pro baſilica 30
Forum propriè quid 11
Forum quibus conſtabat eodem
Forum ſuarium, boariumque in cura præfecti vrbis 10
Forum Traiani 28
Eius architectus 29
Forum tranſitorium 28.29
Forum venale 2

ßius præfecti eod.
Eiuſdem varia nomina 3
Forum vetus 522
Forum Vlpium 28
Forus Latinè non dicitur 1
Forus maſculino genere apud Nonium 6
Francæ veritates 9
Franciſci Valeſii edictum 755
Franciſcus Conanus 235
Fremere 75
Frendere eod.
Frons ferrea 473
Frutices nefaſti 95
Fuluia index Catilinariæ coniurationis 526
Fumum vendere 681
Fures 809
Fur manifeſtarius 419
Furioſus teſtis eſſe non poteſt 534
G
Abinia lex 662 669
Galba 266
Galli 537
Gallorũ ius in vxores & liberos 34
Gardomanſores 584
Garentigionata inſtrumenta 794
Gemoniæ ſcalæ 740
Gemonii gradus eod.
Genii domus cuiuſque 590
Geolæ 738
Geſticulatio expoſitio non vocalis 262
Geſtus 138
Geſtus actionis animus 139
Gladiatorum munus in foro 19
Gladius Delphicus 75
Gorgias Rhetor 186
Gracchi fiſtula 126
Gracchi lex 351
Gradus Aurelii 19
Græci ad clepſydram dixerunt 122
Græci in Claudium dicterium 223
& 530
Græci Procuratores non norãt 184
Græcoſtaſis 19
Grammatophilacios 55
Graphiarii munus 906
Graphiarii vnde 766
Gratioſus reus 152
Gratulatores 115
Grauare annonam 8
Guarandus 606
Guilielmus Benedicti 236
Guilielmus Budæus 234 480
H
Adriani templa 596
Hadrianus Imp. eod.
Haloander 234
Haſta 410
Haſta centumuirorum faſtis erigebatur 66
Haſta à quibus cogebatur 412
Haſtæ quatuor 66
Haſtæ vſus 410
Hebræi ſordidati 274
Hector & Achilles pugnaturi ſortiuntur 644
Heluius Mancia 13
Hepar omnium affectionum domicilium 670
Hercinium pagus 112
Herculẽ mulieres nõ iurabãt 547
Hercules Gallicus 25. 266. 274
Hermogenes 632
Heſiodus reprehenditur 95
Heterogeneon 60
Hexaphoros 62.65
Hiſtoriæ 550
Hiſtoricorum recitatio 46
Hiſtriones geſticulabantur ſolùm pag. 261. 262
Hiſtriones quæ pronunciarent 263
Hiſtrionum muta loquacitas 262
Homagium 234
Homines eod.
Homines feudales habent meram iuriſdictionem 286
Hominium 234
Homogeneon 60
Honoraria verba 80
Honorarii aduocatorũ taxatio 247
Honorarii licita quantitas 242
Honorarii precium 243
In honorariis idem ſeruandum modus qui in xeniis 247

Honorarium 229. 241
Honorarium animo dantis æſtimatur 241
Honorarium decurionatus 694
Honorarium nullam pactionem admittit 241
Honorarium officium 394
Honoriſtitium 714
Horæ cauſidicorum 119
Horæ clepſydrarum 126
Horæ æquinoctiales 112
Horæ non æquinoctiales eod.
Horæ temporales 110
Horarum accuſatoris & rei proportio ſeſquialtera 129
Horarum diuiſio 110
Horarum lex 128
Horis noctes non deſignabant veteres 104
Horologia ſolida 104. 105
Horologij vſus quando Rom. illatus & à quo 105
Horatius Cocles 237
Horatius Epicureus 272
Horatius explicatur 566. 588. 593
Horatius Tergeminus 760
Hortenſia 204
Hortenſii ſphynx 246
Hortenſius nimis accuratus in cultu 214
Hoſtilia lex 154
Hoſtis pro aduerſario in iure 100
Hoſtis pro peregrino 102
Hydria 647
Hydrologium 121
Hyla Hiſtrio 263
Hypætra 11
Hypætriæ lites 13
Hypocriſis 137
Hypocriſis corporis eloquentia 49
Hypocrita 137
Hypomnemata 5
Hypoteſis l. 1. ad S. C. Turpil. 467
Hypperides orator 266
Hyppocratis iuſiurandum 240
I Abolenus 631
Iacobus Ræuardus 418
Iaſon reprehenditur 572
Ianus 591
Idola 273
Ignoſcere 656
Ἰλιακά 10
Ἰλιασταί eod.
Illatio litis 513
Imagines 273
Impenſæ litium 518
Imperatiuæ feriæ 96
Imperatores militibus iuraturis præibant 652
Imperii meri mixtiq; & iuriſdictionis exercitia 287
Imperium merum 283
Imperium merum delegari nō poteſt 295
Imperiū merum quid & vnde 285
Imperium mixtum 285. 303
Inædia 797
Inæqualitas vocis 138
Inauditus 479
Inceſſus oratoris 51
Incolumis 478
Incomitiare 19
Incruſtationes 64
Incubus 273. 279
Indicare reum 525
Indefenſus 479
Indemnatus eod.
Indices 442
Indicina eod.
Indicinum eod.
Indicium profiteri 486
Indicium deferre eod.
Indictiuæ feriæ 96
Indictiui dies 87
Indictus 480
Indicta cauſa condemnari eod.
Induciæ fori pax 108
Induciarum etymon 6
Induciomarus 536
Infamia calumniantium 466
Infamia præuaricatorum 454
Inferre litem 514
Inigrare 20

Ingeniorum pertinaciũ cotes 524
Ηνομένων 60
Inominales dies 81
Inquirere 340.502.504
Inquiſitio 345 504
Inquiſitionis comitatus 509
Inquiſitionum impenſæ eod
Inquiſitionum inſtrumenta 510
Inquiſitionum inſtrumenta intra triduum ad prætorem deferri debebant & obſignari eod
Inquiſitio quibus mandabatur 504
Inquiſitio reo concẽſſa 505
Inſcriptio 773 461
Inſcriptio oppoſita abolitioni 491
Inſtitores 157
Inſtitutum Numæ 204
Inſtrumenta garentigionata 794
Inſtrumentum fori 54
Inſtrumentũ fori conducebatur 69
Inſtrumentũ litis 158.159.170.256
Inſtrumentum villæ,officinæ,& tabernæ 64
Inſularij 157
Integer 478
Intentatus 479
Intentio 496.498.501
Intercisi dies 79
Intercisi dies qui & vnde 94
Interdicta 610
Intedictum vnde vi 424
Interdictum vti poſſidetis 803
Interdictum vtrobi eod
Interpres 721
Interpretes iudicij 624
Interpretes iudiciorum corrumpendorum 678
Interrogare legibus 341
Interrogari legibus 498
Interrogatio legibus litis conteſtationem continet 498
Interrogationem legibus præcedebat diei dictio 497
Interrogationes per credit vel non 607
Interrogatio teſtium 539
Interrogatoria actio 606
Interſtitium 96
Inuentio 527
Inuidiam deprecatur auctor 4
Ioanna Aureliana 203
Ioannes Berberius 346
Io. Bodinus 279
Io. Leidenſis 802
Ioraciſmus 138
Iræ ſedes 670
Ire in commiſſionem 505
Ire in ſententiam pedibus 655
Iſidorus reprehenſus 1.6
Ἠσκμεριναί 112
Iſis Ægyptia periuriorũ vltrix 537
Iſocrates rhetor 187
Iudæi cur prætorium intrare nolebat ante Paſcha 18
Iudæorũ nũdinationes in tẽplo 27
Iudex conſtituebat certas patronis horas 123
Iudex iuſtum iudicium vẽdere non poteſt 701
Iudex non minor triginta annis ex l. Pompeia 655
Iudex poſt ſemel latam ſentẽtiam iudex eſſe definit 757
Iudex quæſtionis 347
Iudex reſcindere ſuam ſententiam non poteſt 757
Iudicandi munus peculiare primũ ſenatoribus 351.355
Mox equitibus tranſlatum 351
Poſt ſenatoribus & equitibus communicatum 356
Senatoribus & plebi communicatum eod.
Inde ſenatoribus ſolis reſtitutũ eo.
Demũ ſenatoribus, equitibus & tribunis ærarijs conceſſum 353
Iudicandi neceſſitas 312
Iudicandi neceſſitas decuriatis 366
Iudicanti nec clementiæ, nec ſeueritatis laus affectanda 802
Iudicatio 389.500.798
Iudicatum facere 304

Iudicaturi citabantur 655
Iudicatus 282
Iudices 325. 348. 359. 380
Iudices alii in diuinatione, alii in accuſatione 436
Iudices à principe dati 387
Iudices cur ſedeant 50. 68
Iudices dabantur à prætore 622
Item à populo aut ſenatu 295
Iudices dati ſolam cognitionem habent 283. 288
Iudices delecti 626
Iudices deſpicere aurũ debẽt 691
Iudices delegati 396
Iudices doniuori 686
Iudices ducenarii 363
Iudices in diuinatione iniurati 437 & 651
Iudices in priuatis pronuntiabant ſententiam 748
In publicis non item 745
Iudices iurati cõſidebant 283. 380. & 437
Iudices legitimis quæſtionibus dabantur 386
Iudices manipulares 362
Iudices non omnes ius tribunalis habebant 58
Iudices ordinarii 396
Iudices ordinarii nudũ imperium habent 287
Aliquando mixto vtuntur imperio eod.
Iudices priuati 402
Iudices quæ iurati cognouiſſent ea videri pronuntiabant 536
Iudices quando creati 339
Iudices quibus quæſtionibus dabantur 342
Iudices ſolam cognitionem habebant in publicis 288. 302
Iudices ſuas ſententias pronuntiare coguntur 751
Iudices ſub dio iudicabant 12
Iudices vocabantur eductis ex vrna tabellis 697
Iudiciarii dies 200
Iudicia hominum incerta 782
Iudiciale forum 2
Eius præfecti eod.
Iudicia maiora 432
Iudicia priuata 43
Iudicia publica eod.
Iudicia publica aliquando plura vno die 70
Iudicia publica cur priuatis priora pag. 346
Iudicia publica extraordinaria 341 & 470. 609
Iudicia publica vbi diſceptabantur 10
Iudicia omnia de præteritis 434
Iudicia ordinaria 609
Iudiciaria ratio à Pompeio variata 358
Iudicia populi ordinarii iuris ſolemnia requirebant 379
Iudicii accuſatorii ordo 482
Iudicii conſtitutio 621
Iudicii & arbitrii comparatio 391
Iudicii formula 782
Iudicij priuati formula 748
Iudiciorum diuiſio 339
Iudiciorum duplex ratio 191
In iudiciorum noſtrorum corruptos mores 523
Iudicis officium honorariũ & neceſſarium 394
Iudicis ſtantis ſententia non valet pag. 53
Iudicium 304. 391
Iudicium aut purum aut cum exceptione 622
Iudicium cogere 412
Iudicium conſtituere 342
Iudicium cõſtupratum, emtũ 674
Iudicium exercere 345
Iudicium ferè pro publico 399
Iudicium pro diſceptatione 288
Iudicium ſecretum, tacitum 689
Iudicum ætas legitima 365
Iudicum cognitio an libera 345
Iudicum citatio a prætore 643
Iudicum datorum notio 624

Iudicum decuriæ 251
Iudicũ imagines cur manibus præciſis & conniuentibus oculis 691
Iudicum miſſiones 368
Iudicum multa ſi citati non adeſſent 366
Iudicum numerus 648
Iudicum numerus à quo conſtituebatur eod.
Iudicum numerus impar 625
Iudicum reiectio 644
Iudicum ſeſſiones 50
Iudicum ſortitio 644
Iulia baſilica 11
Iulia lēx 341. 503. 570. 685
Iulian. Taboëtius 782
Iulii forum 20
Iulius Cæſar decurias ad duo genera iudicum redegit 361
I. Cæſar dictator forũ inũbrauit 18
Iulius Celſus 630
Iulius Paulus 632
Iuno matrimoniorũ interpres 675
Iunonem viri non iurabant 552
Iupiter periuriorum vindex 537
Iura dare, dicere, petere, & reddere 298
Iuramentum de calũnia ſublatum in priuatis 607
In publicis periculoſum 608
Iuramentũ de veritate dicẽda 607
Idem remittendum 608
Iuramentum litigantium 243
Iuramentum non liquere 312. 629
Iuramẽtum propter calumniã 244
Iurare genium Cæſaris 548
Iurare in verba alicuius 652
Iurare Iouem lapidem 547
Iurare verbis conceptis 548. 552
Iuremoræ 774
Iuriſconſultorum à leguleis diſcrimen 163
Iuriſconſultorũ noſtrorũ laus 639
Iuriſconſultorum reſponſa omnigenis diſciplinis referta 640
Iuriſconſultus maior oratore 165
Iuriſcõſult⁹ niſi vir bon⁹ eo. et 641
Iuriſdictio 282. 285. 311. 314
Iuriſdictio honoraria 285
Iuriſdictio mandari non poteſt in publicis 346
Iuriſdictionem in publicis prætor non habebat 284
Iuriſdictionẽ ſolã qui habebãt 283
Iuriſdictio nuda & aſtricta 420
Iuriſdictio propria magiſtratuũ 282
Iuriſiurandi exigendi à militibus mos 88
Iuriſiurandi formulæ variæ 546
Iuriſprudentia nunquam à ratione ſeiuncta 166
Iuriſprudentia precio nummario non æſtimanda 240
Iuriſprudentia ſpecies iuſtitiæ diſtributiuæ 166
Iuris remedia ab ordinariis concedenda 493
Iuris ſpecies 315
Ius applicationis 336
Ius aureorum annulorum 364
Ius ciuile Ælianum 602
Ius ciuile Flauianum eod.
Ius ciuile Papyrianum eod.
Ius Gallorũ in vxores & liberos 34
Iuſiurandum cõcipiebat is qui deferebat 551
Iuſiurandum duplex 539
Iuſiurãdũ emplaſtrũ æris alieni 552
Iuſiurandum Hippocratis 240
Iuſiurandum iudicum 654
Iuſiurandum magiſtratuum 690
Iuſiurandum Scipionis 652
Iuſiurandum teſtium 536
Iuſiurandum virorum et mulierum pag. 547. 552
Ius pro loco 31
Ius quid 639
Iuſti dies 82. 785 794
Iuſti dies in publicis 785
Iuſtinianei 396
Iuſtinianus Imp. 691
Iuſtitiæ imago 167
Iuſtitiæ, iuſti & iuſtitii analogia 82
Iuſtitiæ ſatellites 165 240

Iuſtitii indicendi cauſæ 90
Iuſtitium 81
Iuſtitium annuum decuriarũ 92
Iuſtitium edicto indicebatur 90
Iuſtitium hiemis 92
Iuſtitium ſumere & exuere 90
Iuuenalis locus 516
Iuuenes comtuli, cirrati, criſpati pag. 216
Iuuenta 194

K

Αιρικαὶ 110
Καὶ σὺ γέρων εἶ καὶ μωρὸς 223.530
Κατὰ ποδὰς 52
Κύφων 739
Κλοσμος 138
Koiloſtomia 138
Κρινομένων 498
Κτήματα σρατιωτικὰ 237

L

Ælius Taurellus 234
Læna 212
Laërtius 620
Laberius Mimus 263.552
Lambdaciſmus 138
Laminæ ardentes 549
Lamina plumbea 131
Lararia plura habuerũt veteres 596
Lararium eod. & 590
Lares domus cuiuſque 591
Latinæ feriæ 721
Latinum forum 16
Latium forum eod
Latrare ad clepſydram 219.122
Latrare Cynicum 219
Latratores 218
Latumiæ 735
Latumiæ Syracuſanæ 736
Latumiarum fœditas 737
Laudatio iudicialis 178
Laudationes reorum ſublatæ eod.
Laudatores 146.152.177
Laudicœni 73
Laurea 207
Laurentius Valla 573
Laur. Valla cuſtos bonis auctoribus appoſitus 34
Idem reprehenditur eod.
Laus 207
Lautia 377
Lazius 234
Lectica 61
Lectica a curuli differt eod
Lectica inter magiſtratuũ inſignia 61
Lectica pro tribunali 58
Lecticarij ſuccollatores 61.65
Lecticarum plagulæ 63
Lectica tecta 62
Legales dies 108
Legatarius 419
Legati 188.505
Legatio eod
Legatio libera 369
Legatio libera quid 377
Legationes in reorũ periculis 152
Legationes quinquennales 372
Legati principum 190
Legati proconſulum 302
Legati tribunorum militum 286
Legatiuum 377
Lege agere 303
Lege quando agatur 302
Leges Ciceronis 316
Leges 12. tabularũ antiquatæ 464
Leges 12. tabularũ quã lo latæ 338
Leges in obeũdis magiſtratibus 668
Leges in ſcholis deuorantur, in curiis ruminantur 637
Leges Iuliæ 341.503
Leges populares & tribunitiæ ſuffragiis ferebantur 648
Leges publicorum iudiciorũ 429
Leges repetundarum 503.684
Leges tabellariæ 662
Leges Valeriæ 324. 381. 378. 382. & 388. 433. 732. 761
Legibus interrogare 341
Legis actio 302.304
Legis actio apud quem 307
Legis catachriſtica vſurpatio 128
Legis horarum proportio eod.

Legis

Legis Iuliæ repetũdarũ capita 685
Legitima cognitio 378
Legitimi dies 101
Legitimus ſenatus eod.
Legulei 158.159
Legulei deſcriptio 161
Legulei Iuriſcõſultorũ feces 163
Legulei litiũ æternarũ ſatores 164
Legulei nũmo iuſtitiã prodũt 165
Leguleorum à Iureconſultis diffe-
rentia 163
In leguleios 163.169
Legum 12. tab. caput explicatum
pag. 81.84.102
Λειτούργιον 508
Lemures 273
Lentulus Spinther theatrum velis
intexuit 17
Leſbii Fabri 277
Lex Acilia 503.504.684
L.Ælia Sentia 626
L. annalis iudicum 365
L. annalis magiſtratuum 667
L. Ateriua 581
L.Atinia 102.108
L. Aurelia 353.650
L.Cælia 662.669
L.Cæcilia 647 L.Carbonis 662
L.Caſſia 662.669
L.Ciceronis explicata 315
L.Cincia 244
L Cornelia 341.496.503.540.616
L. de comitum numero 509
L.Didia 647 L.Druſi 365
L. eadem. ff.ad l. Iul. repet.expli-
cata 245
L. Ebutia 428
L.fauorabiliores. ff.de reg.iur.ex-
plicata 749
L.Flauia 341
L.Gabinia 662.669
L.Gracchi 351
L. horarum 128
L. Hoſtilia 154
L. imperii 384
L. imperium. de iuriſd. om.iud. e-
mendata 195.282
Item explicata 284.285
L. indicaſſe de verb. ſignificat.ex-
plicata 926
L. Iulia. ad l. Iul. repet. explicata
pag 570
L. Licinia 647
L. Lucia 352
L. nec quicquam. de off. proconſu.
& leg. explicata 114.313
L. Oppia 63.66
L. Papia 439
L.Papyria 669
L.Plotia 252.365
L. Pompeia 341.358 655
L.Porcia 388.433.732.762.797
L.præſes.de extraor. cognit. expli-
cata 245
L.quæſtionis 342.531
L.quiſquis.C. de poſtulando expli-
cata 47
L.regula.ff.de reg.iur.reſtituta 557
L.regia 383.388.761
L.Rhemia 464
L.Romilia 43.216.
L. Sempronia 43.216.319.433.731
L.Seruilia 352.365.503
L. ſi Barſatoram. C. de fideiuſ ex-
plicata 576
L.ſi quis.ad S.C.Silan.correcta 527
L. Syllana 352.365
L.Titia 616
L.Tribunitia 615
L.Zenonis 511
Libelli accuſatorij formula 484
Libelli delatorij 486
Libelli editio 599
Libelli ſupplices 487
Libellorum affixio 594.686
Libellus 256.566.567
Libellus & tabula pro eodem 730
Libell⁹ in ærario ſuſpẽdebatur 488
Libellus litis inſtrumẽtum 158 256
Libellus vadimonii 516
Libera cognitio 300
Libera dicendi tempora 123
Libera legatio 369.377
Liberales cauſæ 413

Liberalis cauſa ſæpius repetebatur 423
Liber auctoris de veterum menſa pag. 120
Liberi excuſant à muneribus ciuilibus 370. 371
Liberorum vtilis numerus 376
Liberti Cæſaris 770
Liberti forenſes 226
Liberti omnes ex clientela 227
Libertorum operæ 229
Libido 671
Libidinoſa ſententia 670. 679
Libra auri 582. 585
Libra argenti 585
Libripens 569
Libri queruli 488
Librorum duo genera apud philoſophos 44
Licinia lex 647
Lictor 723
Lictores & carnifices quid differãt pag. 731
Lictores ex plebe 726
Lictores virga ianuã magiſtratuũ pulſabant 727
Lictores quot ſingulis magiſtratibus apparebant 716
Lictor ex collegio viatorum 723
Lictor quaſi legis actor 725
Lictorum origo 723
Lictor vnde eod. & 725
Litigantium iuramentum 243
Litigaturi per indicem rem exponebant 557
Lis conteſtata 621
Lis conteſtata quare dicitur 501
Lis vnde æſtimabatur 517
Litem æſtimare 512
Litem amittere 589
Litem capitis æſtimare 519
Litem denunciandi mos 567
Litem inferre 514
Literati ſtigmatici 473. 799
Lites baſilicanæ, ſubdiales & hypetriæ 23
Lites non grauiores quibus iudicibus diſceptarentur 29
Lites priuatæ 20. 396
Litis æſtimatio 431
Litis æſtimatio duplex 512
Litis æſtimatio noſtri tẽporis 518
Litis conteſtatio 498
Litis conteſtatio eadem cum ſtatu Rhetorum eod.
Litis conteſtatio quibus conſtet pag. 499
Litis illatio 513
De quota litis nõ paciſcendũ 241
Litium impenſæ 518
Litium priuatarum locus 10. 19
Liuii locus 275
Liuones 279
Loca cauſis deſtinata 11
Loci aſſumti 533
Longobardi 236
Lucas de penna 236
Lucia lex 352
L. Cornelius Sylla 352
L. Lucilius 531
L. Martius Philippus 352
L. Octacilius Pilitus 106
L. Piſo 12
L. Sextius 333
Lucus 6
Lugubres dies 80
Lycanthropi 273. 279
Lycanthropia 273
MAcedonum iuuentutis mos & pædia 201
Macellum 10
Magiſter equitum primus ex plebe pag. 333
Magiſter militum 36
Magiſtratibus aſſeſſores neceſſarii pag. 633
In magiſtratibus capeſcẽdis certum tempus & ordo ſeruabatur pag. 667
Magiſtratum an deceat cauſarum actio 190
Magiſtratus 2
Magiſtratus iudicum à ſe datorum ſententiam exequebantur 787

Magiſtra-

Magiſtratus minor maiori in occurſu faſces ſubmittebat 726
Magiſtratus omnes nunc conceptis verbis iurare coguntur 553
Magiſtratus poſt diſceſſum ex prouincia, rationem geſtorum reddebant 504
Magiſtratus vrbanus non niſi poſt decem ſtipenda obibatur 667
Magiſtratuum cognitio libera & ſine principis appellatione 768
Magiſtri libellorum 714
Magni dies 9
Maior annis LX. cognitorem dabat 155
Malæ manſiones 739
Maleficæ 277
Malraſius 752
Mandare 418
Mandatarius eod.
Mandatores 459
Manes 272.274
Manifeſtarius fur 419
Manipulares iudices 362
Manlius Sura 47
Manlius Torquatus filium domi damnauit 33
Manumiſſio 269
Manumiſſionum ſolemnitates 297
Manumiſſionum ſolemnitates ſublatæ eod.
Manumittere apud conſilium 399
Manuum conſertio 604
Manuum porrectio 668
Marci Scauri iudicium 661
M. Antonius 139 266
M Antonius adoleſcens accuſauit pag. 191
M Antonius tertiam decuriam adiecit 362
M. Antonius togam ſumſit decimo quinto ætatis anno 265
M. Cato Vticenſis 120.179.629 et 704
M. Craſſus C. Carbonem in iudicium vocauit 191
M. Dentatus 237
M. Liuius Druſus 330
M. Marcellus 16
M. Marcellus forum velis inumbrauit 18
M. Philoſophus delatores coërcuit 445
M. Philoſoohus nefaſtorum numerum ſtatuit 85
M. Plautius Syluanus 352
M. Regulus 117
M. Scaurus 661
Mareſcallorum præpoſiti 285
Martialis quando vixit 27
Martinus gloſſator 608
Martis ædes 23.25
Martis in æde conuiuia agitabantur 23
Martis ſacerdotes eod.
Mecacilmus 138
Mediuſfidius non iurabant mulieres 552
Melancholia 277
Menſæ fœneratorum 26
Menugena 64
Mercedis conuentio medicis interdicta 240
Merces comitum 115
Merces iudicum 693
Merces operæ hoſtimentum 240 et 693
Merces operarum forenſium primò arbitria, pòſt certa 338
Merula 290
Merum imperium 285
Merum imperium delegari non poteſt 294
Merum ius 290
Merum ius gentium eod.
Merum officium eod.
Merum vinum 285
Metamorphoſis 279
Metamorphoſis ſubita periculoſa pag. 436
Metianus 632
Metius ſuffetius 798
Mezentii ſupplicium 800
Miliaria cohors 406

Milidunum 236
Milites præuaricantes 452
Militiæ 234
Militia armata 374
Militia ſagata eod.
Militia togata 367
Militia vrbana 374
Militiæ vtriuſq; ætas emerita 376
Milo 254.268
Minerua literarum & armorũ præſes 141
Miniſterium 508
Miniſtratores 160
Miniſtri tribunorum 325
Minutiæ doctorum 214
Μήνυτρα 442.448
Miſſio cauſaria 372
Miſſio honeſta 369
Miſſio ignominioſa 368
Miſſiones Iudicum 368
Miſſiones militum 375
Miſſum facere vadimonium 180
Mittere in conſiliũ iudices 142.659
Mittere in poſſeſſionem 295
Mixtum imperium 285.313
Modeſtinus 632
Modus in accipiendo tenẽdus 239
Mœſti dies 80
Molo rhetor primus ſine interprete Græcè in ſenatu auditus 756
Monitores 126.155.160.173
Moneidis 138
Monos 29
Monotonia 138
Mens citatorum 661
Morbus ſonticus 377.772
Mortis duplex diſcrimen 430
Mos extrahendorum & efferendorum cadauerum 591
Mos laudatus in iuuenibus 191 & 446
Mos Rom. in inquiſitionibus 510
Mos ſeruatus poſt abſolutionem rei 269
Mos vetus in crimine repetundarum 510
Motus primi non ſunt in poteſtate hominis 620
Mulieres è foro remotæ 202
Mulieres in foro 203
Multa Athenienſium 585
Multæ priuatorum & publicorum iudiciorum 431
Multa in publici's fiſco infertur pag. 431
Multa iudicum 366
Multa maleficiorum 581
Multam infligere meri imperii 305
Multa minima 581
Multa proconſulis 582
Multa ſenatorum 367.586
Multa ſuprema 581
Multa vnius ouis eod.
Munera 684
Munerum varia genera 991
Munus gladiatorium in foro exhibitum 19
Mutatio veſtis 269
Mutius Scæuola 237
Mutum teſtimonium 538
Myrmecidis currus 255.262
Myrmecidis nauis 262
Myſtes 240
NAturalis fauor pro laborantibus 129
Nauis templi 26
Nauis Myrmecidis 262
Nefaſta terra 95
Nefaſti dies 79.94
Nefaſti dies actui rerum accommodati 86 96
Nefaſti frutices 95
Nefaſti ſtati quot 85
Nefaſtis diebus etiam ſilebãt oracula 94
Nefaſtus pro atro 83
Nefaſtus pro infami 79.80
Nefaſtus pro profeſto & prophano pag 80
Nefaſtorum dierum diuiſio 83
Negatiua probari nequit 624
Neoterici 236
Neratius Priſcus 631

Nero

Nero 205
Nero operis forenſibus precium fixit 238
Nero redemtionum ſordes remiſit 69
Nero ſola altercatione cauſas agi conſtituit 531
Neruæ forum 27
Nerua Imp. delatores ſuſtulit 444
Neruii 279
Nexi 788
Nexi ſoluti 789
Nexorum origo 788
Nexus tempore Gellii 791
Nicolaus Grucchius 681
Nil vos moramur 143
Ni patricula frequens in ſponſionibus 421. 617
Noctes à Rom. vigiliis deſignabātur 104. 109
Noctes mulierum mercedis loco pag. 673
Nolæ veterum & earum vſus 106
Nomophylaces 329
Nomothetice Ciceronis 316
Nomothetice Ciceronis imperfecta 329. 330
Non adeſſe 478
Non apparere 594
Nō facere ſui copiā in publico 594
Nongenti 359. 361
Nonius reprehenditur 414
Non liquet 555
Notæ 708
Notæ non ſunt literæ 709
Notarii 251. 708
Notarii vnde 708
Contra notarum & cifrarum vſum 710
Notas quis inuenit 712
Notis velociſſimè excipiebatur 711
Notio 314
Noua quæſtio 341
Nox actionem dirimebat 230
Nuda iuriſdictio 420
Numa Pompilius 204
Numella 739

Nummarii 671
Nummati eod.
Nummulariorum tabernæ 19
Nunciatores 461
Nundinæ 6
Obire legationem 505
Obire vadimonium 570
Obſignatio inquiſitionum pag. 510
Occurrere ad vadimonium 572
Octauius Auguſti parens 146
Octauius Auguſtus phonaſco operam dedit 131
Octauius Auguſtus quartam decuriam adiecit 363
Octophoros 62. 65
Offerre iuſiurandum 541
Officia iura reddentium 285
Officium iudicis honorarium 394
Officium iudicis neceſſarium eod.
Contra officiorū publicorū emtores & venditores 707
Operæ campeſtres 146
Operæ forenſes eod.
Operis continuatio 682
Opimia baſilica 11
Oppia lex 63. 66
Opus inteſtinum 64
Opus ſtructile & tectorium eod.
Oratio 136. 140
Oratio actione poſterior 256
Oratio actionis archetypon 255
Oratio ante actionem inſtrumentum litis 256
Orationes ad oſtentationem 194
Orationes breues num prolixioribus præferendæ 255
Orationes in ſenatu a principe habitæ 37
Orationes recitatæ 257
Orationis actionis & declamationis differentia 136. 261
Orationis partes 263 522
Oratio perpetua in inſitis 528
Oratio pro Milone 253
Oratio pro Roſcio Amerino 355
Quando habita 357

Orator à patrono differt 187
Item à rhetore 182
Orator dicturus conuertebat ſe ad tribunal 46
Oratores 179. 188
Oratores, aduocati, cauſidici, patroni pro iiſdem 216
Oratores cur ſtent 48. 50
Oratores deducebantur in forum pag. 113
Oratores & iudices moribus differunt 50
Oratores & rabulæ moribus diſtinguuntur 219
Oratores fiunt 183
Oratores grauiſſimi apud centumuiros 220. 397
Oratores quæ inter agendum dixerant domi retractabant 251
Oratores qui 187
Oratores ſedentes quandoque agebant 47
Oratores vt ſtantes dicerent moribus introductum 49
Oratori indecorum tranſire in diuerſa ſubſellia 51
Orator in tribus cauſarum generibus verſatur 188
Oratoris eſt dicere 219
Oratoris & rabulæ diſcrimen 220 et 222
Oratoris inceſſus 51
Oratoris merces gloria 440
Orator niſi iuſſus dicebat 119
Orator niſi vir bonus 165
Orator non quæſitum priuatū, ſed publicam vtilitatē ſpectat 221
Orator quādo ſubiiciebat dixi 142
Orator regnat in affectibus 264
Orator ſe coronæ accōmodat 73
Orator ſedendo debilitatur 49
Oratorum analogia 188
Oratorum facundia ex quo cenſebatur 214
Oratorum ioci 222
Oratorum munus honeſtum 217
Oratorum nomen quando ex foro exoleuit 189
Oratorum origo 180
Oratorum toga 207. 212
Oratorum veterū cura circa cultū pag. 213
Oratrix ars 180
Ordinarii iudices 287
Ordines Romani 359
Ordo equeſtris 359
Ordo patritius eod.
Ordo plebeius eod.
Ordo ſententiæ dicendæ 664
Ordre de cheualerie 306
Ornatus fori 19 24 29
Ορτοφοι τοσυκοραντοδικοτα λαιπώροι 164
Oſtiarius 118
Oſtraciſmus 659. 806
Ouidius decemuir 415
Ouis multa 581
Ουτε πάντα ὄυτε πάντοτε, ὄυτε παρὰ παντῶν 247 et 688
Pacis templum 19
Pædia iuuentutis 200
Pagei principum 201
Palamedes ſuffragiorū auctor 661
Palatium ſacrum 39
Palladium 16
Palladis templum 19
Palladius 110
Pallium Græcorum 215
Palmarium 241
Palmata veſtis 334
Papiria lex 439
Papiniani mors 641
Papinianus præfectus Prætorio pag. 627. 631
Papyria lex 669
Papyrianum ius 602
Paraſtatæ 16
Παρακαταβολὴ 614
Paracleſis 152
Paracleti eod.
Parecbaſes 522

parecbaſis de ſpectris 270
parochiæ 237
parochi curiones 42
parochus indicat feriādi tempora pag. 97
parlamentorū varii conſeſſus 417
parricidii pœna 797
parthorum more pugnare 456
partiū vtra prior dicere debet 520
patria poteſtas 33
patritiæ gentis origo 227
patritii 306
patritii ex clientibus iuſtos cōſcribere poterant exercitus 230
patritii ſoli in pontificum collegium coaptati 78
patritius ordo 359
patrocinii fœdus 231
patrocinium forenſe vnde deriuatum 230
patrocinium potentiorum edicto Claudii ſublatum 23[illegible]
patronatus finis 227. 230
patronatus ius cum feudo multa habet communia 229
patroni 146. 155
patroni aduerſarum partium alternis agebant 133
patroni eloquentes apud centumuiros 15. 220 397
patroni extra forum 226
patroni extra forum cum forenſi ſimilitudo 225
patroni forenſes 226
patroni, oratores, cauſidici, aduocati pro iiſdem 216
patroni penulati 212
patroni plures in eadē cauſa 134
plures quàm ſex rarò 135
patroni ſtantes agebant 177
patroni vocabulum honeſtū 224
patronis rarò libera ad dicendum tempora concedebantur 122
In patrono cur ſufficiat minor ætas quàm in procuratore 205
patronorum certus numerus à Cn. Pompeio conſtitutus 135
patronorum & aduocatorum munus diuerſum 217
patronorum & clientum Rom. origo 226
patronus auxiliatorem ſonat 224
patronus dicturus ſurgebat 250
Patronus etiam accuſator 225
patronus idem in foro & extra forum 238
patronus vix vnquam in ſiniſtram partem 224
Pauliana actio 293
paulus I.C. 627
peculium caſtrenſe & quaſi 368
pecunia æſtimata quò redibat 516
pecuniæ potentia & tyrannis 679
et 680
pedaria ſententia 669
pedarii ſenatores 665
pediſſequi 115
pellere tecto 2
penates 59
pendere apud ærarium 475
penteremis 39
penulæ 212
peragere accuſationem 458
peragere reum 525
percunctari 544
perdere cauſam 588
perduelles 433
perendinus dies 103
perhibere teſtimonium 542
periculum 751
periodouictor 39
periurii occaſio penitùs tollenda pag. 609
periuriū an vindicetur iure Rom. pag 543
permittere actionem 293
peroratio 133
perpetuæ actiones 341
perrogare de aliquo 458
perſequutiones 292
peſtes generis humani 693
petaliſmus 806
petere aduerſarium 501
petere iura 298

Petitio 501
Petitio rei immobilis 602
Petrus Pythæus 306
Phalaridis taurus 799
Phantaſiæ 273
Phantaſmata eod.
Phaſmata eod.
Philippus Cominæus 787
Philoſophia ciuilium munerũ vacationem præbet 369
Philoſophia deguſtanda ſolùm 629
Philoſophia omnis præter Chriſtianam fucus 642
Philoſophi barba & pallio ten9 375
Philoſophi rari eod.
Philoſopho non turpe moueri aut affici 620
Philoxenus poëta 736
Phonaicus 127. 137. 138
Phratriæ 697
Phrontiſterium 41
Phryne 266
Phrynes ſponſio 616
Pittacium 350
Picta veſtis 334
Pignoriſcapio 374. 582
Pileati ſerui 307
Pilentum 63
Placentæ 695
Plagæ 65
Plagulæ lecticarum 63. 66
Platiaſmus 138
Plato 552
Plato calumniatores damnat 469
Plat. cõſtitutio de iureiurando 540
Plato quando vixit 338
Plautus explicatur 31. 50. 89. 448. & 479
Plebecula contenta tunicis 212
Plebeius ordo 359
Plebiſcitum de accipiendis muneribus 687
Plebis prima ſeceſſio 329. 330
Plinii Auunculi diſſentio cum Suetonio 20
Eiuſdem ſtudioſi liber 210
Idem reprehenditur eod.
Idem laudatur 211
Plinii Nepotis integritas 239
Eiuſdem locus 516
Idem reprehenditur 253
Explicatur 35. 194. 405. 458. 505. & 667
Plotia lex 252. 365
Pluris eſt oculatus teſtis vnus quã auriti decem 534
Plus vident oculi quam oculus 634
Plutarchus reprehenditur 355
Pluteus 16
Pœna capitis cum pecunia non cõiungitur 518. 796
Pœna committentium in S. C Turpilianum 459
Pœna damnatorum ampliata 784
Pœnam infligere meri imperii 306
Pœna ordinaria temerarii litigatoris 614
Pœna parricidii 797
Pœna præuaricationis 454
Pœna Veſtalium inceſtuoſarũ 797
Poëta naſcitur 183
Poëtarum recitatio 259
Poli fabula 276
Politiæ Rom. tres ordines 359
Pollex mẽbrũ propenſi fauoris 75
Pollicem præmere eod.
Pollicem vertere 77
Polliceri 674
Pollicitatio quid eod.
Pollicitatio vnde eod. & 680
Pollucem viri non iurabant 547
Pollucis & Caſtoris ſimulachrũ 25
Pollucis & Caſtoris tẽplum 13. 19
Polus Tragœdus 263
Pompeia lex 34. 358. 655
Pompeius Numa 204
Pomponia Græcina 43
Pomponius I. C. 632
Pontifices dictabant actionum formulas 292
Pontifices Romani 62
Pontificium 288. 291
Pontificum etymon 288. 290
Pontificum faſti 18

Pontius

Pontius Pilatus 770. 814
populares actiones 428
populi imminuta poteſtas 383
populus 323
popul⁹ auritiſſimus & naſutiſſimus pag. 259
populus iudicia publica diſceptauit 661
populus liberam cognitionem habebat 180
populus nudam iuriſdictionem habebat 288
populus prouicias decernebat 319
populus quando cognoſceret 378
populus Rom. vno toto vſque ad I. Cæſarem contentus 18
poſt triplici vſque ad Auguſtum vſus 27
populus ſuffragia tabellis tulit 660
populus vbi cognouit 16
porcia baſilica 11
porcia lex 388. 433. 732. 762. 797
porcius latro 14
porrum ſectiuum 131
porta prætoria 40
porticuum vſus 14
poſitiones neotericorum pragmaticorum 617
poſſeſſio bonorum 582
poſſeſſio bonorum à quo & intra quod tempus petenda 592
poſſeſſio bonorum quare introducta 589
poſſeſſionis bonorum decretum voluntariæ iuriſdictionis 592
poſſidonii ſphæra 106
poſtulare 503. 587
poſtulare capitis 502
poſtulare iudicium eod.
poſtulare ius eod
poſtulata eod. & 487
poſtulationes 487
poſtulationum dies 108
Poteſtas 323
poteſtas pro imperio 288
poteſtas propinquorum in fœminas 33
poteſtas Gallorum in vxores & liberos 34
præcipitatio de ſaxo 797
præco 118. 718
præco citabat reos 476
Item altercaturos 530
præcones varii 720
præconis munia 719
præconis voce vtebantur omnes magiſtratus 721
præco prætorius 118
præco vnde 720
prædes 577
prædia 577
prædicere diem 494
prædum & vadum differentia 576
præfecti annonæ 3
præfecti fori vtriuſque 2
præfecti iuriſdictionum nunc conceptis verbis iurare cogũtur 553
præfecti prætorio 36
præfecti prætorio libellos agebat nomine principis 631
præfecti prætorio plures 36
præfecti prætorio ſine prouocatione 771
præfectis prætorio ſenatoria addita dignitas 38
præfectura 182. 289
præfecturam dicere 284
præfectura prætorii indigna patritio 36
præfectura pro iuriſdictione 284
præfectus prætorio cauſas cognouit 39
præfectus prætorio ex caſtrenſi palatinus 38
Idem præſes anteceſſorum 39
præfectus prætorio iubiit in locum magiſtri militum & tribuni celerum 36
præfectus vrbis 10. 770
Præiudicia 625
præiuratio 552
preiurationi addebat execratio 553
præliares dies 99
præliares forenſes 108

Præmia

Premia accuſatorū arbitraria 175
Præmia delatorum 449
Præneſtinæ ſortes 644
Præpoſiti Mareſchallorum 285
Præpoſitus vrbis Duacenſis 290
Prærogatiua domus 590
Præs 575. 577
Præſens 534
Præſidentes parlamentorum Galliæ 751
Præſides 320
Præſtare vadimonium 572
Prætermiſſa 682
Prætexta 196
Prætexta aliquando ab Imp. mittebatur 334
Prætextæ variæ 336
Prætexta magiſtratus 210
Prætextam deponebat prætor ante capitalis ſententiæ pronuntiationem 284. 333. 745
Prætexta prætoris 333
Prætexta triumphantium 334
Prætextatus prætor in iudiciis 333
Prætexta vbi deponebatur 156
Prætexta vnde ſumebatur 333
Prætor 299. 315
Prætor an iudex quæſtionis 347
Prætor in adoptionibus & manumiſſionibus dare dicebatur 296
Prætor cẽtumuiris præſidebat 397
Prætor conſulis collega 337
Prætor curulem habuit 336
Item comitia eod
Prætores exercitationẽ publicorũ iudiciorum inter ſe ſortiebantur pag. 650
Prætor dare vel negare actionem poteſt 292
Prætores fidecommiſſarii 321
Prætores plures Romæ 650
Prætores quando deſierunt mitti in prouincias 320
Prætores vice quæſtorum parricidii 340
Prætor ex plebe 333
Prætor ex proconſule 318. 322
Prætor ex tabellarum maiore numero ſententiam capitalem cõijciebat 745
Prætor haſtam eogebat 412
Prætoriæ cauſæ 428
Prætoriani milites 318
Prætorianum forum 39
Prætoria verba 291
Eadem quomodo legenda 309
Prætori in vrbe faſces non præferebantur 726
Prætor indicebat ferias 96
Prætor iniuratus 283. 345. 651
Prętor in priuatis habebat mixtum imperium 287. 313
In publicis merum 282. 288
Prætoris creatio 318
Prætoris edictum 196. 583
Prætoris & iudicum in cauſis capitalibus diſcrimen 288
Prætoris formulæ 621
Prætoris in iudiciis publicis munia pag. 283
Prætoris in loquendo ſuperſtitio pag. 604
Prætoris inſignia 333
Prætoris verba in manumiſſionibus 297
Prætoris vocabulum olim caſtrenſe 318
Prætor iudiciis præerat 387
Prætor iudicium exercere dicebatur 245
Prætor iuris priuati interpres 315
Prætorium 318
Prætorium caſtrenſe 40
Prætorium pro foro 41
Prętorium pro inſula aut villa prętoris eod.
Prætorium pro villa voluptuaria pag. 40
Prætor non habuit tabellam 284
Prætor peractis orationibus pronunciabat dixerunt 142. 654
Prætor peregrinus 319
Prætor præibat recuperatoribus pag. 421

Prætor

Prætor primùm caſtrenſis magiſtratus 318
Prætor primus ex plebe 319. 333
Prætor pro cõſule & dictatore 318. & 330
Prætor prouincialis 139
Prætor quando conſtitutus eod
Prætor quibus vel bis iudices dimitteret 143
Prætor quis primus 322
Prætor quorum ſententiam exequebatur 787
Prætor ſeruũ circumuertebat manumittens 297
Prætor ſubſcribebat libello accuſatoris 566
Prætorum faſces 338
Prætorum numerus 321.323
Prætor vnde dictus 319.322
Prætor vrbanus 319
Prætor vrbanus cum reliquis non ſortiebatur 654
Prætura conſulari dignitati proxima 332
Prætura quoto ãno petebatur 667
Præuaricantes milites 452
Præuaricari quid 453
Præuaricatio 452
Præuaricatio bifariam committitur 454
Præuaricatio in priuatis 455
De præuaricatione poſt accuſationem quæritur 453
Præuaricationis pœna 454
Præuaricator 450
Præuaricatores infamia notati 454
Præuaricator legis 452
Præuaricatorib. talio debetur 455
Præuaricator idem ferè cum proditore & transfuga 450
Præuaricatoris apud Iureconſultos ſignificatio 452
Præuaricator vnde 451
Pragmatici 146.158.160
Pragmaticorum neotericorum poſitiones 607
Praxis 565
Praxis quàm theoria feliciores ſortitur ſucceſſus 158
Preces 488
Precium honorarii 243
Primicerii 714
Princeps appellationum cauſas delegabat 768
Princeps libellis ſubſcribebat 301
Princeps qui delatores non caſtigat irritat 441
A principe appellandi ius non eſt 761.768
Principes boni delatores eliminarunt 444
Principes per præconem apud populum concionati 721
Principes populi centurias cognoſcebant 349
Principis cognitio libera 380
Principis nomine in ſenatu orationes recitatæ 37
Principum mos in incedendo 114
Priuatæ cauſæ 428
Priuatæ lites vbi diſceptatæ 10
Priuati iudices 402
Priuatum variè dicitur 405
Probationum duo genera 528
Problemata 549
Procare 623
Proclamationes 595
Proclamatores 219
Proconſul 319 220
Proconſul an in totum xeniis abſtinere debeat 688
Proconſul extra v. bem morabatur pag. 177.178
Proconſulis multa 582
Proculus 632
Procuratores 157
Procuratores Cæſaris fiſci cauſas cognoſcebant 323
Procuratores Cæſaris ſine prouocatione 769
Procuratores extra forum 157
Procuratores fiſci 471.522
Procuratores non erant in foro Græcorum 14

Procuratores olim nulli 153
Procuratores vice præſidum 770
Procuratoris à cognitore diſcrimen 157
Procuratoris totorum & vniuerſorum differentia 157
Procuratoris vſus 149
Procurator niſi xxv. annorum pag. 296
Eius ratio 205
Prodere diem 424
Prodire in lucem fori ex angulis ſecretiſque librorum 13
Prodire in ſolem & puluerem pag. eod.
Proditus dies 101
Prodromos 435
Producere diem 561
Proferre diem 561
Profeſſio 485
Profeſſores 258
Profeſſores emeriti 376
Profeſſorum vacatio 369
Profiteri indicium 486
prolatare diem 561
prolationes rerum 97. 561. 563
proludere 435
proluſio eod.
promittere vadimonium 570. pag. 573
promouendi qui per ſe Remp. gubernare poſſunt 633
pronunciatum 128
prophani dies 83
propinquorum ius in fœminas 33. & 43
propoſitiones erroris iuris 771
propratores vrbis Duacenſis 290
proſcriptio bonorum 584. 792
proſcriptionis bonorum calamitas pag. 585
Πρὸς τὰ ἄλφιτα 76
proteus 456
prouinciæ conſulares 319
prouinciæ in clientelis 231
prouinciæ prætoriæ 319
prouinciæ ſorte obueniebant 320
Prouinciarum in magnis curijs patroni 233
prouocatio 760
prouocatio ad populum 381. 767
prouocatio ad ſenatum 381. & 768
prouocatio à Iudicibus 767
prouocatio à rege 324
prouocatio arx libertatis 764
prouocatio extra vrbem ad mille paſſus 762
prouocatio in publicis admittenda 776
prouocationi interdum locus non erat 765
proxenetæ 678
Πρυτανεῖα 614. 699
prytaneum 919
pſephyſma 511
publicæ lites 13
publica iudicia 339. 346
Eadem vbi diſceptarentur 10
publicani inter plebeios 360
publicana actio 292
publicum ius ad populum pertinuit 315
publicum propriè 405
Publius Mimographus 263
Pub. Sulpitius C. Carbonem in iudicium vocauit 191
pueri liberalibus liberam togam induebant 204
pueris quando prænomina imponebantur 205
pueritia 194
pugillares 550
pugillaris Haſtrubalis & Hiſtiei pag. 712
pugnare argenteis haſtis 179. pag. 681
pugnare pro aris & focis 590
pulpitum 26
pulpitum declamantium 46
puncti in tabella fixi 660
punctoria victoria 661

Puniendorum delictorum cauſæ pag. 803
Puniendorum delictorum genera pag. eod.
Pupillus teſtis eſſe non poteſt pag. 534
Pylades hiſtrio 263
Pyrgus 647. 653
Pyrronii 746
Pythagoræi 4
Pythagoræ præceptum 679
Quadrageſima litium 700
Quadrantaria Clytemneſtra 438. 446
Quadruplari 438
Quadruplatores 192. 437. 446
Quadruplatores qui 436
Quadruplatorum præmium 439
Quadruplicatio 134. 500. 611
Quadruplices 550
Quadrigæ Myrmecidis 262
Quærere 340
Quæſitores eod.
Quæſitorum duo genera 347
Quæſtio fallax iudicium 553
Quæſtiones 340. 345. 549
Quæſtiones extraordinariæ 344
Quæſtiones ordinariæ 47. 341
Quæſtiones perpetuæ 341
Quæſtiones pro publicis iudiciis pag 340. 341
Quæſtiones vnde 550
Quæſtionibus extraordinariis ſenatus præfuit 343
Quæſtionibus legitimis ſenatus iudices dabat 343
Quæſtionibus legitimis ſolùm iudices dabantur 387
Quæſtionis lex 342. 531
Quæſtio noua 341
Quæſtores 37. 340
Quæſtores parricidii eod.
Quæſtores ſorte obueniebant pag. 326
Quæſtoris munus primò vile, poſtea magnificum 38
Quæſtoris 411
Quæſtura quando peti poterat pag. 667
Quarta nō ſemper præmium quadruplatorum 439
Quicuplices 550
Quingentaria cohors 406
Quintiana cauſa 120
Q. Catulus velis purpureis theatrū inumbrauit 17
Q. Curtius explicatur 59. 479 pag 490
Q. Hortenſius 139
Q. Hortenſius Dionyſia ſaltatricula eod
Q. Hortenſius nimis accuratus in cultu 214
Q. Publius Phylo 319. 333
Quirinus 411
Rabbatre ou reuoquer le default 595
Rabdonchi 411
Rabdouchi Scabinorum Duacenſium 728
Rabulæ 217
Rabulæ definitio 218
Rabulæ eſt clamare 219
Rabulæ & oratoris collatio 222
Rabulæ & oratores officiis diſtinguuntur 219
Rabularum imperitia 222
Rabularum importunitas 52
Rabularum leuitas 219
Rabularum loquentia 217. 222
Rabularum petulantia 223
Rabularum ſermo in ore naſcitur non in pectore 224
In rabulas 217
Ratio rei 498. 500
Reatus 268. 475
In reatu eſſe 268
Reatus pro crimine 482
Reatus pro qualitate rei 481
Recenſitores 261
Receptus dies 101
Receptus inter reos 478
Recipere 648
Recipere nomen rei 489

Recitatio 257
Recitatio in auditoriis 259
Recitatio quibus conueniat eod.
Recitatio ſentẽtiarũ ex libello 258
Recitatores 261
Recognitio 262
Reconuentio 521
Recordes 578
Recredentia 603
Rectores 320
Recuperatores 283. 294. 301. 418 & 425
Recuperatores à quo dabãtur 295
Item quando 623
Recuperatores extra ordinem dabantur 418. 424
Recuperatores in quam cauſæ partem dabantur 420
Recuperatores iudices de facto cognoſcebant 622
Recuperatores nudam iuriſdictionem habebant 283
Recuperatores peregrini 627
Recuperatores vnde 412. 424
De recuperatore partes conuenire debent 622
Recuperatoribus quæ cauſæ permittebantur 420
Recuperatorii iudicii formulæ 421
Recuperatorium iudicium 425
Recuperatorum iuriſdictio nuda & aſtricta 419. 420
Recuſare iuſiurandum 541
Reddere iura 298
Refellere teſtes 545
Referre inter reos 489
Refutare teſtes 545
Refutatio 522
Regere ſtipendiis eloquentiæ ſuffragia iudicum 388
Regem ſacrorum non licebat videre feriis opus fieri 721
Reges Rom. 323
Regeſtum financiarum 551
Regia lex 383. 388. 761
Regionum varia ſoli ingenia 87
Regula lesbia 666
Regula quid 558
Regum ornamenta Coss. data 332
Rei 245
Rei diuturni 268. 475
Reiectio iudicum 648
Reiectio opponitur delectioni 649
Reiicere teſtes 545
Reiiciendorum numerus incertus pag. 647
Reiiciendorum numerum aliquando dictabat prætor 650
Reip. & fiſci conueniẽtia cum liene 493
Reip. Rom. ſtatus tempore regum pag. 323
Reis decem dies dabantur 503
Relationes 301
Relatio non fiebat de rebus pluribus 648
Religioſus dies 82
Religioſus pro feſto eod.
Remi 809
Remittere accuſationem 458
Remonſtrationes 488
Reorum abſolutorum mos 269
Reorum barba eod.
Reorum nomina ad ærarium deferebantur 475
Reorum ſordes 268
Repentini dies 87
Repetitiones in cauſis liberalibus pag. 424
Replicare 133. 500
Replicatio 133
Replicatio quid 611
Reprehendere teſtes 545
Requeſtæ 488. 502
Rerum actus 6. 93. 588
Rerum prolationes 97. 561. 563
Res 9. 588
Reſcripta C. integra 302
Reſcripta imperatorum 299
Reſcriptorum abuſus 492
Reſcriptorum origo 300
Reſpirationes 82
Reſpondere pro comparere. 476
Reſpuere iuſiurandum 541

Reſpublica in qua princeps malus præualet ei in qua amici principis mali 632
Reſtitutionis in integrũ & appellationis differentia 772
Retinere locum 430
Retractare 252
Retractationes variæ eod.
Reuiſiones 344
Reuiſionum & retractationũ origo 771
Reum damnare 525
Reum facere 483
Reus 474
Re⁹ citabatur die accuſationis 497
Idque per præconem 476
Reus debendi 474
Reus etiam actor eod.
Reus fieri 496
Reus locuples 474
Reus promittendi eod.
Reus quid & vnde 145
Reus ſępius excipiẽdo fit actor 612 & 624
Reus ſtipulandi 474
Rhemia lex 464
Rhetor ab oratore differt 186
Item à cauſidico 182
Rhetor de conſule 184
Rhetores 181
Rhetores acturis actionem vendebant 183
Rhetores in foro 183
Rhetores potentiorum limina colebant 185
Rhetores qui 186
Rhetor hordearius 184
Rhetorum recitatio 259
Rhetorica 180
Rhetoricæ & dialecticæ diſcrimen pag. 264
Rhetoricæ partes 137
Rhetorica interdicta 180
Rhetor idem cum oratore 187
Rhetorum minutiæ 210. 214
Rhetorum origo 180
Rhetorum præcepta de geſtu 46
Rhetorũ præcepta de legibus percontationum 539
Rhetorũ theſes de ſacramento 536
Rixatores 217
Roboraria 738
Robur 737
Rogatio vna de vno legis capite ferebatur 647
Rogatio vnico ſortitu abſoluebatur 648
Rom. mos in efferendis & extrahendis cadaueribus 501
Romilia lex 43. 216
Romulus à quibus mutuatus eſt clientelæ rationem 227
Romulus patronatus & cliẽtelæ ius in vrbem inuexit 226
Idem pop. Rom. in duos ordines diuiſit 226
Roſciana actio 220
Roſtra 19
Rota 801
Rotæ ſuppliciũ veteribus incognitum eod.
Rub. de recep. arb. ff. correcta 393
Rub. 2. lib. 12. ff. correcta 539
Rumores 533
Ruſtici iudices in municipiis 777
Ruta cæſa 59. 64
SAbellicus reprehenditur 422
Sacerdotes iuris 639
Sacerdotes Martis 23
Sacerdotium vacationem munerum adfert 372
Sacramenti & ſponſionis differẽtia pag. 614
Sacramentum 613
Sacramentum in publicis 621
Sacramentum iuſtum 615
Sacramentum vnde 548. 613
Sacrarium 40. 597
Sacri dies 83
Eorum diuiſio eod.
Sacrificuli Hiſpani 213
Sacrificulus 96
Sagæ 277

Salaria aſſeſſoribus inſtituta 633
Saliorum prandium 15
Salomonis templum 27
Saluius Iulianus 630
Saluius Vates 631
Salutandi officium conuerſum in alias ſeruitutes 229
Salutatores 115
Sapiētia filia vſus & memoriæ. 636
Satellites iuſtitiæ 239. 265
Satiſdatio 592
Saturni templum 19
Sazimenta 793
Sazire feudū inofficioſi vaſalli 374
Scabini vrbis Duacenſis 290
Scæuola 631
Scalæ Gemoniæ 740
Scantinius Capitolinus 780
Schiamachiæ declamationum 13
Schioterieon 104
Schioterieon à quo primùm inuectum 112
Scioterieon Auguſti Cæſaris 111
Scholarum miſeria 185
Scholaſtici 182
Scipionis dictum 205
Scipionis iuſiurandum 652
Scribæ 703
Scribæ denominationem ſortiebātur à magiſtratibus eod.
Scribæ ex libertis & libertinis Magiſtratuum eod
Scribæ in ordinem redacti 704
Scribarum munus apud Græcos honorificentiſſimum 714
Apud Rom. ſordidum 706
Scribarum officium 703
Scribendi varii modi 712
Scribere diem 191
Scripta minùs mouent quàm audita 523
Scriptitantium faſtus 704
Scriptus dies 101
Sculna 680
Scytala Laconica 713
Secreti & ſecretarij diſcrimen 44
Secretarium 40
Secretarius 706. 713
Secretum 713
Secretum iudicium 680
Sectari 202
Sectores 443
Sedere pro iudicare 53
Sedere proprium iudicum 50
Segeſtria 63
Selecti iudices 359
Selecti qui 359. 554. 649
Selectorum decuria 351
Sella citra epitheton pro curuli 61
Sellæ curules non ſolidæ 60. 67
Sellæ muliebres 62. 260
Sementinæ feriæ 86
Sempronia Gracchorum mater pag. 203
Sempronia lex 43. 216 319. 433. & 731
Senaculum 119
Senatores 351. 418. 421
Senatores pedarij 665
Senatores rogabantur ad dicendā ſententiam 119
Senatorum decuria 351
Senatorum ſordes in iudicijs 354
Senatus aliquando cauſas cognouit 45
Senatus āppellationum cauſas cognouit 387
Senatus cauſas non diſceptauit ex officio 42. 381 382
Senatus cognitio 385
Senatus cognitio libera 380
Senatuſconſulta noctu lata non valebant 130
Senatuſconſultum contra rhetores pag. 180
S. C. de mercedibus aduocatorum pag. 242
S. C. per diſceſſionem expediebatur 664
S. C. tacitum 690
S. C. turbulentis reip. temporibus pag. 432. 765
S. Turpilianum 452
Idem ad quid latum 457

Eiuſdem

Eiuſdem plura capita 465
S. C. Tyberiauum 784
Senat⁹ in exilio Ciceronis mutauit veſtem 269
Senatus nō cognouit de capite ciuis iniuſſu populi 381
Senatus officium eod.
Senatus quibus quæſtionibus præerat 343. 386
Senatus tabellis aliquando ſententias prodidit 664
Senectus 194
Senectus ſemper Romæ venerabilis 370. 376
Senectus vacationem munerum ciuilium adfert 370
Sētētia à ſtātē lata nō valet 53. 756
Sententia aut ſtatim dicebatur aut amplius pronunciabatur 556
Sententia bene lata nonnunquam in pius reformatur 773. 781
Senteoria Claudii Cæſaris 750
Sententia criminalis executioni mandatur intra ciuilis diei ſpatium 785
Sententiæ deliberantium recitatæ ex libello 258
Sententiæ ex periculo recitandæ pag. 751
Sententiæ pronunciatio 749
Sententiæ tabellis declaratæ 655
Senrentia interdum immutata 759
Sentenria libidinoſa 670. 679
Senrentiam ex iure ferre 671
Sententiam ex libidine ferre eod.
Sententia mutari non poteſt 757
Sententia noctu lata iure nulla 132 & 756
Sententia non ſemper ferebatur ſecundum præſentem 593
Sententia olim Latinè tantùm ferebatur 753
Poſtea etiam Græcè 755
Sententia pedaria 669
Sententia Romæ lata in prouinciis exequutioni mandabatur 787
Sententiarū rogandarū ordo 121
Sētētias declarādi varij modi 655
Sentenria ſedendo ferenda 756
Sententia vtrum intra appellationum dies poſſit exequutioni mādari 795
Sepra fori 45
Sequeſter vnde 676. 680
Sequeſtres iudiciorum 674
Sequeſtres qui 676
Sequeſtribus pecunia ambitus cōmittebatur 677
Sergius Galba 92
Serui atrienſes 113
Seruiana actio 292
Seruientes 729
Serui in iure caput non habēt 430
Serui inter mortuos reputati 423
Seruilia lex 352. 365. 503
Seruilius Cæpio 352
Serui publici cuſtodes reorum 744
ſeruire creditori pro debitis 788
ſeruire creditoribus Hebræis viſitatum 792
ſerui vindicta manumiſſi 296
ſeruus Domini delator 448
ſeruus libero ſeueriùs punitur 803
ſeſſiones iudicum 50
ſubſortitio in ſupplendis cenſitorum decuriis 649
ſubſortitio parem reiectis numerum ſubſtituere debet 649. 651
ſubſtrahere ex reis 490
ſubuades 576
ſubuades qui 577
ſubuadū & ſupprædū differētia eo.
ſuceollatores 61
Succubi 279
ſudationes 33
ſuetonij à Plinio diſſentio 20
ſuetonius emendatur 37. 62. 63
Explicatur 83. 93. 349. 434. 490
ſuffragia 655
ſuffragia tabellis lata 664
Item viua voce 655
Item fabis 679
ſuffragia populi 660
ſuffragia vbi ferebantur 661

Suffragia vtrũ præſtet voce, an tabella exprimi 662
Suffragiorum auctor 661
Suffragium occultum 657
Sumere iuſtitium 90
Summiſſio capilli 270
Summiſſus accuſator 460
Summus dies 103
Supereſſe alicui 148
Superſtes 148. 533. 569
Supplicationem non impediebat executio 771
Supplicia à Cæſaribus varia excogitata 798
Supplicia citra mortem non vulgaria 801
Suppliciorum moderatio apud Romanos 796
Suppliciorum varia genera eod.
Supplicium Aureliani in adulteros pag. 800
Supplicium Metij Suffetii 798
Supplicium Mezentii 800
Sycophantæ 438. 469
Sycophantæ vnde 469
Sycophantari eod.
Syllana lex 352. 365
Sympoſia 696
Syndeipna eod.
Συνκμένόμ 60

Tabella 284
Tabellæ à populo vſitatæ 660
Tabellæ à quibus dabantur & quando 657
Tabellæ ceratæ 658
Tabellæ in legibus ferendis 669
Tabellæ in magiſtratibus creandis pag. 669
Tabellæ in ſenatu 664
Tabellæ iudicum 644
Tabellæ quot ſingulis iudicaturis dabantur 656
Tabella remiſſoria 657
Tabellariæ ll. 662
Tabellaria ratio improbata 665
Tabellarum numerus 648
Tabellarum ſuffragium occultum pag. 657
Tabellarum tot genera quot decuriæ 558
Tabernæ circa forum 13
Tabernæ nũmulariorum 19
Tablinum 55
Tabulæ 550
Tabulæ inquiſitionum, teſtificationum 170
Tabula & libellus pro eodem 750
Tabularii varia genera 19
Tabulariorũ vſum M. Philoſophus inſtituit 55
Tabularium eod.
Tabularum affixio 594
Tabularum varia genera 550. 554. & 658
Tacens in iudicio negare videtur pag. 606
Tacitum iudicium 689
Tacitum S. C. 690
Tacitus quo tempore vixerit 231
Talio 464
Talio debetur præuaricatoribus pag. 455
Item calumniatoribus 464
Tamiæ 3
Translationes 599
Τεχνόφιον 62
Temperans eſſe non poteſt qui nõ vritur 619
Temperãtia circa affectus graues pag 617
Tẽperãtia etiam circa guſtũ eod.
Templa Hadriani 596
Templa hypætra quibus diis conſtituantur 14
Templa ſubdialia Romæ eod.
Templa veterum noſtratibus ſimilia 25. Templum Auguſti eod.
Templum Caſtoris & Pollucis 13. & 19
Templum Pacis eod.
Templum Palladis eod.
Templum præter cellã ſanctiorem vſibus

vſibus prop hanis expoſitum 26
Templum Salomonis 27
Templum Saturni 19
Tempora libera dicendi 123
Temporũ partitio inter patronos pag. 130
Tempus faciendi iudicati 787
Tenere cauſam 471
Tenere vadatum 570
Tergiuerſari quid 456
Tergiuerſatio eod.
Tergiuerſatio quando fiebat 461
Terminus omnis poſt litiſconteſtationem perẽtorius 595
Teſtari 542
Teſtatio 544
Teſtes 533
Teſtes aduocati 146. 567
Teſtes pro iis quos atteſtamur 569
Teſtificantes arbitrari ſe dicebant eod. 535
Teſtificari 542
Teſtimonium de auditionibus 534
Teſtimonium mutum 538
Teſtimonium ſurdum eod
Teſtis auritus 534
Teſtis neceſſarius 532
Teſtis minor annis viginti quinque pag. 205
Teſtis oculatus 534
Teſtium duplex genus 439
Teſtium interrogatio à quibus fiebat 539
Teſtium iuſiurandum 536
Teſtium ſubſellia 538
Teſtudines nummi 669
Theta condemnationis ſymbolum pag. 656.668
Theatrum non tectum 14
Poſtea tectum 17
Themata declamationum 141
Theodorus 553
Theodoſius Imp. reprehenditur 87
Theologi ſummiſtæ 608
Theophanes in cauſa Baſſi illatis lucernis dixit 130
Theoria 185
Theſes rhetorum 538
Threnus 26
Thurinus 681.815
Tintinabula 734
Tintinaculi viri eod
Tiſias rhetor 186
Titia lex 616
Titulus 813
Tit.C.de form.& imp.act. 305
Tit.C.de mod.mult. 582
Titus Largius primus auditorium redemit 71
T. Liuius explicatur 147 337
T. Vaſpaſian⁹ delatores ſuſtulit 443
Togæ vſus 209
Toga inſtar longæ chlamydis 212
Toga libera 204
Toga Neroni maturata 205
Toga olî ad talos demiſſa 210.216
Poſtea decurtata 210
Toga oratorum 207
Toga pro conſilio aut otio 208
Toga pro eloquentia 207
Toga pro magiſtratu 208.215
Toga pro ſalutatione eod
Toga pura 285
Toga Romanorum propria 215
Togati 208
Togati clientes 115
Togatuli eod.& 212
Toga tunicis ſuperponebatur 216
Toga veteribus ſtrictior 211
Toga virilis,quãdo ſumebatur 196
Togis ſtrictioribus vtebãtur olim plebei, diuites laxioribus 211
Tollere diem 91
Tonſura 300
Toral 63
Tormenta 519
Tormẽtorum quæſtiones 549
Tormentorum quæſtionibus ciues Rom. ante Cæſares nõ ſubijciebantur 549
Trabea 334.336
Trachalus orator 21
Tragœdi à phonaſcis ſuos boatus accipiunt 138

Tragœdi à phonaſcis ſuos boatus accipiunt 138
Trahendi in ius mos 568. 578
Nemo inuitus de domo ſua in ius trahi poteſt 689
Traiani columna 24. 28. 29
Traiani dictum 778
Traiani forum 28
Traianus Imp. 493
Traianus Imp. delatores ſuſtulit pag. 444
Transfuga 450
Tranſitorium forum 28
Vnde ſic dictum 29
Tranſlatio iudicij 499
Tranſlationis ſtatus eod.
Tranſtra 809
Tribunal 45. 54. 56
Tribunal Aurelium 58
Tribunal Caſtrenſe eod.
Tribunal fixum eod.
Tribunalia cum ſubſellij in rogum Iulii coniecta 55
Item in rogum P. Clodii 56
Tribunalia Centumuirorum in baſilica 21. 408
Tribunalis capacitas 57
Tribunalis ius non omnes iudices habebant 58
Tribunal militare 59
Tribunal non ſolum cauſarum cognitioni deſtinatum 56
Tribunal pro ſuggeſto 59
Tribuni ærarii 359. 361. 672
Eorum decuria 351
Tribuni ærati 672
Tribuni Celerum 38. 323
Tribuni militares 329
Eorum legati 285
Tribuni plebis 229
Tribuni plebis à prouincialibus prætoribus appellabantur 763
Iidem quas cauſas cognouerint pag. 326
Iidem ius vocandi non habebāt pag. 326
Iidē merū imperiū habebāt 288
Iidem in vrbe appellabantur pag. 763
Iidē vbi ius dicebant 11. 326. 762
Tribunitia lex 615
Tribunitia poteſtas quoto anno ætatis peti poterat 657
Tribunitium auxilium arx libertatis 764
Tribus 406. 415
Tribus quot tempore Romuli 407
Tribuum numerus 408. 661
Trinundinum 424
Eius ſolemnitas 495
Triphonius 632
Triplicatio 134. 500. 611
Tritemius 713
Triumphantium ornamenta vnde ſumebantur 334
Triumphantium prætexta 335
Triumuiri capitales 615. 733
Triumuiri capitales ſententiam capitalem exequebantur 783
Triumuirorū capitaliū munus 737
Tullianum 735
Tunicæ variæ 336
Tunica Iouis 334. 336
Tunica palmata eod.
Tunica picta eod.
Tunicata plebs 212
Turpio Ambiuius 261
Turricula 653
Tyberius Imp. 630
Tyberius Imp. Græcis in ſenatu abſtinuit 753
Idem populo ius decernendarū prouinciarum abſtulit 320
Tyranni 798
Tyro Ciceronis libertus 706
Tyrocinij die grauiſſimæ cauſæ ſuſcipiebantur 198
Tyrocinii pompa 197
Tyrocinium fori 195
V
Vacatio 369. 563
Vacatio honeſta 371
Vacatio temporaria 370
Vadari 566. 573
Vadari vnde 574

Vadationis

Vadationis expeditio 566
Vadatus 593
Vades 573
Horum à prædibus diſcrimê 576
Vades & vadimonia etiam in priuatis 574
Vades quando deſierût vocari 575
Vadimonii deſertio 580
Vadimonii deſerti & eremodicii differentia 593
Vadimonii dilatio 578
Vadimonii facti & deſerti probatio 586
Vadimonium deſertum 593
Vadimonium factum 569
Vadimonium obire 570
Ad vadimonium occurrere 572
Vadimonium præſtare 572
Vadimonium permittere 570
Vadimonium ſiſtere eod.
Vadimoniû quomodo obiretur 599
Vadimonium quid 570
Vadimonium vnde 573. 574
Vadium & vadimonii in iure nulla mentio 576
Valerius Max. emendatur 617
Idem explicatur 107
Idem reprehenditur 617
Varro 1. 6. 573
Vas 575
Vaſallus 229
Vaſallus domino operas debet eo.
Vaſallus ſi dominum iniuria affecerit capitale 230
Vaſallus ſine venia dominum in iudicium vocare non poteſt 230
Velitatio ante iudicium 499
Venale forum 2
Eius præfecti eod.
Eius varia nomina 3
Veneti 653
Venia dicendi petenda 19
Veniæ ætatis impetratio 205
Venire ad vadimonium 572
Venuleius L. C. 632. 245
Verba honoraria 292
Verba prætoris 269. 291
Eadem quomodo legenda 587
Verba ſolemnia prætoris in manumiſſionibus 297
Verba ſolemnia prætoris in compitalibus concipiendis 96
Vergilii verſus ad Auguſti forû & Martis ædem accommodati 24
Vergilius explicatur 22. 66
Veritates Francæ 9
Vertices cauſarum 499
Verum pro æquo & bono 583
Veſtalium inceſtuoſarû pœna 797
Veſtis mutatio 269
Veſtis palmata 334
Veſtis picta eod.
Veſtis triumphalis eod.
Veterum error 289
Vexare annonam 7
Viæ prætoriæ 40
Viator 578. 722
Viatorem qui habebant 722
Viator vnde eod.
Vicinorum habenda ratio 808
Victi victoribus ſe conformare debent 754
Videri 746
Videri factum 536
Vigiliæ noctis 104. 109
Viglius 234
Vinci in eloquentiæ caſtris 368
Vindicatio 602
Vindiciæ 603
Viragines 206
Virginê nô ſtrâgulabât Rom. 811
Viri magni declamarunt 141
Viri magni in collegio decemuirorum 415
Viri magni præmium accuſationis non recipiebant 432
Viri magni recitarunt 257
Viri molles & effœminati 203
Viris magnis obiectæ ſordes 246
Viros dignitas mulieres venuſtas commendat 214
Virtus conteſtata 101
Virtus fucum non admittit 166
Virtute abuti nemo poteſt eod.

Virtutem

Virtutem & ſapientiam vincunt teſtudines 679
Viſa 273
Viſiones eod.
Vitilitigatores 218
Vitilitigatoris etymon eod.& 774
Vitruuius Architectus 16
Vlpianus 629. 640. 242
Idem quando vixit 85
Idem aſſeſſor Alexandri Imp. & magiſter ſcriniorum 633
Vlpium forum 28
Vlpius Marcellus 631
Vmbræ 274
Vmbrarum gnomi proportio 110
Vndecemuiri Athenienſes 733
Voci quæ noceant & conducant pag. 131
Vocis vicia 143. 238
Vocum deriuatio periculoſa 1
Vox viua magis afficit 139
Volones 307
Voluſius Matianus 631
Vrna 646
Vrnæ forma 647
Vſus ſine doctrina plus valet quàm doctrina ſine vſu 619
Vtiles dies 107
Vulſio auriculæ 578
XEnia 241. 687
Xenia non producenda ad munerum qualitatem 687
Xenocrates 616
ZAzius 234
Zelotipi coniugibus ſuſpectis cuſtodes apponebant pag. 171
Zeno Imperator 511
Zenonis Imp. lex eod.
Zeno philoſophus 239. 264

IN CASTIGATIONEM mendarum.

NOn potuit induſtrio!a noſtra, Lector, tantùm præſtare in editione huius hiſtoriæ, quam maximè terſam, & emaculatam cupiebamus, quin aliquæ mēdæ, quas hic tibi corrigēdas ſubiūximus, ſurreperēt operarum incuria dum periculorum noſtrorum (ſic enim voco quæ periclitandi gratia primò, nec ſeriò excuduntur folia) caſtigationem non ſequuntur: quod cùm non ſine ſtomacho expoſtulo; Typographus ſuam culpam eleuans, humanam fragilitatem accuſat, aſſerens hunc correctiſſimum, & diligentiſſimū haberi, qui vitijs non abundat, aut qui minùs peccat: adeo omnes errore ducimur. Cætera ſi quæ ſunt leuioris notæ Lector per te corrigere poteris.

Pagina 2. linea 26. lege Cereales. 3. 6. muneris. eod. 17. comportarentur. 5. 9. quin non modo 11. 13. pro talentis lege ſeſtertijs 15. 5. agebant grauiſsimi. 20 10. aliud. 22. 16. pro Auguſtus. l. anguſtius. 52 10. index in. 55. 7. cum. 64. 21. & 190. 21. cedere. 65. 21. vocat Catullus 66. 8. legis vide. 86. 12. definit Macrob. 90. 25. munia. Fort. 92. 23. & 280. 7. tractatur. 95. 13. nefaſto. 96. 1. e. 100 & 36. comperen. 104. 17. æquinoctialibus. 170. 26 & 248. 22. cedant 111. 12 tumuli. 125. 7. pro qui fuit l. quieuit. 128. 3 pronunciatum, lex vocabatur. 139. 14 pro Iunio. l. Licinio. 142. 8 & 732. 8. in. 142. 9. declamationibus. 162 15 Pragmatici vocantur. In. 165. 6. & 654. 18. inceſt. 174 4. Eſto: ipſe nihil eſt. eod. 10. Pomponio 178. 14. Maximian. 181. 13 Latinos rhetores 184. 9. credidit. eod. 12. iuri. 186. 14 inclinat. 196. 4. toga virilis. 202. 18. domum. 206. 18. Dux Romana. 211. 2 perfecit. quem. 215. 9. cap. octauum. 226. 8. perſona patroni. eod 24. inuecta. 229. 23. præſto. 267. 10. pædagogo. 271. 16. tumultuario. 275. 2. humiliati. eod. 26. facta. 282. 17. pernis. eod. 23. Catulum. 297. 8. verborum. 311. 7. ratos. 315. 11. cap. quartum. 322. 7. quartum. 329. 21. conſtituit. 343 5. carcere. 347. 18. cognitionem. 363. 14. cenſum. 368. 26. adulterij. 370. 14. plurimum. eod. 19. quam. 376. 32. num. 377. 12. habuiſſe. 388. 22. diſceptationes 389. 10. reconciliandi. 390 17. conuenire. 397. 1. tionis. 402. 18. conuentum. 414. 21. decemuiri. eod 23. diſtracta. 424. 10. certum recup. eod. 11. iudicum. 452. 7. citati. 462. 19. l. 486. 1. legenti. 493 17. impetratur. 553. 29. rupis verbera. 554. 27. conſilium. 564. 5. amborum. 575 17 poſt præſto eſt interſere, per mille poſſem currere exēp'a, vt probem prædes vadeſq. pœnitudinis reos. 583. 26. poſſeſsionem 592. 14. triginta dies. 613. 10. nomine. 619. 9. ventriculis 629. 15. iudicijs. 646. 10. ſortes. 649 22 cætus 653. 19. pyrgum. 669. parœmia. 694. 24. libidine. Nam. 705. 17. ſapia. 719. 1. ſine. 726. 25. erant. Liuius 728. 6. interdum 732. 7. parricidium. 734. 6. ſupplicium. 769. 11. ſi ipſe. 772. 8. quadriennium. 774. 3. vitilitigatores. 781. 1. reforma. 783. 18. animaduerti. 790. 25. identidem. 791. 14. inſig. 808. 22. mendicabula. 809. 23. quod. 814. 17. demortuo.

Pag. 140. lin. 4. ἀκηκόειτε.

IN MARGINE. *83. 24. pro nefaſtorum. l. ſacrorum. 94. pro faſti nefaſti. 196. 5. pro Prætexta. l. Toga virilis. 205. prænomina. 345. dignoſcatur. 543. vindicatur 599. Editio. 654. Editij.*

DVACI,

¶ Excvdebat Lodovicvs de Vvinde Typographvs
ivratvs
An. 1573.

NAZIONALE V.E.
ROMA